880
D6
Gonzalez Lodge
Bryn Mawr 1897

1064

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE

ARGENTORATENSES

SELECTAE

VOLVMEN III.

ACCEDVNT TABVLAE DVAE.

ARGENTORATI
APVD CAROLVM I. TRVEBNER.
MDCCCLXXX.

Darmstadii typis G. Otto.

Hoc tertio volumine continentur hi libelli:

Commentationis ab A. REVSCH scriptae solae paginae 1—42, commentationis a C. PICKEL scriptae solae paginae 139—193 continentur eis exemplaribus, quae auspiciis amplissimi philosophorum ordinis academiae Wilhelmae Argentinensis prodierunt.

DE DIEBUS

CONTIONUM ORDINARIUM

APUD ATHENIENSES.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ADAM REUSCH

NASSOVIUS.

ARGENTORATI.

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

De contionum ordinariarum apud Athenienses diebus egerunt:

I. I. Scaliger: De emendatione temporum. Paris. 1583 (Col. Allobr. 1629).

D. Petavius: Doctrina temporum. Lut. 1627; ed. Harduin Veronae 1734.

S. Petitus: De anno Attico (in operibus eius miscellaneis).

G. F. Schoemann: De comitiis Atheniensium (Gryphisw. 1819).

Atque Schoemannus cum optime meritus sit de „statis comitiorum diebus" (cap. II) explorandis, idem et multa vitiosa protulit, quia usus est falsis illis documentis, quae leguntur in Demosthenis oratione de corona, et verum intellegere tum temporis non potuit, quia nondum prodierat copia illa titulorum, quae nunc ab Ulrico Koehlero collecta exstat in corporis inscriptionum Atticarum volumine altero. Quibus subsidiis uberrimis usus rem denuo tractandam suscepi.

CAP. I.

Decreta senatus et populi Atheniensium collecta in CIA II 1, quorum praescripta praeter temporum notas insignia sunt additamento *ἐκκλησία κυρία*, haec sunt.

A. Notatio *κυρία* vel clare legitur vel ex vestigiis reliquiisve litterarum certo restituitur:

n. 191 *ἐκκλησία κ[υρία* (ol. 115,1 = 320/19)
n. 230 *ἐκκλησ]ία κυρία* (ol. 118,2 = 307/6)
n. 238 *ἐκκλησία κυ[ρία* (ol. 118,2 = 307/6)
n. 262 *ἐκκλησί]α κυρία*
n. 278 *ἐκκλησία κ[υρία*
n. 301 *ἐκκλησία κυ]ρία*
n. 303 *ἐκ[κλη]σία κ[υ]ρί[α*
n. 304 *ἐκκ]λ[η]σία κυρία*
n. 308 *ἐκκλησία κυρία*
n. 314 *ἐκκλησία κυρ[ί]α* (ol. 124,1 = 284/3)
n. 317 *ἐκκλησία κυρία*
n. 320b *ἐκκλησία] κυρία*
n. 332 *ἐκκλησία κυρία*
n. 336 *ἐκκλ[ησία κυρ]ία*
n. 352b *ἐκκλησία κυρία*
n. 371 *ἐκκλησία κυρία*
n. 377 *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θ[εάτρωι*
n. 403 *ἐκκλη]|σία κυρία ἐν τῶι θεάτ[ρ]ωι*
n. 408 *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*
n. 421,19 *ἐκκ[λησία] κυ[ρία ἐν τῶι θεάτρωι*
n. 435 *ἐκκλησία κυρία ἐ[ν τ]ῶι θεάτρωι*
n. 436 *ἐκ]κλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*

n. 439 ἐκκλησία [κυρία] ἐν τῶι θεάτρωι
n. 454 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θ[εάτ]ρωι
n. 467,3 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι
n. 467,68 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι
n. 468 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θε[άτρωι
n. 469 ἐκκλησία κ[υ]ρία ἐν τῶι θεάτρωι
n. 470,2 ἐκκλησία κυρία [ἐν τῶι θεάτρωι
n. 470,32 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτ[ρ]ωι
n. 470,63 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι
n. 471,1 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι
n. 471,51 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι.

B. Notationem κυρία in tabulis scriptam fuisse coniectura probabili efficitur:

n. 177 ἐκκλη[σία] κυρία· τῶν προ]έ[δρων (ol. 112,3 = 330/29)
n. 182 ἐκκλησί[α] κυρία· τῶν προέδ]ρων (ol. 114,2 = 323/2)
n. 183,6 [-ἐκκλησία κυρία· τῶ]ν πρ]οέδρων (ol. 112,1 = 332/1)
n. 183,23 [-ἐκκλησία κυρία· τῶ]ν προέδρ]ω[ν (ol. 114,2 = 323/2)
n. 231 [-ἐκκλησία κυρία· τῶν προέ]δρων
n. 236 ἐκκλη[σία κυρία· τῶν προέδρων- -] (ol. 116,4 = 313/2)
n. 245 [-ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων-]
n. 255 ἐκκλησ][ία κυρία· τῶν προέδρων-] (ol. 119,1 = 304/3)
n. 257 ἐκ[κ]λ[ησία κυρία· τῶν προέδρων-] (ol. 119,1 = 304/3)
n. 300 ἐκκλ[η]σί][α κυρία· τῶν προ]έδρων (ol. 121,2 = 295/4)
n. 306 [-ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων-]
n. 319 [-ἐκκλησία κυρία· τῶ]ν προέδρων
n. 322 [-ἐκκλησία κυρία· τῶν πρ]οέδρων (ol. 125,4 (?) = 277/6)
n. 325 [.... ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων-]
n. 373 [-ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων-]
n. 373b [-ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων....]
n. 373b,30 ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων
n. 385 ἐ[κκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι· τῶν-]
n. 390 ἐκ[κ]λ[ησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι· τῶν-]
n. 430 ἐκκλησ[ία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι· τῶν-]
n. 477 [ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι· τῶν-]
n. 492 [.ἐκ]κλησία κυρία· τῶν]

Priusquam autem adgrediar ad ipsam rem, quam tractandam mihi proposui, pauca praemonenda sunt de hac for-

mula ipsa similibusque, quae in praescriptis decretorum obviam fiunt, additis.

Antiquissimus eorum titulorum, qui insignes sunt notatione contionis, est CIA II1 n. 173 (ol. 112,1 = 332/1) ubi legitur *ἐκκλησία* [*ἐ*]*ν* [*Διονύσου*] (vide pg. 10.); *ἐκκλησία κυρία* primum occurrit n. 177 (ol. 112,3 = 330/29); *ἐκκλησία* primum n. 186 (ol. 114,3 = 322/1)[1]. Omnes autem tituli, qui ol. 112,1 = 332/1 antiquiores sunt, nullam contionis significationem praebent, pauci etiam eorum, qui paulo recentiores sunt. Sunt autem hi: n. 174 (ol. 112,1 = 332/1); n. 176 (ol. 112,3 = 330/29); n. 178 (ol. 112,4 = 329/8); n. 181 (ol. 114,2 = 323/2). Accedunt n. 180, qui titulus ol. 114 recentior non est habendus; nn. 190 et 193, quorum annus non adparet. In omnibus deinceps titulis, qui post ol. 114 compositi sunt — excepto tantum n. 323, Polyeucti anno, ol. 125,4 = 277/6 conscripto — semper addita est aliqua significatio contionis. Atque cum supra habeas recensum decretorum, in quibus *ἐκκλησία κυρία* exstat, hoc loco addo ea decreta, in quibus legitur tantum *ἐκκλησία*.

CIA II1 nn. 120; 186; 188; 201; 230; 234; 237; 238b; 244; 247; 249b; 252b; 256b; 259; 260; 263; 264; 269; 270; 280; 297; 299; 302; 305; 311; 312; 313; 315; 316; 330; 334; 343; 345b; 384; 493; *Ἀθήν.* VI 134; 271 n. 4; 386 n. 4 (summa 38).

Titulus n. 330 exaratus est Cimone archonte i. e. ca. ol. 125 = 280 (cf. quae de aetate tituli adnotat Koehler). n. 344 Diomedonte archonte, cuius annus nondum definitus est; n. 343 archontis nomen non praebet, sed bello Chremonideo antiquior esse Koehlero visus est: quod ultimum est huius significationis exemplum, cuius tempus aliqua probabilitate definiri possit. Itaque constat solam contionis notationem scriptam esse inde ab ol. 112 = 332 usque ad medium fere saec. III.

---

[1] n. 175 ea de causa praeterii, quia nec de tempore satis constat neque verba ullo modo certo restitui posse videntur. Vide quae adnotavi ad hunc tit. pg. 11.

Inde ab hoc tempore in praescriptis titulorum post ἐκκλησία vel ἐκκλησία κυρία semper additur significatio loci, quo quaeque contio habita sit. Atque omnes contiones κύριαι habitae sunt ἐν τῷ θεάτρῳ (cf. catalogum pg. 1—2 inde a n. 377). Iam adscribam significationes locorum eorum titulorum, in quibus ἐκκλησία non diserte dicitur κυρία.

1) ἐκκλησία ἐν τῷ θεάτρῳ:

nn. 299b; 392; 399; 432; 437; 459; 460; 463; 465_{28}; 469_{50}; 477b; 494; cf. etiam 280b (summa: 12).

n. 392 saeculo III exeunte non multo antiquior visus est Koehlero; n. 399 caret temporis nota. De tit. n. 299b vide infra.

2) ἐκκλησία ἐμ Πειραιεῖ:

nn. 401; 406; 407; 417; 433; Ἀθήν. V 522; VI 489; cf. Dem. 19 § 60; CIA II 1 n. 459: ἐκκλησία ἐν τῶι] θεάτρωι ἡ μεταχθεῖ[σα] ἐκ Πειραιέως κατὰ τὸ ψήφισμα etc.

ἐμ Πειραιεῖ exaratum est nn. 401; 406; 417; 433; Ἀθήν. VI 489; restitutum CIA II 1 n. 407. Ἀθήν. V 522 ex Cumanudis transcriptione datur ἐν Πειραιεῖ; de n. 173 vide pg. 10.

3) ἐκκλησία ἐν Διονύσου:

nn. 307 bis; 420 bis; cf. n. 114 B v. 6; Aesch. II 61, III 68; Dem. 21 §§ 8 et 9; vide CIA II 1 n. 173.

De hoc additamento non eadem valent, quae de praecedentibus; agitur enim de sollemni contione post Dionysia habita, cui contioni semper additum esse adparet locum in praescriptis (ἐκκλησία ἐν Διονύσου), etiam iis temporibus, quibus loci significationes contionibus adici nondum solebant. Etenim n. 307 exaratus est ol. fere 122 = 290.[1]

4) ἐκκλησία ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν Διονύσου:

n. 470_{74}.

Habita est haec contio Thargelionis die XVI, Aristarcho archonte, inter annos fere 69 et 62 a. C. Agitur de Dionysii pompa.

---

[1] Contiones ἐν Διονύσου inde a saec. III initio habitae sunt omnes Elaphebolionis die XXI. Saec. IV nonnullis diebus ante XXI habebantur: cf. Aesch. II 61; CIA II_1 n. 173. vide infra ad Thuc. IV 118.

5) ἐκκλησία (σύγκλητος) κατὰ ψήφισμα, ὃ ὁ δεῖνα εἶπεν:
n. 381: ἐκκλησί[α ἐν] τῶι θεάτρ[ωι σύγκλητος κατὰ ψήφισμα, ὃ [...-]|σίας Θορ[ίκιος εἶπεν.
n. 389: ἐκκλησία ἐ[ν τῶι θεάτρωι κατὰ ψήφισμα, ὃ ...σ]τρατος Ἐρχιεὺς εἶπεν.
n. 434: ἐκκ[λησία ἐν τῶι θεάτρωι κατὰ ψήφισμα, ὃ .... — εἶπεν — —]. Vide tamen infra ad n. 434. Cf. Aesch. II 61; III 67; CIA II₁ n. 439.

Appendicis loco adiungo eos titulos, qui exhibent formulam βουλὴ ἐν (vel ἐμ) βουλευτηρίωι: n. 179 (ol. 113,4 = 325/4); nn. 390_{28}; 391; 440; 461; 475; 489b; infuit etiam praescriptis titulorum nn. 258; 329; 393; 394; 404; 535; βουλὴ ἐν τῶι Ἐλευσινίωι, quae formula legitur nn. 431_{30} et 472, similitudinem quandam habet cum illa: ἐκκλησία ἐν Διονύσου. n. 481 legitur: ἐ]ν τῶι Θησε[ίωι βουλή. n. 482: β]ουλὴ ἐν τῶι θεάτρωι ἡ [μεταχ]θεῖσα ἐκ τοῦ Πα[ναθ|η]ναϊκοῦ σταδίου cf. n. 459.

Cap. II.

Quoniam proposui omnium titulorum praescripta, quae significationem contionis exhibent, nunc videndum est, quibus diebus habitae sint singulae horum titulorum contiones. Qua in re pauca praemonenda sunt de ea ratione qua Athenienses soliti sint tempora contionum exprimere ita, ut certa notaque traderent memoriae.[1]

Atque et ante Euclidem et proximis temporibus post Euclidem Athenienses decretis praescripserunt nomina prytaniae, scribae, epistatae, rogatoris, nonnumquam etiam archontis. Inde ab ol. 100 fere (= 380) addebant saepius, quota prytania regnante decretum esset datum; inde ab ol. fere 104 etiam, quo prytaniae die. Atque dies prytaniae notatus est nn. 54 (104,2 = 363/2); 58 (caret temp. nota); 62 (105/4 = 357/6); 70 (106,2 = 355/4); 111 (108,4 =

[1] Cf. de his rebus quas breviter attigisse satis habeo, praeclarum librum Hartelii ‚Studien über attisches Staatsrecht und Urkundenwesen' Wien 1878; qui liber absoluta demum hac dissertatione in manus meas pervenit.

345/4); 116 (109,4 = 341/0); 117 (110,1 = 340/39); 222 (caret temp. nota). Mensis autem dies non legitur ante ol. 110,3 = 338/7 n. 121. (Nam n. 120 non pertinet ad ol. 110,1: vide quae adnotavi ad hunc titulum).

Inde ab hoc tempore et mensis et prytaniae dies decretis praescripti sunt exceptis nonnullis, in quibus antiquior modus servatus est: nn. 124 (ol. 110,4 = 337/6); 126; 127; 128; 168 (ol. 111,4 = 333/2); paucissimis decretis solus mensis dies praescribitur: n. 238; 244; 315; cf. n. 162 frg. a b v. 14.

Iam adgrediar ad singulos titulos tractandos. Quae disquisitio inprimis versabitur in investigandis diebus tam prytaniarum quam mensium, quibus quaeque habitae sint contiones. Atque quos recte sine dubio titulos restituit Koehler hoc loco par est praetermittere — conspectum autem eorum egi in tabulis huic commentationi additis —, eos tantum retractaturus, quos ille aut omnino non attigit aut non plane mihi restituisse visus est. Ordinem numerorum corporis inscriptionum Atticarum servavi.[1]

n. 109.

Hanc contionem eodem die habitam esse atque eam, quae nuper innotuit ex Ἀϑήν. VI 152, nomen epistatae, qui idem est in utroque titulo (Θεόφιλος Ἁλιμούσιος), demonstrat. Utramque autem contionem habitam esse aliquot diebus ante Elaphebolionis diem XVIII sequitur ex tituli citati v. 55 sq.

n. 120.

Koehler hunc titulum pertinere putat ad ol. 110,1, praescriptorum forma permotus. Quod num recte fecerit videndum.

In primo versu et secundo si nomina prytaniae et numerum, quo quota munere functa sit indicatur, inserueris ea, quae plurimis constant litteris, veluti Ἱπποϑωντίδος (12 lit.) et τετάρ]της (8 litt.), summa versuum longitudo efficitur 37 litt. Iam si ad v. 3 accedis, post vocabulum πρυτα[νείας spatium

---

[1] Textus titulorum quatenus restituere conatus sum, in fine commentationis scriptos exhibui.

explendum esset summum 12 litterarum. Quod Koehler dubitanter proposuit ἔδοξεν τῶι δήμωι, duabus de causis ferri non potest: et duabus litteris spatium summum supergreditur neque haec notatio hoc loco umquam legitur, sed semper post proëdrorum nomina. Hoc ipso autem loco, si aliquid, notatio contionis requiritur. Atque cum ἐκκλησία κυρία (13 litt.) spatium maximum una littera supergrediatur, aptum est solum ἐκκλησία.

Vera versuum amplitudo hoc modo definita est 33 litterarum. Relinquuntur igitur restitutioni nominis mensis et numerorum mensis prytaniaeque 22 litterae. At licet vocabula ponas ea, quae paucissimis constent litteris, veluti Γαμηλιῶνος εἰκοστῆι, ἕκτηι (23 litt.), amplitudo versuum superatur. Solito igitur modo haec expressa fuisse non videntur. Propterea verisimile est hic latere idem lapicidae peccatum, quod commissum est nn. 181; 493; 477b: equidem proposuerim Ἑκατομβαιῶνος ἐνδεκάτηι, quae restitutio spatium adcurate explet. Scribere enim debebat lapicida Ἑκατομβαιῶνος ἐνδεκάτηι, ἐνδεκάτηι τῆς πρυτανείας.

Quae si recte restituta sunt, titulus non pertinet ad ol. 110,1. Nam eo tempore nondum addita est significatio contionis (prima occurrit n. 175, ol. ca. 112; ipsa mensis notatio prima n. 121, ol. 110,3.). Revocandus igitur titulus ad ol. 116,4 = 313/2. Quem ad annum quominus Koehler titulum revocaret, hoc obstitisse videtur, quod non inveniebat symproëdros illos, qui inde ab ol. 115 (vel 115,2) semper in praescriptis comparent. Videntur autem fragmenta litterarum, quae in ultimo versu leguntur, non fuisse *ΟΣΜ* sed potius *ΟΕΔ* = συμπρ]όεδ[ροι. Eiusdem anni est n. 236. Prytania fuit aut Erechtheïs aut Cecropis aut Antiochis prima. Scribae nomen non exaratum fuit.[1]

n. 121.

Restitutioni dierum mensis et prytaniae datae sunt 22 litterae. Hi tantum numeri in lapide fuisse possunt:

ὀγδόηι μετ' εἰκάδας, ὀγδόη]ι
ἐνάτηι μετ' εἰκάδας, ἐνάτη]ι

[1] al. Hartel l. c. p. 45.

ἐνάτηι μετ' εἰκάδας, ὀγδόη]ι
ἕκτηι μετ' εἰκάδας, πέμπτη]ι.

Alios dies, qui minus apti sint, missos facio, quia verum diem invenisse me ex Aeschine spero. Ibi enim III 27 legitur: ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου ἄρχοντος Θαργηλιῶνος δευτέρᾳ φθίνοντος ἐκκλησίας οὔσης ἔγραψε Δημοσθένης ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν Σκιροφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου καὶ τρίτῃ. Hic titulus ad eundem mensem eiusdem anni spectat; δευτέρα φθίνοντος est dies XXIX, si mensi erant 30 dies. Adparet igitur hoc decretum eodem die factum esse, quo Demosthenem illud rogasse Aeschines narrat, i. e. Thargelionis die XXIX. Unum quaeri potest, utrum exstiterit ἐνάτηι μετ' εἰκάδας an δευτέραι φθίνοντος; nam semel tantum in toto CIA II 1 legi φθίνοντος: n. 180 (vide adn. ad tit. n. 230). Propterea etiam in hoc titulo, qui omnium primus exhibet notationem mensis, idem exstitisse potest. Pendet autem iudicium e restitutione diei prytaniae. Si scribitur δευτέραι φθίνοντος (17 litt.), relinquuntur diei prytaniae 5 litterae, quod spatium solo expletur vocabulo ἕκτηι. Atque cum dies XXIX Thargelionis, si 5 menses erant cavi, 5 solidi, sit 324us totius anni, praecedentium prytaniarum sex quidem habuerant 35 dies, tres 36 [35 . 6 (= 210) + 36 . 3 (= 108) = 318 + 6 = 324]. Ipsa deinde prytania decima habere debebat 36 dies. Quodsi scribimus ἐνάτηι μετ' εἰκάδας (16 litt.), spatium, quod relinquitur diei prytaniae, continebat 6 litteras, suppleri potest ὀγδόηι vel ἐνάτηι. Si ὀγδόηι suppletur, una prytania habebat 36 dies, octo 35; decima ipsa 38 dies; si ἐνάτηι, omnes priores prytaniae 35 dies, decima 39. Magis igitur inclino in supplementum δευτέραι φθίνοντος. [1]

n. 123.

Prytania fuit sexta, quia ἕκτης solum spatiis sufficit. Annus ol. 110,4 = 337/6 fuit communis (v. n. 125); anno autem communi prytania sexta administrabat fere inde a

[1] Annus ol. 110,3 = 338/7 fuit communis; v. tab. annorum.

Posideonis die 28 usque ad Anthesterionis diem primum. Anthesterion scribi non potest; nam si v. 5 numerum paucissimis litteris constantem ponas i. e. *ἕκτ]ηι*, tamen spatium post *ἐγραμμάτευεν*, 12 litt. complectens, *Ἀνθεστηριῶνος* (13 litt.) recipere non potest. Nec magis scribi potest *Ποσιδεῶνος*, quia dies ultimi 28, 29, (30) ita exprimi non possunt, ut cum spatiis congruant et desinant in *-ηι*. Propterea mensis fuit Gamelion; dies fuisse possunt hi:

δεκάτ]ηι [*ἱσταμένου* (sed hoc die Lenaea celebrabantur)
δεκάτ]ηι [*ὑστέραι*
πέμπτ]ηι [*ἱσταμένου* s. *ἐπὶ δέκα* s. *μετ' εἰκάδας*.

n. 132.

Singulos versus continere 25 litteras ex v. 5/6 adparet, qui certo restituti sunt. *Ἑ[κατομβαιῶνος* scribi non potest quia dies mensis prytaniaeque iidem non sunt: unum igitur relinquitur *Ἐ[λαφηβολιῶνος*. Iam inter hoc vocabulum et *εἰκοστῆι* spatium est 13 litterarum, quod cum totam diei significationem continere non possit, ΑΙ v. 5. fuisse *κ]αὶ* cum Koehlero sumendum est. Quae si recte se habent, neque alii numeri quam quos posui per spatia excogitari possunt et ipsi numeri optime consentiunt cum temporum ratione anni intercalaris ($5 . 30 + 4 . 29 + 20 = 150 + 116 + 20 = 286$; $6 . 38 + 37 + 21 = 228 + 37 + 21 = 286$). Decretum factum esse ante ol. 114 contionis significatio non addita (cf. p. 3), idem factum esse post ol. 110,2 mensis notatio docet (cf. p. 5). Per quod tempus anni intercalarii erant ol. 110,3 (Chaerondae); 111,1 (Pythodemi); 111,4 (Nicocratis); 112,3 (Aristophontis); olympiadis sequentis anni intercalarii non constant, cf. adn. ad n. 492 et *Ἀθήν*. VI 134/5. Propter scribae nomen quod in hoc de quo agitur titulo 11 litteras comprehendit anni ol. 110,3; 111,4; 112,3 excludendi sunt; relinquuntur ol. 111,1 et anni intercalarii ol. 113. Videtur tamen hic titulus ad eundem annum non pertinere, quo decreta *Ἀθήν*. VI 134/5 et CIA II 1 n. 180 facta sunt, propter scribae nomen.

n. 169.

Parum recte scripsit Koehler: *ἐν|άτηι κα]ὶ δ[εκάτηι τῆς πρυτανείας.* Quod si recte se haberet necesse esset aut primam prytaniam 37 dies tantum administrasse, cum 38 deberet, quia Nicocratis annus est intercalaris, aut diem aliquem esse intercalatum; quorum neutrum est verisimile. Scribendum igitur: *ὀγ|δόηι κα]ὶ δ[εκάτηι,* quo modo Hecatombaeoni dantur 30 dies, primae prytaniae autem 38, quot par est (30 + 26 = 56; 38 + 18 = 56).

n. 173.

Koehler scripsit v. 5/6: *ἐ]ν [Πειραιεῖ].* Primum autem monendum est, hanc loci significationem occurrere altero demum a. C. n. saeculo; quo tempore hic titulus exaratus est, eiusmodi loci significationes omnino nullae dum leguntur (v. pg. 3). Deinde non *ἐν Πειραιεῖ* scribi solet, sed *ἐμ Πειραιεῖ*: nn. 401; 406; 417; 433; *Ἀθήν.* VI 489. Uno tantum loco, siquidem recte dedit Cumanudis, *ἐν Πειραιεῖ* exstat *Ἀθήν.* V 522. His causis permotus falsam hanc lectionem esse credidi posuique *ἐ]ν [Διονύσου].* Hanc enim loci significationem antiquiorem esse ceteris supra vidimus pg. 4 n. 3. Dies fuit XIX Elaphebolionis anni ol. 112,1 = 332/1; eadem contio anno ol. 108,3 = 346/5 habita est Elaphebolionis die fere XVII, certe ante diem XVIII (Aesch. II 61); posterioribus temporibus semper ut videtur die XXI.

In hac contione agebatur de rebus sacris Dionysiorum magnorum. cf. Dem. 21,8 (lex) et 9: *ἐν δὲ ταύτῃ* (scil. *ἐκκλησίᾳ ἐν Διονύσου*), *ἐπειδὰν χρηματίσωσιν οἱ πρόεδροι περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ ἄρχων, χρηματίζειν καὶ περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ τὴν ἑορτὴν ἢ παρανενομηκώς.* Agitur in hoc decreto de honoribus conferendis homini Plataeensi; rogationem tulerat Lycurgus Lycophronis f. Butades, cuius cura rerum sacrarum nota est. Propterea Plataeensem illum honoribus adfectum esse conicio, quia aliquid contulisset ad Dionysiorum festum ornatius celebrandum.

n. 175.

Quae restituit vv. 4, 5, 6 Koehler, necessaria omnino esse videntur. Longitudo versuum erat 34 litterarum. Sed qui fuit mensis? Fragmentum versus 3 litterae ultimae indicat aut E, aut P, aut H, aut A; cf. Koehleri vv. 11. De P et H non cogitandum, quia mensis ab his litteris nullus incipit. Atque cum propter spatia necessarium sit mensem 11 litteris constare, in censum veniunt *Ἑκατομβαιών, Ἀνθεστηριών, Ἐλαφηβολιών,* fortasse *Σκιροφοριών*. Hecatombaeon non fuit, quia non pares sunt dies mensis et prytaniae. Si Anthesterionem ponis, eius dies ultimus omni modo incidit in prytaniam septimam (*ἑβδόμης*); sed cum v. 2 numerus ante prytaniam desinat in — *της*, et septima prytania et Anthesterion abiciendi sunt. Elaphebolionis dies ultimus incidit in prytaniam octavam (*ὀγδόης*). Itaque eadem de causa ne hanc quidem prytaniam nec hunc mensem ponere licet. Nec magis *Σκιροφοριῶνος* poni potest, quia eius mensis diei ultimo respondere non potest prytaniae ultimae dies XXV (v. 4/5). Videtur igitur mendum aliquo loco latere aut ipsius lapicidae aut eorum, qui titulum exscripserunt. Atque si prima littera v. 2 = T recte se habet, mendum latet v. 5; si v. 5 recte, mendum v. 2 initio. Scriptum igitur esse potest:

1) v. 2: *ἑβδόμ]ης πρυτανείας*
v. 3/4: *Ἀ[νθεστηριῶνος*
v. 4/5: *πέμ[πτηι καὶ εἰκοστῆι*

2) v. 2: *δεκά]της πρυτανείας*
v. 3/4: *Σ[κιροφοριῶνος*
v. 4/5: *πέμ[πτηι καὶ εἰκοστῆι,* lapicidae errore pro *τριακοστῆι.*

Quomodo autem lacunis recte mederi possim, non video.

n. 188.

Temporum ratio satis mira est. Nam licet pro *Θαργηλιῶνος* recte *Σκιροφοριῶνος* ponas, quomodo explices numerum dierum prytaniae? CIA II 1 n. 186 Thargelionis dies II respondet diei 23 prytaniae, quod nisi anno intercalari evenire

non potuit. Etenim si 6 menses solidi, 5 cavi fuerunt, Thargelionis d. II erat 327us anni (6 . 30 (= 180) + 5 . 29 (= 145) + 2 = 327). Prytaniae nonae dies 23 item est 327us anni, si praecedentes octo prytaniae administraverant 8 . 38 = 304 dies (304 + 23 = 327). Faciamus numerum dierum Thargelionis et Scirophorionis fuisse 59; tum prytaniae nona et decima administrabant 80 (59 + 21) dies et 21 dies praefuerat iam nona prytania mense Munichione: ex hoc autem de quo agitur titulo adparet prytaniam decimam non plus quam 39 dies munere functam esse (v. 6: *κ]αὶ τριακοστῆι*). Ergo nona prytania plus quam 40 dies administraverat. Atque si v. 5/6 ea restituis, quae per spatia sola apta sunt, haec X prytania ne legitimos quidem 38 dies habebat. Sed satis habeo difficultates indicasse, quibus explicandis par non sum.

n. 230 frg. a.

Proficiscendum est a versibus tertio et quarto, quorum certa emendatio docet longitudinem singulorum versuum fuisse 31 litt. Post *Μαιμακτηριῶνος* igitur desunt 14 litterae. Rangabis Ant. hell. II n. 426 pg. 99 supplevit *Μαιμακτηριῶν[ος ἑβδόμηι, πρώτη]ι καὶ εἰκοστῆι* — vel — *Μαιμακτηριῶν[ος δεκάτηι, τρίτη]ι καὶ εἰκοστῆι*, utrumque parum recte. Quod priori loco posuit tribus de causis reiciendum est. Primum enim Athenienses, si mensium dies numerabant, primae decadis numeris semper addebant: *ἱσταμένου.*[1] Deinde prytaniae dies XXI

---

[1] Quia saepius recurrendum erit ad usum Atheniensium dies mensium numerandi, hoc loco, quae de ea re collegi, exponam.

I decas		II decas		III decas	
1		ἑνδεκάτηι		δεκάτηι ὑστέραι	
2 δευτέραι		δωδεκάτηι			
3 τρίτηι					
4 τετράδι					
5 πέμπτηι	ἱσταμένου.				μετ' εἰκάδας
6 ἕκτηι			ἐπὶ δέκα		
7 ἑβδόμηι					
8 ὀγδόηι					
9 ἐνάτηι					
10 δεκάτηι		. . . .		ἕνηι καὶ νέαι	

in titulis nunquam audit: πρώτη καὶ εἰκοστή, sed semper μία καὶ εἰκοστή, cf. CIA II1 nn. 180; 236; 263; 264; 270; 297; 303; 320; 407; Ἀθήν. VI 158 etc. Postremo rarissime decreta obviam fiunt, quae facta sint die alicuius decadis septimo; cf. A. Mommsen Heortologie pg. 94 et 295; vide tamen CIA II1 n. 260; n. 280, ubi clare legitur ἑβδόμει ἐπ[ὶ δέκα. Altera autem Rangabis coniectura laborat eo, quod δεκάτηι dixit pro δεκάτηι ἱσταμένου.

Restat unum quod cum spatiis et ratione conveniat supplementum, ut scribamus: Μαιμακτηριῶν[ος ἑνδεκάτηι, μιᾶ]ι καὶ εἰκοστῆι τῆς πρ.

Nam δωδεκάτηι, quod per spatia scribere licet, eo mihi minus placet, quod si in lapide fuisset, uni prytaniae 37 dies attribuere cogeremur, quod accidisse haud verisimile est (2 . 30 + 2 . 29 + 12 = 60 + 58 + 12 = 130; 2 . 36 + 37 + 21 = 72 + 37 + 21 = 130). Prytania functa est Hippothontis, quod adparet ex v. 21; cf. quae adnotavi ad n. 309.

Titulus exaratus est post ol. 112,1, quia exstat in v. 3/4 ἐκκλησία κυρία (cf. pg. 3) et ante ol. 115,2, quia symproëdri nondum nominati sunt. Annus, quo decretum factum est, fuit communis; anni autem communes inter ol. 112,1 et 115,2 fuerunt (cf. tab. annorum):

ol. 112,2; arch. Aristophanes; scriba ignotus.
ol. 113,2; arch. Hegemon; „ „
ol. 114,1; arch. Hegesias; „ „
ol. 114,4; arch. Archippus; „ „

Videtur autem titulus pertinere ad ol. 114,4, quia scribae demoticon per compendium scriptum est, quod factum esse ante ol. 115 non inveni [cf. Hartel l. c. p. 40 sqq].

Primus dies mensis varie expressus est; CIA II1 n. 176: ἐ[-- ....]ηι; cf. ind. CIG. Dies XX n. 303: εἰκοστῆι; cf. n. 132, ubi fortasse [εἰκάδι]? Falso igitur Koehler n. 381: ἐνάτηι καὶ δεκάτηι, qui numerus audit ἐνάτηι ἐπὶ δέκα. In III decade semel φθίνοντος legitur n. 180; cf. tamen, quae de n. 121 exposui. Inde ab altera parte saeculi IV semper legitur μετ' εἰκάδας; falso igitur Koehler n. 135c ἕκ[τηι καὶ εἰκοστῆι, et n. 431 v. 29 adn. [ἑβδόμει φθίνοντος. Quod tradidit auctor Lex. Cantab. s. v. ἕνη καὶ νέα hinc corrigendum est.

n. 230 frg. b.

„Ex praescriptorum forma et litteraturae specie“ iam Koehler conclusit „hoc decretum et monumentum ipsum ol. 115 vix esse recentius“. Atque cum annus sit intercalaris, non potest titulus non pertinere ad ol. 115,4 (arch. Demogenes), qui annus hac Olympiade solus est intercalaris.

n. 231.

Koehlerum secutus, qui nomen archontis recte restituisse videtur, cetera ut edidi supplenda esse censeo. V. 3 quae Koehler et Velsen legerunt, *πρώτηι καὶ δεκάτηι* fuisse videntur. Sed *πρώτηι καὶ δεκάτηι* pro *ἑνδεκάτηι* vix ab Atheniensibus in inscriptione publica dictum est (V. tamen n. 183, ubi Koehler supplevit: *δευτ[έραι ἐπὶ δέκα - -*). Propterea rectius videtur legisse Rangabis, qui praebet *τρίτηι καὶ δεκάτηι*. Cum versuum longitudo sit 50 litt., restant restitutioni mensis eiusque diei 22 litt. Atque Archippi annus erat communis (cf. tab. annorum). Propterea menses eorumque dies, qui et lacunam adcurate explent et respondent diei prytaniae alicuius decimo tertio, sunt aut *Πυανοψιῶνος ἕνει καὶ νέαι*, cui diei respondet prytaniae quartae dies XIII (2 . 30 + 2 . 29 = 60 + 58 = 118; 3 . 35 + 13 = 105 + 13 = 118) aut *Μουνιχιῶνος ἕνει καὶ νέαι*, cui quidem diei respondet prytaniae nonae dies XIII (5 . 30 + 5 . 29 = 150 + 145 = 295; 2 . 36 + 6 . 35 + 13 = 72 + 210 + 13 = 295). Uter fuerit diiudicari non potest.

n. 236.

Koehler restituit diem prytaniae: *μιᾶι καὶ τριακοστῆι*, ea sane de causa, quod littera ultima versus quarti ei visa est K eoque modo evasit annus intercalaris, qui nullo modo ferri potest. Nam et secundum cyclum tum temporis usitatum annus ol. 116,4 est communis neque Athenienses, si opus fuisset totum mensem intercalare, ita intercalassent, ut duo anni intercalares sese exciperent. Nam ol. 116,3 certo est

intercalaris. Accedit quod anni sequentes optime ad cyclum quadrant (v. tab. annorum). Propterea omni modo hunc annum communem fuisse oportet. Atque optime etiam dies prytaniae ita restitui potest, ut annus evadat communis, si scribimus Velseni apographum secuti: πέμπτει καὶ δεκάτει τῆς πρ. (3 . 30 + 3 . 29 + 16 = 90 + 87 + 16 = 193; 3 . 36 + 2 . 35 + 15 = 108 + 70 + 15 = 193).

n. 238.

Certa est lectio et mensis Posideonis et contionis; dies fuit aut V aut X (propter spatia); septimus non fuit, ut docui ad n. 230. Quae adnotavit in addendis Koehler de scriba non omni ex parte recte se habent (cf. ad n. 238b).

n. 238b.

Koehler hunc titulum ad ol. 118,2 = 307/6 revocavit; parum recte. Nam scribae eius, qui ol. 118,2 senatui adfuit, nomen cum patronymico et demotico continet 28 litteras, huius 23 tantum. Qua ex re sola adparet titulum non spectare ad Anaxicratem, qui 118,2 archon erat, sed ad eum Anaxicratem, qui ol. 125,2 eo munere functus est (cf. n. 320b), cuius anni scribae nomen totidem fere complectitur litteras: *Λυσίας Ποθείνου Διομιεύς* (22 litt.). Nec offendit quod in v. 3 huius de quo agitur tituli demoticon scribae exit in — *ιεύς*: etenim demoticon hoc erat et *Διομιεύς* et *Διομειεύς* derivatum a *Διόμεια* (cf. n. 493, qui titulus ad eundem annum spectat). Atque si scribitur *Λυσίας Ποθείνου Διομειεύς*, spatium totum ad litteram expletur. Hoc igitur titulo non comprobatur, id quod Koehler in addendis ad n. 238 putavit, demoticon scribae ol. 118,2 fuisse *Παιανιεύς*; etsi spatia flagitant hoc demoticon, cum *Ποτάμιος* lacunam non expleat.

Is qui rogationem tulerat fuit Stratocles Euthydemi f. Diomeeus; idem commemoratur CIA II 1 nn. 240 (ol. 118,2 = 307/6); 247; 263; 264 (ol. 119,2 = 303/2); 265; 266; 267; (268?); 302 (ol. 121,4 = 293/2); *Ἀθήν*. V 522 n. 6.

Menses fuerunt aut Munichion aut Thargelion aut Scirophorion, quia prytania erat aut δε]κάτη aut ἑνδε]κάτη aut δωδε]κάτη. Post ἱσταμένου v. 4 suppleri debere videtur ἐ[νάτηι. Dies mensis qui fuerit non exputo, cum de huius aetatis ratione temporum non satis constet: cf. n. 320b.

n. 245.

Koehlerum secutus, qui titulum ante ol. 118,2 conceptum esse putat, cetera restituere temptavi (cf. apographum). Unius versus longitudo definitur eis supplementis, quae in v. 3/4 posui; hic enim sive Scirophorionem sive alium scribis mensem efficitur versus 33 – 37 litterarum. Si κυρία non reciperetur, versus esset 31 litterarum, quod non pateretur v. 3/4; recepto vero vocabulo κυρία versus efficiuntur 36 litterarum, qua re quomodo reliqui versus emendandi sint indicatur. Litterarum vestigia v. 2 legi possunt ἐν]άτη[ς vel δεκ]άτη[ς. Itaque mensis fuit aut Thargelion aut Scirophorion aut forte Munichion; nona enim prytania anno communi incipit Munichionis die fere XV, anno intercalari Munichionis die fere IX. Dies mensis est certo XXI (δε]κάτηι ὑ[στέραι). Itaque Munichion scribi non potest, quia ii dies prytaniae, qui respondent diei XXI, omnes spatium post ὑστέραι usque ad τῆς πρυτανείας non explent (18 litt.). Fuerunt enim anno communi prytaniae nonae dies 3—7 (7 litt.), anno intercalari 9 – 13 (16 litt.). Thargelion si scribitur spatium unius litterae in v. 3 relinquitur vacuum et prytaniae dies solus aptus est ἕκτηι καὶ τριακοστῆι (18 litt.). Octo priores prytaniae tum administrassent 8 . 35 = 280 dies; ipsa nona 36, si praecedentium mensium quinque erant solidi. quinque cavi (280 + 36 = 316; 5 . 30 + 5 . 29 + 21 = 150 + 145 + 21 = 316); restarent decimae prytaniae dies 38 (316 + 38 = 354). Quae quidem dierum divisio quamquam non inaudita, at insolita est. Si vero Scirophorion scribitur, una littera superflua est in v. 3; dies tum solus aptus est spatiis ἑβδόμηι καὶ εἰκοστῆι (18 litt.) ita, ut illi quattuor dies, quibus annus dierum prytaniarum numerum legitimum superabat prioribus prytaniis

attributi fuerint (6 . 30 + 5 . 29 + 21 = 180 + 145 + 21 = 346; 4 . 36 + 5 . 35 + 27 = 144 + 175 + 27 = 346). Quae divisio multo saepius occurrit quam illa. Accedit quod eodem die Scirophorionis XXI aliae tres contiones habitae sunt; de quo vide tabulam.

Annus igitur fuit communis. Titulus et post ol. 115,2 exaratus et ante ol. 118,2, ut ex additamento *καὶ συμπρόεδροι* et ex ordine proëdrorum sequitur. Archon latet. Scriba ex pago *Θόραι* adhuc ignotus.

n. 252b.

In v. 5/6 certa est restitutio *τριακοσ[τῆι τῆς πρυτανείας· ἐκκλησία· τῶν] προέδρων* etc. Litterae adcurate *στοιχηδόν* dispositae sunt excepto v. 8. Ergo inter *ἐγραμμάτευεν* et *ἕνει καὶ νέαι* spatium est 12 litterarum, quod solo Boëdromionis nomine apte expletur. Recipiendum igitur in v. 1: *τρίτης πρυτανείας*. Scribae nomen posui e. g. *[Αὐτόλυκ]ος Λύκου Ἀλωπεκῆθεν*. Ad eundem annum pertinet etiam titulus, quem edidit Cumanudis in *Ἀθήν.* VI 386 n. 4. Titulus exaratus est ante saeculum III medium, quia nec locus contionis significatus est et Antigonis et Demetrias etiamtum exstant. Ceterum proëdri nominatim enumerati sunt etiam CIA II 1 nn. 230; 236; 244; 245; 336; 371; *Ἀθήν.* VI 271 n. 4.

n. 256.

Lacuna a *Ποσιδεῶν[ος* v. 4 usque ad *καὶ* v. 5 complectitur 24 litteras; cum annus fuerit communis (cf. nn. 255; 257), iure exspectas in hoc titulo ut in nn. 255 et 257 diem prytaniae eundem esse atque mensis. Quodsi re vera fuit, scribi tantum potest: *πέμπτηι μετ' εἰκάδας, πέμπτηι καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανείας* (v. autem 256b).

n. 256b.

Ad eundem annum spectant nn. 255; 256; 257; denique 258, cuius tituli praescripta perierunt. Qui tituli omnes ita

restituti sunt, ut evadat annus communis et mensis dies adcurate respondeat eidem diei prytaniae. Quomodo iam huius tituli temporum ratio diversa est explicanda? Ante diem primum Gamelionis mensis septima prytania iam septem dies expleverat; incipiebat, si Posideon solidus erat, die XXIV Posideonis. Quod si fuit, n. 256 scribi oporteret: Ποσιδεῶνος δευτέραι μετ' εἰκάδας, ἐνάτηι καὶ εἰκοστῆι τῆς πρ., quod quidem spatiis non convenit. Sed quomodocumque scripseris, putare necesse est post Pyanopsionis diem XVIII (n. 255 v. 3/4) intercalatos esse sex vel septem dies; n. 257 autem, quod decretum Thargelione factum est, praebet dierum sortitionem solitam et ordinariam. Rursus igitur eundem numerum dierum demptum esse confitendum esset. Quod absurde factum esse, si modo esset factum, adparet. Propterea in hoc de quo agitur titulo errorem statuere magis placet, quam tale quid accidisse putare. Quamquam ubi lateat error dicere nequeo.

n. 257.

Thargelionis dies XXV fuit nefastus; Plut. Alc. cap. 34: ἐν ταῖς μάλιστα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην (scil. ἕκτην φθίνοντος Θαργηλιῶνος) ἄπρακτον οἱ Ἀθηναῖοι νομίζουσιν (vide A. Mommsen Heortologie pg. 427. Schömann de com. pg. 50). Nec tamen alius mensis exstare potest neque alius dies. Nisi igitur putamus re vera Plynteriorum die hoc decretum esse confectum, statuamus necesse est aut Plynteria tempore procedente sedem mutasse aut Thargelioni fuisse 29 dies, ita ut ἕκτη φθίνοντος, quo die Plynteria celebrabantur, incidisse in Thargelionis d. XXIV, postero deinde die habita esse haec contio putanda sit.

n. 260.

Koehler v. 4 supplevit ἑβδόμει ἐπὶ δ]έκα, quod spatiis non convenit, nisi putas duas litteras in unius spatium computatas esse. Praeterea autem vide adn. ad n. 230 frg. a. Tamen titulus n. 259 flagitare videtur, ut hoc loco scribatur ἑβδόμει ἐπὶ δέκα; ibi enim Anthesterionis dies VIII respondet prytaniae diei XX. En tabulam:

8 — 20	
9 — 21	
10 — 22	
11 — 23	
12 — 24	
13 — 25	
14 — 26	
15 — 27	
16 — 28	
17 — 29	

Nisi igitur forte dicamus latere errorem vel lapicidae vel eius, qui titulum composuit, amplectenda erit ea ratio quam Koehler iniit: id quod facere minime dubito. Contio fuit ultima prytaniae octavae; annus intercalaris.

n. 263.

Cum de diebus dubitatio non sit, pauca tamen addere placet de ratione anni. In hoc decreto et proxime sequenti legitur: *ἕνηι καὶ νέαι προτέραι* = die ultimo priori (n. 389 exstat: — *δε]κάτηι προτέραι*; vide quae ad hunc titulum adnotavi). Quid hac dictione significatum sit dubium. Annus Leostrati archontis fuit intercalaris, ut adparet ex ceteris titulis eiusdem anni; unaquaeque prytania regnabat 32 dies. Huic diei *ἕνηι καὶ νέαι προτέραι* respondet prytaniae duodecimae dies XXXI; itaque illam *ἕνην καὶ νέαν προτέραν* sequebatur unus dies, qui respondebat prytaniae diei XXXII. Concluditur autem ex n. 262, ubi Scirophorionis diei XXI respondet prytaniae d. XXIII, *ἕνην καὶ νέαν προτέραν* fuisse diem XXIX mensis. En tabulam:

21 — 23	
22 — 24	
23 — 25	
24 — 26	
25 — 27	
26 — 28	
27 — 29	
28 — 30	
29 — 31	
30 — 32	

Sequens ille dies XXX fuit *ἐμβόλιμος*. Etenim ex ratione calendarii Scirophorion continere debebat 29 tantum dies; ipse 29us nominandus erat *ἕνη καὶ νέα*, dies ultimus. Sed cum necessarium videretur anno unum diem addere eique sedes daretur post diem ultimum, ipse ultimus vocabatur *προτέρα*, quia ultimus erat ex ratione primaria.

Dies intercalati occurrunt etiam:

n. 175: — — *ἕνηι καὶ ν]έαι ἐμβολίμωι*

n. 247: *Μουνιχιῶνος ἕνηι καὶ νέαι ἐμβολίμωι*
n. 320b: *Γαμηλιῶνος δευτ[έ]ραι ἐ[μ]βολίμωι, ὀγδόε[ι] μετ' εἰκάδας ἡμερολεγδόν.*
n. 324: *Ἐλαφηβολιῶνος ἕνει καὶ νέαι ἐμ[βολίμωι.*
n. 381: *Μεταγειτνιῶνος ἐνάτ[ηι μετ' εἰκάδας δ]ευτέραι ἐμβολίμωι* (pro *Μεταγειτνιῶνος* suspicatur Koehler: *Βοηδρομιῶνος*).
n. 471 (= 472): *Βοηδρομιῶνος ὀγδόει ἱσταμένου ἐμβολίμωι κατ' ἄρχοντα, κατὰ θεὸν δὲ ἐνάτει ἱσταμένου.*

Videmus igitur sedem certam huic diei neutiquam fuisse, dies mensis autem ita numeratos esse, ut idem numerus bis poneretur, priori loco addito *προτέραι*, altero *ἐμβολίμωι*.

Quomodo autem fieri potuit, ut anno intercalari Athenienses unum diem insuper intercalarent? Nonne hoc modo annus efficiebatur 385 dierum? Effici quidem necesse non erat, si menses cavi et solidi hoc modo dispositi erant: (adscripsi etiam dies prytaniarum respondentes)

Hecatombaeon	29	=	29	prytaniae	I
Metagitnion	30	=	27	„	II
Boëdromion	29	=	24	„	III
Pyanopsion	30	=	22	„	IV
Maemacterion	29	=	19	„	V
Posideon I	30	=	17	„	VI
Posideon II	29	=	14	„	VII
Gamelion	30	=	12	„	VIII
Anthesterion	29	=	9	„	IX
Elaphebolion	30	=	7	„	X
Munichion	29	=	4	„	XI
Thargelion	30	=	2	„	XII
Scirophorion	30	=	32	„	XII

Insequentis autem anni primus mensis rursus erat solidus; cf. Unger in Ber. d. k. bair. Acad. d. W. 1875 II 58.

n. 278.

Versuum longitudo concluditur ex v. 5/6, quorum certa est restitutio. Atque si pari longitudine erant versus, dies

prytaniae in v. 4/5 fuit *τετάρ[τηι καὶ δεκάτηι*. Koehler, qui lapidem vidit, titulum XII tribuum aetati attribuit, unde mensis aliquo modo definiri potest. Etenim cum dies mensis qui fuit tertiae decadis (— *μετ' εἰκάδας*) responderet diei prytaniae XIV, annus omni modo fuit intercalaris. Dies autem XIV alicuius prytaniae III decadi alicuius mensis non respondet nisi Pyanopsione, Maemacterione, Posideone (I), Posideone II. Nomen mensis et numerus ante *μετ' εἰκάδας* continebant 19 litteras; propterea *Ποσιδεῶνος δευτέρου* (18 litt.) vel *Ποσιδεῶνος ὑστέρου* (17 litt.) in lapide non fuit, quia spatium non sufficit numero ante *μετ' εἰκάδας*. Posideon I, qui non appellabatur *Ποσιδεὼν πρότερος* vel *πρῶτος*, sed tantum *Ποσιδεών* (cf. n. 436), aptus non est, quia spatium ante *μετ' εἰκάδας* amplius est quam quod numero aliquo totum expleatur. Si Maemacterion scribitur, solus aptus est dies XXVI (5 litt. aute *μετ' εἰκάδας*). Sed huic diei non respondet dies prytaniae ($2 . 30 + 2 . 29 + 26 = 60 + 58 + 26 = 144$; $4 . 32 + 14 = 128 + 14 = 142$). Propterea Maemacterion non fuit in lapide. Restat Pyanopsion, cuius solus aptus est dies XXII (*δευτέρει* (8 litt.) *μετ' εἰκάδας*). Atque hic dies consentit cum divisione dierum, si duo menses priores erant cavi ($2 . 29 + 30 + 22 = 58 + 30 + 22 = 110$; $3 . 32 + 14 = 96 + 14 = 110$).

Quodsi versus fuerunt impares, quid exstiterit dici nequit.

n. 280b.

Quae posui pro certis non vendo; sed formam lapidis et praescriptorum talem fuisse qualem dedi constare puto. Atque quia scriptum erat *ἐκκλησία ἐν τῶι θεάτρωι*, titulus recentior est quam videtur Koehlero.

n. 299.

Munichionis die XVI celebrata esse Munichia docet A. Mommsen Heortol. 403. Atqui cum duo decreta hoc die facta sint (cf. n. 435), dubia res esse videtur his quidem temporibus. Ceterum de archonte qui dicitur *ὕστερον ἄρξας* ad-

stipulor Droyseno Gesch. d. Hell. II² pg. 395 et C. Schaefero de scribis senatus populique Ath. pg. 34.

n. 299 b.

Propter ἀναγραφέως mentionem Koehler dubitanter hunc titulum ca. ol. 115 exaratum esse suspicatus est; C. Schaefer l. l. pg. 33 certo anno ol. 115,2 (Appollodorus arch.) attribuit. Quod suo iure fecisse videntur. Tamen insunt in hoc de quo agitur titulo, quae recentiorem aetatem testentur. Etenim litteratura eiusmodi est, qualis nunquam occurrit ol. 115, sed saeculo demum III (*I* pro *P*, *Ε* pro *Ε*, *Ω* pro *Ω*) cf. nn. 317; 318; 320; 437; 438 etc. Gravissimum vero est, quod legitur ἐκκλησία ἐν τῶι θεάτρωι, quae formula ante saec. III medium non occurrit. Difficultates ita fortasse solvuntur, ut decretum factum quidem esse putemus ol. 115, lapidi vero incisum saec. III fere exeunte. De decreti argumento tabula undique fracta nihil nos docet.

Inter Μουνιχιῶνος et τῆς πρυτανείας v. 5. spatium est 13 litterarum, quod continuit numeros dierum mensis et prytaniae. Uterque igitur numerus 5—8 litteris constabat. Atque dies mensis fuit aut εἰκάδι (6 litt.), tum dies prytaniae πέμπτηι, ἑβδόμηι, δεκάτηι (7 litt.) — aut εἰκοστῆι (8 litt.), tum d. pr. fuit ἕκτηι (5 litt.). Omni igitur modo fuit Munichionis dies XX. Εἰκάδι restituendum esse videtur n. 132, εἰκοστῆι n. 303.

n. 302.

Koehler v. 3/4 dubitanter restituit τῆι δευτέρ]αι, quod licet spatiis conveniat parum respondet usui numerandi; dies enim secundus solet δευτέρα ἱσταμένου dici omisso articulo. Annus Olympiodori, sive is ol. 121,3 sive 121,4 archon fuit, est communis; cf. tab. annorum. Propterea prytaniae decimae diei primo respondere debent aut Elaphebolionis dies 28—30 aut Munichionis dies 1—3. Elaphebolion si scribitur, dies fuisse non potest nisi ἕνει καὶ νέ]αι (ceteri enim dies exeunt in — εἰκάδας), quod spatiis non convenit. Munichionis autem

dies 2 et 3 scripti non fuerunt, quia deest ἱσταμένου. Propterea mensis diem fuisse primum veri simile est, qui tamen quomodo expressus fuerit nescio: νουμηνίαι enim spatium 11 litterarum non explet. n. 176 significatio diei primi erat ε[..?| .....]ηι (10 fere litt.).

n. 303.

Koehler restituit *B*]ο[ηδρομιῶνος εἰκοστ]ε̃ι; Boëdromionis autem diebus XX et XXI Eleusinia celebrabantur. Atque cum pro εἰκοστε̃ι vix alius numerus inveniri possit, alius mensis ponendus est. Cum secunda mensis littera sit ο, remoto Boëdromione restant Ποσιδεῶνος et Μουνιχιῶνος. Ποσιδεῶνος si ponitur, v. 3 una vel duabus litteris minus habet quam ceteri; idem accidit in v. 2, ubi ἕκτης πρυτανείας restituendum esset. Propterea v. 3 restitui *M*]ο[υνιχιῶνος εἰκοστ]ε̃ι, v. 1/2 δεκάτης πρυτανείας. Annus igitur Antimachi fuit communis.

n. 306.

Titulus multifariam admittit restitutionem mensis et prytaniae dierum. Adposui autem titulum quo adpareret contionem fuisse κυρίαν, annum intercalarem. Nullo enim modo sic restitui potest, ut numeri dierum mensis et prytaniae sint iidem.

n. 307.

De diebus vix dubitari potest. Quomodo autem prytaniae nonae dies XXIX respondere potest Elaphebolionis diei XXI? Annum fuisse communem adparet. Elaphebolionis igitur dies XXI fuit 286us anni, si mensium praecedentium quinque erant cavi, quattuor solidi ($5 . 29 + 4 . 30 + 21 = 145 + 120 + 21 = 286$). Prytaniae nonae autem dies XXIX 285us, si priorum prytaniarum unaquaeque 32 dies habuit ($8 . 32 + 29 = 256 + 29 = 285$). Propterea unam prytaniam habuisse 33 dies necesse fere est (de diebus prytaniarum cf. Boeckh epigr. chronol. St. pg. 75).

n. 309.

Praescripta quidem non exstant, sed insunt quae tempus clare indicent. Est enim formula: *τοὺς δὲ πρυτάνεις, οἳ ἂν τυγχάνωσιν πρυτανεύοντες, δοῦναι τὴν ψῆφον περὶ τῆς δωρεᾶς, ἐπειδὰν ἐπικυρωθῆι, εἰσαγαγεῖν δέ* etc. Quae formula ut recte intellegatur, totius decreti rationem persequi necesse est. Verba quae leguntur sunt probuleumatis; decretum autem esse populi indicatur formula praescripta: *ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι.*[1] Sed ipsa formula, quam supra adscripsi, variat secundum tempus, quo senatus consultum fiebat.

1) Si senatus consultum ante paenultimam contionem prytaniae factum est, formula usurpatur:

a. *τοὺς δὲ πρυτάνεις δοῦναι περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν*: nn. 115b; 154; 223; 228; 229; 273b; 288; 300 (populiscitum die XV pryt. IX factum); 318; 320; 397.

b. *τοὺς δὲ πρυτάνεις τῆς δεῖνα πρυτανείας δοῦναι περὶ αὐτοῦ* etc.: nn. 51; 187; 230 (populiscitum die XXI pryt. IV factum); 272.

2) Si senatus consultum ante ultimam contionem novem (X trib. aet.) vel undecim (XII trib. aet.) priorum prytaniarum factum est, formula est:

a. *τοὺς δὲ πρυτάνεις τοὺς μετὰ τὴν δεῖνα πρυτανεύοντας δοῦναι* etc.: nn. 16; 54 frg. b v. 16.

b. *τοὺς δὲ πρυτάνεις τοὺς τὴν ἐπιοῦσαν πρυτανείαν* (vel *εἰσιοῦσαν ἐκκλησίαν) πρυτανεύοντας δοῦναι* etc.: nn. 243; 273.

3) Si senatus consultum ante ultimam contionem prytaniae ultimae factum est, formula est:

τοὺς πρυτάνεις, οἳ ἂν πρῶτον λάχωσιν πρυτανεύειν δοῦναι etc.: n. 312, populiscitum quidem, factum

---

[1] Aliter rem explicat Hartel Demosth. Stud. II. pg. 56 sqq.

prytaniae XII die XXV, i. e. in ultima contione; probuleuma igitur ante hunc diem factum erat.[1]

Dicebatur autem: τοὺς πρυτάνεις, οἳ ἂν λάχωσιν πρυτανεύειν ea scilicet de causa, quia, quae tribus prima prytania functura esset, sciri nondum poterat. Atque cum eadem fere formula etiam in hoc de quo agitur decreto occurrat, iure contendere videor etiam hoc decretum factum esse in ultima anni contione. Contio autem in qua suffragia dabantur, fuit prima anni insequentis.

n. 320 b.

Post Gamelionis diem XXVI duo dies intercalati sunt, quorum prior legitime nominandus erat ἕκτη μετ' εἰκάδας (πρώτη) ἐμβόλιμος, alter ἕκτη μετ' εἰκάδας δευτέρα ἐμβόλιμος ita ut esset prior re vera dies XXVII, alter dies XXVIII Gamelionis (ἡμερολεγδόν). Ratio autem neque ad annum communem neque ad intercalarem recte quadrat. Gamelionis enim dies XXVIII est 205us anni (anno communi; $3 . 30 + 3 . 29 + 28 = 90 + 87 + 28 = 205$); prytaniae septimae dies XXI, licet priorum sex prytaniarum unaquaeque habuerit 30 dies, dies demum 201us ($6 . 30 + 21 = 180 + 21 = 201$): differentia quattuor dierum. Annus autem intercalaris: $3 . 30 + 4 . 29 + 28 = 90 + 116 + 28 = 234$; $6 . 32 + 21 = 213$ nullo modo aptus est. Ratio constat, si μιᾶι καὶ εἰκοστῆι scriptum esse credis pro μιᾶι καὶ τριακοστῆι hac condicione: $3 . 30 + 3 . 29 + 28 = 90 + 87 + 28 = 205$; $6 . 29 + 31 = 174 + 31 = 205$. Nec tamen audeo cogitare de errore lapicidae.

n. 325.

Κυρία v. 4 recte insertum est, quia si singuli versus essent breviores, primus versus nomen prytaniae non caperet

---

[1] Posteriore tempore brevius dicitur: δεδόσθαι δὲ αὐτῶι καὶ πολιτείαν δοκιμασθέντι ἐν τῶι δικαστηρίωι κατὰ τοὺς νόμους: nn. 377; 395; 396; 401; 402; 429. Nunquam autem deest huiusmodi formula; n. 328 enim a Lenormantio fictus esse videtur, certe lapis nusquam adparuit; cf. quibus permotus causis iam Koehler titulum damnaverit. Adde [Dem.] 59, 89.

(cf. etiam ceteros versus inde ab octavo, quos Koehler restituit). Prytaniae eiusque numeri restitutioni spatium datum est 14 litterarum. Quod ita tantum recte se habet, ut Leontis vel Aeantis (9 litt.) sexta (5) prytania functa esse ponatur, aut Aegeis vel Oeneis (8) prima vel tertia vel octava vel nona (6 litt.) Hi igitur menses soli in censum veniunt: si *ἕκτης πρυτανείας* scribitur, Posideon (vel Posideon II a. interc.); si *πρώτης*, Hecatombaeon (vel Metagitnionis dies 1—3 a. interc.); si *τρίτης*, Boëdromion (vel Pyanopsionis dies 1—8 a. interc.); si *ὀγδόης*, Anthesterion (vel Gamelionis dies 18 – 30 a. interc.); si *ἐνάτης*, Elaphebolion (vel Anthesterionis dies 20—29 a. interc.). Posteriores quattuor prytaniae omnes reiciendae sunt, quia respondentes mensium dies cum spatiis (28 litt.) nullo modo consentiunt, eademque de causa Posideonem II ponere non licet. Solus igitur aptus est qui ponatur Posideon, dies autem fuit *ἑνδεκάτῃ* aut *δωδεκάτῃ*; prytania Leontis aut Aeantis sexta; annus communis. Qua re confirmatur, quod Koehler iam aliis de causis suspicatus erat, v. 1 nomen archontis non fuisse *Καλλιμήδης*, cuius annus erat intercalaris.

n. 344.

In v. 4 sine dubio *Ἐλ[αφηβολιῶνος* et v. 2 *δ]εκάτης* restituendum est; v. 5 *ἱσταμέν]ον*. Spatium inter *Ἐλαφηβολιῶνος* et *ἱσταμένου* angustius esse non potest 5 litt. (*ἕκτῃ* enim numerus brevissimus est) neque amplius 6 litteris, absque quo in v. 2 sedes una vacua relicta esset (*Ἱπποθωντίδος* enim nomen plurimas litteras continet). Demoticon scribae igitur per compendium scriptum erat duabus vel tribus litteris constans. Primae decadi Elaphebolionis mensis respondet anno communi dies 1—10 prytaniae nonae, anno intercalari 11—20 prytaniae nonae. Itaque aut titulus non recte exscriptus est (*-εκάτης* v. 2 pro *ἐνάτης*), quod vix sumendum, aut temporum ratio non fuit solita et ordinaria. Quamquam si cyclus Metonis in usu erat, quonam modo fieri potuerit, ut temporum ratio adeo perturbaretur, iure quaerimus.

n. 345.

Mensis certus est. Spatium inter *Πυανοψιῶνος* et *ἱσταμένου* nec plus continebat octo litteris (*δευτέραι* plurimis litteris constat) neque minus quam septem propter nomen prytaniae. Brevissimum enim nomen prytaniae constat 8 litteris (*Οἰνηίδος*, *Αἰγηίδος*). Quod si probas, v. 5 spatium relinquetur 7 litterarum. Mensis igitur dies fuit *δευτέραι* (8) aut *πέμπτηι* (7) aut *δεκάτηι* (7) *ἱσταμένου*; *ἑβδόμηι* (7) non fuit: vide ad n. 230.

n. 373.

Mensis dies v. 3 fuit aut *ἕκ[τηι ἱσταμένου* aut *ἕκ[τηι ἐπὶ δέκα* aut *ἕκ[τηι μετ' εἰκάδας*; prytaniae dies cum desinat in — *άτηι*, fuit aut *ἐν]άτηι* aut *δεκ]άτηι* aut secundae decadis — — *καὶ δεκ]άτηι*. Si exstabat *ἕκτηι ἱσταμένου* annusque erat communis, respondebat prytaniae dies 5—7 et versuum longitudo erat 32 litt. Ex v. 4/5 autem adparet longitudinem singulorum versuum fuisse aut 35 litt. (si exstabat: *ἐκκλησία*) aut 40 litt. (si *ἐκκλησία κυρία*). Anno intercalari respondebat Pyanopsionis diei VI prytaniae tertiae dies XXXI, quo longitudo versuum efficitur 42 litterarum. Si exstabat *ἕκτηι ἐπὶ δέκα*, anno communi dies prytaniae erat 15—17, longitudo versuum 40 litt.; anno intercalari d. pryt. erat 9[us], longitudo versuum 29 litt. Si exstabat *ἕκτηι μετ' εἰκάδας*, annus communis non fuit, quia dies prytaniae fuisset — *καὶ εἰκοστῆι*, quod obstat v. 4 — *άτηι*; anno intercalari dies prytaniae erat *ἐνάτηι καὶ δεκάτηι*, longitudo 42 litt. — Nulla igitur restitutio tam apta est quam *Πυανοψιῶνος ἕκ[τηι ἐπὶ δέκα, πέμπτηι* (vel *ἑβδόμηι*) *καὶ δεκάτηι τῆς πρ.* In versu primo tum exstabat *τετάρτης]|πρυτανείας*; annus erat communis.

n. 381.

In versu 4 restituit Koehler *ἐνάτ[ηι καὶ δεκάτηι δ]ευτέραι ἐμβολί|μωι*; dies autem XIX audit *ἐνάτηι ἐπὶ δέκα*; cf. ad n. 230. Propterea hoc loco scribendum *ἐνάτ[ηι μετ' εἰκάδας*

δ]ευτέραι ἐμβολί[μωι qui est dies XXXI. Id tamen neque ad anni communis neque ad intercalaris rationem quadrat, licet *Μεταγειτνιῶνος* v. 3/4 errore scriptum esse pro *Βοηδρομιῶνος* concedas (ann. comm.: 29 + 30 + 31 = 90; 29 + 30 + 20 = 79; ann. interc.: 29 + 30 + 31 = 90; 2 . 32 + 20 = 84). Temporum igitur ratio iam Ergochare archonte (i. e. intra annos 247—222 vel 222—205 secundum Koehlerum) perturbata fuisse videtur; cf. quae adnotavit Koehler ad n. 408.

n. 382.

Versum octavum non recte intellexisse mihi videtur Koehler. Ego quomodo restituendum esse titulum existimem, indicat apographum. cf. nn. 309; 318; 331; *Ἀθήν.* VI 135 n. 10; 136 n. 11.

n. 385.

Septimae prytaniae dies undecimus (v. 3) incidere debebat aut in mensem Gamelionem anni communis aut in Posideonem II a. intercalaris. Atque anno intercalari diei XI prytaniae septimae respondebat Posideonis II dies 25—27, ut hoc fere modo scribendum esset: *Ποσιδεῶνος δευτέρου ἕκτηι μετ' εἰκάδας.* Sed cum tali restitutione minime spatia conveniunt versuum ceterorum. Qua de causa annus non est intercalaris, sed communis, atque scribendum: *Γαμηλιῶνος ἐνδεκάτηι* (vel *δωδεκάτηι*).

n. 389.

Versus quot fere litteras comprehenderint — nam neque constanter adcurate *στοιχηδόν* exaratae erant litterae neque versus sub finem pares fuisse videntur —, cognoscitur ex versibus 4, 5, 11, qui certo restituti sunt. Post —]άτει προτέραι v. 2 usque ad *τῆς πρυτανείας* spatium est 17—19 litterarum. Numerus quo diem prytaniae expressum fuisse oportet incipiebat ab ε-; verba *εἰκοστεῖ* (8 litt.), *ἕκτει καὶ δεκάτει* (15 litt.), *ἐνάτει καὶ δεκάτει* (16 litt.) spatium non ex-

plent; conveniunt spatiis: *ἑβδόμει καὶ δεκάτει* (17 litt.), *ἑβδόμει καὶ εἰκοστεῖ* (18 litt.), *ἐνάτει καὶ εἰκοστεῖ* (17 litt.). De prytaniae autem die tum demum iudicari potest, ubi exploratum erit et quid significet *δεκ]άτει προτέραι* et quo mense hoc decretum factum sit.

De *δεκάτης προτέρας* notione duae sententiae prolatae sunt. Atque Meier (comm. epigr. II p. 111) et Rangabis (Antiq. hell. II p. 982 n. 2303) illum diem esse vicesimum mensis contendunt appellatumque esse *δεκάτην προτέραν*, quia dies esset *πρὸ τῆς δεκάτης ὑστέρας* = d. XXI; eoque modo dies prytaniae et mensis optime congruere.

Quibus oblocutus est Boeckh epigr. chronol. St. (1856), p. 88 sqq., qui et diem ante d. XXI recte dici: *ἡ προτεραία τῆς δεκάτης ὑστέρας*, numquam simpliciter *δεκάτη προτέρα* dici posse, et diem XX constanter atque legitime audire *εἰκάς* sive *εἰκάδες*[1] affirmat, ipse autem diem esse decimum mensis statuit, ut *δεκάτη προτέρα* dictum sit pro *δεκάτη ἱσταμένου* et hoc loco et apud Diog. Laërt. X 18, ubi legitur *τὴν εἰθισμένην γενέθλιον ἡμέραν* (scil. Epicuri) *ἑκάστου ἔτους τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος*. Hunc enim diem diversum esse a vicesimo mensis die diserte indicari, quia statim additur diebus vicesimis (*ταῖς εἰκάσιν*) mensis cuiusque conventus discipulorum Epicuri haberi. Plinium autem diem natalem Epicuri cum conventus diebus confudisse (N. H. XXXV 2). Denique Hesychii glossam *δεκάτη προτέρα ἡ πρὸ εἰκάδος ὡς ὑστέρα ἡ μετ' εἰκάδα* brevitate obscuram ita interpretatur, ut *ἡ δεκάτη προτέρα* illa sit *δεκάτη*, quae diem vicesimum antecedit aeque ut *ἡ δεκάτη ὑστέρα* illa, quae vicesimum diem sequitur diebus scilicet a fine mensis numeratis. Nec vero persuasit Boeckhius A. Mommseno, qui Heortol. p. 335* (cf. Petersen Geb. Feier. p. 310) diem XX intellegendum esse novo argumento probasse sibi videtur vocabulum *εἰκάς* ratus non usurpatum esse de diebus profanis.

Mihi quidem Meieri rationes recte refutasse videtur

---

[1] De singularis et pluralis usu cf. quae disputat A. Mommsen Heortol. p. 228.

Boeckh (cf. Koehler in adn. ad n. 389), nec Rangabis argumentum ex diebus adcurate respondentibus petitum magni esse momenti puto, quoniam cuius generis fuerit is de quo agitur annus et num ratio temporum ordinaria fuerit, non constat. Quod vero protulit A. Mommsen de usu vocis *εἰκάς* speciem veri non habet: ipse p. 228* *τῇ [εἰκά]δ[ι* in titulo quodam Ceo CIG II n. 2360 indagasse sibi visus est, eademque notatio coniectura probabili restituta est CIA II1 n. 132. Aliis etiam locis *εἰκάς* vocabulum usurpatur de diebus profanis; cf. Dem. XIX 59. Contra Boeckhii argumenta gravia et probabilia esse concedendum. Quibus aliud addi potest ex Hesiodo petitum; apud quem legitur Opp. v. 785: *οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη κούρῃ τε γενέσθαι* — et v. 811: *πρωτίστη δ' εἰνὰς ἀπαπήμων ἀνθρώποισιν*, ubi *ἡ πρώτη ἕκτη* et *πρωτίστη εἰνάς* dictum est pro *ἕκτη ἱσταμένου, ἐνάτη ἱσταμένου*. Propterea apud Diog. L. X 18 *δεκάτῃ προτέρᾳ* dictum esse pro *δεκάτῃ ἱσταμένου* et discrepantias de die natali Epicuri facile solvi plane persuadet Boeckh.

Inde autem non sequitur etiam in eo de quo agitur titulo restituendum esse *δεκάτῃ προτέρᾳ*. Etenim in lapide non dispiciuntur nisi syllabae *-]άτει προτέραι* quae suppleri possunt *ἐνάτει, δεκάτει, ἑνδεκάτει, δωδεκάτει προτέραι*. Viri docti autem quod statim elegerunt *δεκάτην προτέραν* dierumque ceterorum, quorum copia est, ne mentionem quidem fecerunt, parum caute egisse videntur. Proficiscendum autem est a certa et constanti titulorum dictione neque vero a vulgari hominum privatorum dicendi usu. Atqui vidimus p. 12 omnibus primae decadis diebus addi solere genetivum *ἱσταμένου*, neque ad hunc usque diem inventus est lapis, qui aliam praeberet notationem: ipsa denique notio *δεκάτῃ ἱσταμένου* legitur n. 175b et 469. Propterea illud supplementum *δεκ]άτει προτέραι* ita demum recte agnoscere videmur, nisi alia supplendi copia probabilis datur. Qualis, ni fallor, in promptu est. Nam ad n. 263 significatione *ἡμέρᾳ τῇ δεῖνι προτέρᾳ* diem notari solere vidimus, qui antecedat diem intercalatum. Idem quominus de huius quoque tituli die statuamus nihil impedit, usus vocabuli *προτέρας*, si quidem constans

fuit ut similium notionum, etiam flagitare videtur. Quod si recte conieci, iam qui dies eligendus sit videndum.

Atque cum n. 471 et 472 exstet ὀγδόηι ἱσταμένου ἐμβολίμωι, hoc quoque loco si dies fuisset IX vel X, potius scriptum fuisse ἐνάτει vel δεκάτει ἱσταμένου προτέραι credo. Videtur igitur in lapide fuisse aut ἑνδεκ]άτει aut δωδεκ]άτει προτέραι: ut sequeretur dies intercalatus aut ἑνδεκάτη aut δωδεκάτη ἐμβόλιμος.[1]

Menses autem quorum dies XI vel XII respondeat prytaniae alicuius diebus XVII, XXVII, XXIX (quos dies solos aptos esse per spatia ostendimus) nulli sunt anno communi; anni intercalaris in censum veniunt menses Posideon II, cuius dies XI respondet prytaniae sextae diei XXVII, Gamelion cuius d. XII respondet prytaniae septimae diei XXVII, Thargelion cuius d. XII respondet prytaniae undecimae diei XVII. Iam Ποσιδεῶνος ὑστέρου (δευτέρου) significatio spatia transgreditur: utrum Gamelion an Thargelion exstiterit diiudicari nequit.

Contio num habita sit ἐν τῷ θεάτρῳ an ἐμ Πειραιεῖ (nam contiones ἐν Διονύσου non fuerunt nisi mense Elaphebolione), incertum; cum praesertim de aetate tituli non constet; magis tamen placet ἐν τῶι θεάτρωι. Demoticon v. 5 Συ[βρίδης magis quam Συ[παλήττιος spatiis commendatur.

n. 390.

De mense Posideone altero dubitari non potest, quia prytania septima in Posideonem priorem incidere nullo modo potest. — εκάτηι v. 3 docet diem prytaniae fuisse vel decimum vel unum e sequentibus quinque; nam dies XV (vel XIV) prytaniae septimae respondet Posideonis II diei ultimo. Posideonis igitur dies in censum veniunt XXV—XXX (XXIX); spatiis tantum convenit dies XXVI (ἕκτηι μετ' εἰκάδας, ἑνδεκάτηι τῆς πρ.). $3 \cdot 30 + 3 \cdot 29 + 26 = 90 + 87 + 26 = 203$; $6 \cdot 32 + 11 = 192 + 11 = 203$.

---

[1] Quomodo explicandum sit ut anno intercalari dies intercalatus occurrat, v. ad. n. 263.

n. 399.

In v. 5 suppleri potest aut *ἐκκλησία ἐν τῶι θεάτρωι* aut *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*; *κυρία* si scribitur, versus primus longior efficitur, quam qui nomini prytaniae capiendo sufficiat. Exstitisse igitur veri simile est *ἐκκλησία ἐν τῶι θεάτρωι*. Prytaniae nomen tum comprehendebat 9 fere litteras, singuli versus 40—41. Restant 24—25 litterae numeris dierum mensis et prytaniae. Quoscumque autem dies secundae vel tertiae decadis excogitabis, omnes spatium superabunt, veluti brevissima significatio: *ἕκτηι ἐπὶ δέκα, ἕκτηι καὶ δεκάτηι* (27 litt.): nam *δεκάτηι ὑστέραι, εἰκοστῆι*, quod per spatia ponere licet, per Eleusinia non licet. Dies igitur mensis fuit primae decadis, veluti *πέμπτηι ἱσταμένου, πέμπτηι τῆς πρ.*

n. 403.

Lacuna v. 8 secundum spatium optime expletur verbis: *ἕκτηι ἐπὶ δέκα* aut *ἕνηι καὶ νέαι*; aliud quod aptius sit vix invenies. Sed quaeritur, quomodo prytaniae sextae dies XVI incidere potuerit in mensem Maemacterionem. Koehler putat: „sine dubio scribam hoc loco illam temporis rationem secutum esse, quae esset *κατ' ἄρχοντα*.“ Dubitari tamen hoc loco posse censeo. Sextae enim prytaniae dies XVI respondet anno intercalari Posideonis diei ultimo (*ἕνηι καὶ νέαι*), anno communi Posideonis diei XVI (*ἕκτηι ἐπὶ δέκα*) i. e. illis ipsis diebus, quos lacunam solos optime explere vidimus. Propterea veri simile est scribam errore ductum *Μαιμακτηριῶνος* scripsisse pro *Ποσιδεῶνος*. Similes errores invenies nn. 188 et 381. Utrum autem communis an intercalaris fuerit annus non patet.

n. 430 = 495.

Titulum bis exhibet Koehler et hic et n. 495; *στοιχηδόν* exaratus non est. Adposui eum, quo intellegatur scriptum fuisse *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*. Cetera exempli tantum gratia explevi. Menses fuisse possunt Maemacterion, Anthesterion, Scirophorion; dies: *ἐνάτει ἱσταμένου, ἐνάτει τῆς πρυ-*

ταvείας; *ἕνει καὶ νέαι*, *τριακοστεῖ τῆς πρ.*; alii non fuerunt. Annus igitur communis; scriba ignotus (Hagnotheus quidam archon invenitur n. 458).

n. 431.

Progrediendum erit ab altero lapidis decreto, cuius vestigia litterarum v. 29 non *ἑβδόμηι* scribi, sed potius *ἐνάτηι μετ' εἰκάδας* iubere videntur: nam *φθίνοντος*, quod coniecit Koehler, iam removi pg. 13 not. Prytaniae dies est sine dubio: *τρίτει τῆς πρυτανείας*.

In priori decreto prytaniae dies desinit in *ε]ἰκοστεῖ*; fuisse igitur possunt dies 20—29us; respondent his Boëdromionis dies 17—26us, si tertiae prytaniae erant 29 dies, 16—26us, si 30 dies.

Prius decretum continet laudationem tribus Leontidis. Videndum igitur quibus temporibus cetera decreta eiusdem argumenti fieri solita sint. (Titulos qui huc spectant congessit Koehler Herm. V 231 sq.). Sunt autem prytaniarum laudes decretae

I initio prytaniae nn. 390; 408; 472.

II exeunte prytania nn. 392; 417; 432; 459.

III incerta res est nn. 425; 426; 391; item in fragmentis nn. 329; 393; 394; 440; 441; 457; 487.[1])

---

[1]) Addo praeterea: 1) in praescriptis decretorum in honorem prytanum factorum semper legi: *ἔδοξεν τῶι δήμωι*, nunquam *τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι*.

2) propterea non magis apparere formulam: *τοὺς* (*δὲ*) *προέδρους, οἳ ἂν* etc.

3) in praescriptis decretorum in honorem quaestorum, scribarum etc., quae semper priora decreta sequuntur, semel inveniri: *ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι* n. 454; ceteris locis constanter: *ἔδοξεν τῆι βουλῆι*. Cf. n. 190. Nam titulus n. 221 genuinus non est.

4) Haec decreta in honorem quaestorum, scribarum etc. semper facta esse primis diebus eius prytaniae, quae subsequebatur eam, cuius ministri illi fuerant.

Atque si exeunte prytania tale decretum factum est, semper ipsa prytania laudatur, quae etiamtum munere fungitur; si initio prytaniae, semper laudatur prytania praecedens. Itaque cum in hoc decreto dies prytaniae desinat in εἰκοστεῖ, adparet et in v. 1 restituendum esse Λεωντίδος et diem contionis, in qua decretum factum est, fuisse unum ex ultimis prytaniae. Atque et spatiis et rei aptissimus est Boëdromionis dies XXVI, prytaniae XXIX (ultimus). His igitur diebus Boëdromionis respondebant dies prytaniae: d. 26 = 29 pryt. III; d. 27 = 1 pryt. IV; d. 29 = 3 pryt. IV. Quam rationem cum nullo modo sit ordinaria, κατ' ἄρχοντα esse suspicor. Significatio contionis plus decem litteris non continebat: suppleri igitur potest ἐμ Πειραιεῖ (cf. 417; 459).

n. 434.

Versus quot fere litteras comprehenderint cognoscitur ex versibus 18—21, qui formulam continent sollemnem: ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ etc. Atque cum Koehler totam formulam restituere dubitaverit, ipsius autem formulae varietate sola saepissime cognosci possit, cui quisque titulus tempori adscribendus sit, pauca addere de huius formulae usu atque varietate haud abs re videtur.

1) ἐψηφίσθαι τῆι βουλῆι constanter scribitur usque ad ol. fere 115 = 320. cf. nn. 40, 47, 50, 54, 55, 66, 73, 76, 126, 141, 168, 180, 186, 190, 206, 212 (ubi falso Koehler δεδόχθαι). N. 87 δεδόχθαι certum videtur: de tempore decreti non constat.

2) δεδόχθαι τῆι βουλῆι etc. semper scribitur ab ol. fere 119 (a. 304): cf. nn. 231, 252, 253, 254, 287, 315, 316 etc.; idem n. 319 restituendum.

Aliter res se habet in formula ἐψηφίσθαι vel δεδόχθαι τῶι δήμωι; quae formulae promiscue scribuntur eodem tempore; cf. nn. 14, 17, 30, 39, 52, 57, 65, 72 etc. Praeterea verbo moneo ubicunque formula integra: ἐψηφίσθαι vel δεδόχθαι τῆι βουλῆι τοὺς προέδρους, οἳ ἂν λάχωσι etc. occurrat, semper legi ἐψηφίσθαι vel δεδόχθαι τῆι βουλῆι (nunquam

τῶι δήμωι) τοὺς προέδρους etc., quod neglexit aliquotiens Koehler (nn. 348, 359, 386, 421, 440 et Cumanudis *'Αθήν.* VI 133 n. 7.

3) *οἳ* et *οἵτινες* promiscue usurpantur omnibus temporibus; *ὅσοι* exstat *'Αθήν.* VI 136 n. 11 v. 3; *οἵτινες* restituendum *'Αθήν.* VI 271 n. 4 v. 32.

4) *οἳ ἂν τυγχάνωσι προεδρεύοντες* legitur usque ad ol. fere 107 = 350; cf. nn. 50, 66, 73, 76, 97; *οἳ ἂν τύχωσι προεδρεύοντες* in lege apud Dem. 24, 21, in titulis nunquam.

5) *οἳ ἂν λάχωσι* (et *λάχωσιν*) *προεδρεύειν* promiscue cum praecedenti formula inde ab ol. 107—112 fere (350—330). cf. nn. 52c, 54, 87, 141, 168, *'Αθήν.* VI 152, sola deinde usque ad saec. III medium; cf. 382, 386, 388, 397, 409. *Οἳ ἂν προεδρεύωσι* est 115b, 273b, 316; n. 107 supplevit Koehler: *[οἵτινες προεδρεύουσι ἐν τῶ]ι δήμωι.*

6) *τοὺς λαχόντας προέδρους* promiscue cum praecedenti tertio saeculo usque ad saec. II; cf. nn. 334, 341, 380, 383, 387 etc.; sola deinde constanter: n. 401 etc. Quae formula sub finem saec. II et saeculo I saepius indicatur tantum, non tota perscribitur; cf. nn. 466_{39}; 467_{45}; 467_{96}.

7) *εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν* sola dictio est usque ad ol. fere 118 = 306; deinde promiscue cum sequenti; cf. nn. 252, 253, 254, 320, 325, 359.

8) *εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν* sola usurpatur inde a medio saec. III cf. n. 335 etc. In oratoris verbis ea formula exstat [Dem.] 59, 89.[1]

Iam redeamus ad titulum, de quo agitur. Adparet scribendum esse: *ἀγαθεῖ τ]ύχει δεδόχθαι τ[εῖ βουλεῖ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκ]κλησίαν χρηματίσαι περὶ*

[1] De his formulis earumque vi ac pondere nuper copiosissime et scitissime egit Hartelius ‚Studien über attisches Staatsrecht' p. 59 etc., 167 etc.

τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆ]ς εἰς τὸν δῆμ[ον, ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ etc. Singuli versus continebant 56 fere litteras. Notandum tamen nec litteras *στοιχηδόν* esse dispositas et versus impari longitudine esse potuisse. Post *ἐκκλησία* (v. 3) usque ad *τῶν προέδρων* (v. 4) spatium est 36 fere litterarum, quod solitis formulis expleri nequit. Propterea contionem fuisse extraordinarium veri simile est. Atque cum saec. II semper contioni addatur significatio loci, etiam hic post *ἐκκλησία* scriptum fuisse aut *ἐν τῶι θεάτρωι* aut *ἐμ Πειραιεῖ* conicimus; *σύγκλητος* autem exaratum non fuisse putandum est, quo recepto spatia non sufficerent ad nomen rogatoris recipiendum; cf. n. 389.

Post *Μουν[ιχιῶνος* (v. 2) usque ad *τῆς πρυτανείας* (v. 3) spatium exstat 34 fere litterarum, quod explendum est numeris dierum mensis et prytaniae. Longissima tantum vocabula apta sunt veluti *πέμπτει μετ' εἰκάδας, πέμπτει καὶ εἰκοστεῖ* (35 litt.) vel similia: certi quicquam de diebus statui nequit.

n. 435.

Cum certa sit lectio *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*, quaeritur tantum quo mense habita sit contio. Adparet fuisse Munichionem. Illud N enim in v. 4 medio Fourmont aut qui eum exscripsit, non prorsus recte posuisse videtur; ponendum esse puto in sede proxime sequenti. Mensis enim, cuius tertia littera sit N, nullus est. Scribendum igitur *[Μου]ν[ιχ]ιῶ[νος]*. Dies fuit vel *ἕ[κ]τει [ἐπὶ] δ[έκα* (ita Boeckh) vel *ἐ(ν)άτει [ἐπὶ] δ[έκα*. Prytaniae dies fuit idem fere: *[ἕκτει]* vel *[ἐνάτει] καὶ δεκάτει*. Annus igitur communis.

n. 436.

Dies prytaniae sine dubio fuit *ἐ[νάτηι*. Dies enim XXII Posideonis fuit 169us totius anni, si duo menses erant solidi, tres cavi ($2 . 30 + 3 . 29 + 22 = 60 + 87 + 22 = 169$); prytaniae sextae autem dies IX ipse quoque dies 169us anno intercalari ($5 . 32 + 9 = 169$). Hi igitur menses fuerunt cavi et solidi: 29, 30, 29, 30, 29, 30, 29, 30, 29, 30, 29, 30,

29 = 383. Propterea necesse erat unum cavum mensem solidum efficere, ut dies intercalatus sit; cf. 263, 389. Adparet etiam ex hoc titulo Posideonem I anno intercalari non vocatum esse *Ποσιδεῶνα πρότερον* vel *πρῶτον*, sed simpliciter *Ποσιδεῶνα*.

n. 437.

Longitudo versuum elucet ex certa restitutione v. 5/6: *ἐκκλησία* [*ἐν τῶι θεάτρωι· τῶν*] *προέδρων* etc. (32 fere litt.). Unde adparet mensis nomini relicta esse spatia non plus decem, quae explentur voce *Ποσιδεῶνος* vel *Γαμηλιῶνος*.

n. 477.

Rettuli titulum, quo adpareret scriptum fuisse *ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι*; cetera incerta.

n. 492.

Quot litteras singuli versus continuerint cognoscitur ex versibus 7/8 et 8/9. Sequitur inde contionem fuisse *κυρίαν*; mensem fuisse oportet Maemacterionem, nam v. 5/6 propter spatium nisi [*ἑ*|*νδεκάτηι*] vel [*δ*|*ωδεκάτηι*] restitui nequit. Prytaniae autem alicuius dies XI vel XII decem tribuum aetate[1] respondere undecimo diei mensis alicuius ea condicione tantum potest, si mensis fuit Hecatombaeon aut Maemacterion anno intercalari (2 . 30 + 2 . 29 + 11 = 60 + 58 + 11 = 129; 3 . 39 + 12 = 117 + 12 = 129) aut Gamelion anno communi (3 . 30 + 3 . 29 + 11 = 90 + 87 + 11 = 188; 3 . 35 + 2 . 36 + 11 = 105 + 72 + 11 = 188) aut Elaphebolion anno intercalari (5 . 30 + 4 . 29 + 11 = 150

---

[1] Huius aetatis fuisse titulum docet formula: *τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν ὁ δεῖνα*, cui nondum additum est *καὶ συμπρόεδροι*, quod additamentum post ol. 115,1 = 320/19 usu venit. Deest etiam patronymicon eius, qui populum in suffragia mittebat, quod semper omittitur ante ol. 116,3 = 314/3; cf. nn. 234, 236, 237, 238, 244, 245 etc. et 186, 188, 190, 191. [Nam n. 230 paullo recentior est quam statuit Koehler].

+ 116 + 11 = 277; 7 . 38 + 11 = 266 + 11 = 277). *Γαμηλιῶνος* scribi non potest, quia 4 spatia vacua relinquerentur; si *Ἑκατομβαιῶνος* aut *Ἐλαφηβολιῶνος* scribitur, unius litterae spatium vacuum manet. Propterea *Μαιμακτηριῶνος* scribendum est, quod versum adcurate explet. Dies prytaniae tum notabatur *δωδεκάτηι*. Titulus ol. 112,1 = 332/1 antiquior non est propter contionis significationem additam (cf. pg. 3). Inter 112,1 et 115,2 anni intercalares titulis comprobati sunt 112,3 = 330/39 nn. 176, 177 (arch. Aristophon); 114,3 = 322/1 nn. 185, 186, 188 (arch. Philocles); 115,1 = 320/19 n. 191 (arch. Neaechmus). Ad hos igitur non pertinet titulus de quo agitur. Inter annos 112,3 et 114,3, quorum finibus continetur, duo anni fuerunt intercalares, probabiliter 113,1 = 328/7 et 113,3 = 326/5; ad quorum alterum utrum revocandus est. Vide tab. annorum et n. 180; *Ἀϑήν.* VI 134/5 p. seq.

n. 493.

In restituendo titulo tuto proficiscimur a versibus 5/6 et 6/7; ibi *ὀγδόει καὶ ε[ἰκοστεῖ* certum est; nam *τριακοστεῖ* scribi non potest, quia tum v. 7 duarum litterarum spatia vacua essent; *ὀγδόει καὶ δεκάτει* scribi et fragmentum ultimae litterae vetat (I, non /) et eadem spatia, quia tum unius litterae v. 6 locus esset vacuus. Continent igitur versus singuli 29 litteras. Iam demoticon scribae *Δι]ομειεύς* me adduxit, ut restituerem nomen archontis [*Ἀναξικράτους*] eiusque scribae *Λυσίας Ποϑείνου Δι]ομειεύς*; cf. 320 b; 238 b. Quod si probabile est, decretum factum est ol. 125,2 = 279/8. Lapicidae autem errore excidisse dies mensis putandus est, ea scilicet de causa, quia ille, cum scribere deberet *ὀγδόει ἱσταμένου* (vel *ἐπὶ δέκα* vel *μετ' εἰκάδας*: neque enim de ratione huius anni constat; cf. 320 b) *ὀγδόει καὶ*..., aberravit a priori *ὀγδόει* ad alterum (similia vid. nn. 181; 477 b). Mensis nomen continebat 11 litteras: quot litteris constant *Πυανοψιῶνος*, *Μουνιχιῶνος*, *Θαργηλιῶνος*. Ol. 125,2 secundum Metonem erat intercalaris. Si igitur *Μουνιχιῶνος* scribas, prytania est *ἑνδεκάτη*,

si *Θαργηλιῶνος, δωδεκάτῃ;* quos numeros si in v. 2 recipis, nomini prytaniae locus non est. Propterea removendi esse videntur scribendumque *Πυανοψιῶνος.* Sed cum temporis rationem ol. 125,2 perturbatam fuisse titulus n. 320b ostendat, satius erit de mensis die utrum fuerit VIII an XVIII an XXVIII, nihil audacius affirmare.

n. 495 = 430.

Vide supra pg. 31.

His titulis corp. inscr. Att. absolutis breviter tangam nonnullas earum inscriptionum, quas post editum vol. II CIA publici iuris fecit Cumanudis. Quamquam adcuratius eas pertractare et in integrum restituere plerumque non licet, quia litteris tantum minusculis quae dicuntur editae sunt, quare nisi forte quid diserte monuit editor, qualis fuerit forma habitusque lapidum intellegi non potest. Propterea ea tantum enoto quae et necessario pertinent ad quaestionem nostram et omnino mentione digna videntur.

Ἀθήν. V 522 n. 6.

Hagnotheus archon legitur CIA II 1 n. 458, qui titulus spectat ad saec. II medium. Ad idem fere tempus alter titulus revocandus est, cum exstet in v. 2 *ἐν Πειραιεῖ* (vide pg. 4 et 10): ut ad eundem annum utrumque pertinere veri simile sit. Praeterea memorari adtinet hoc loco solo legi *ἐν Πειραιεῖ* pro *ἐμ Πειραιεῖ.*

Ἀθήν. VI 134/5.

Titulus quia symproedri nondum nominantur ol. 115,2 antiquior habendus est. Idem cum iam addita sit significatio contionis v. 5/6 *ἐκκλησία,* recentior est ol. 112,1. Non pertinet ad ol. 112,1 (arch. Nicetas); 112,2 (Aristophanes); 112,3 (Aristophon); 112,4 (Cephisophon); 113,4 (Anticles); 114,2 (Cephisodorus); 114,3 (Philocles); 115,1 (Neaechmus), ut qui ad hos annos pertinent tituli (nn. 173—191), docent.

Restant igitur anni ol. 113,1 (Euthycritus); 113,2 (Hegemon); 113,3 (Chremes); 114,1 (Hegesias); 114,4 (Archippus). Per spatia non videtur licere scribere nisi ἐπ' Εὐθυκρίτου, si quidem litterae adcurate στοιχηδόν erant exaratae. In v. 2/3 restituit Cumanudis ὀγ[δόης πρυτανείας; in v. 4/5 Γ[αμηλιῶνος, ἕκτ]ῃ τῆς πρ. Quomodo autem prytaniae octavae dies VI potuit respondere Gamelionis diei ultimo? Anno communi respondebat Gamelionis diei XXX prytaniae sextae dies fere 32us (3 . 30 + 3 . 29 + 30 = 90 + 87 + 30 = 207; 5 . 35 + 32 = 175 + 32 = 207); anno intercalari prytaniae septimae dies fere 8us (4 . 30 + 3 . 29 + 29 = 120 + 87 + 29 = 236 vel 3 . 30 + 4 . 29 + 30 = 90 + 116 + 30 = 236; 6 . 38 + 8 = 228 + 8 = 236). Atque si v. 4/5 re vera Γ[αμηλιῶνος restituendum est, dies prytaniae non fuit sextus — ἕκτ]ῃ enim cum spatiis non convenit — sed octavus (ὀγδό]ῃ). Nisi igitur error latet, explicare titulum non possumus. Si vero ὀγδόης (v. 2/3) errore scriptum est pro ἑβδόμης, annus fuit intercalaris. Atque cum inter ol. 113,1 et 114,1 duo anni sint intercalares, ad unum hic titulus, ad alterum n. 492 revocandus est. Ad unum ex his duobus annis intercalaribus pertinet etiam n. 180. Atque cum scribae nomen n. 180, omisso patronymico, totidem litteras comprehenderit atque scribae huius de quo agitur tituli, haec duo decreta ad eundem annum quadrare censeo. Ordo autem annorum intercalarium licet incertus sit hic fuisse potest:

annus cycli	anni genus.				olymp.	archontes.
8	B	B	B	B	112,3	Aristophon
9	A	A	A	A	4	Cephisophon
10	a	b	a	b	113,1	Euthycritus
11	b	a	a	a	2	Hegemon
12	a	b	b	a	3	Chremes
13	A	A	A	A	4	Anticles
14	b	a	b	b	114,1	Hegesias
15	A	A	A	A	2	Cephisodorus.

A = annus communis, B = annus intercalaris titulis comprobati (vide tab. annorum).

'Αθήν. VI 152.[1]

Decretum, quod continet lapis, factum est archonte Themistocle ol. 108,2 = 347/6, Aegeïde octava prytania. Durabat prytania VIII anno communi inde ab Elapheboliońis die fere X usque ad Munichionis diem fere XIV (vel XVIII), anno intercalari inde ab Elaphebolionis die fere I usque ad Munichionis diem VIII (vel XII). Tempus adcuratius definitur v. 55/6: τοὺς προέδρους, οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι τῆι ὀγδόηι ἐπὶ δέκα etc. Sine dubio intellegendus est dies XVIII Elaphebolionis, quo die ut contio haberetur Demosthenes rogaverat (vide Aesch. II 61). Contio igitur, in qua hoc decretum factum est, fuit ea, quae proxime praecedebat illam contionem die XVIII habitam. Die XVII habita est contio ἐν Διονύσου (Aesch. II 61. Schäfer Demosth. II p. 90). Hanc contionem praecedebant dies festi Dionysiorum, quibus contionem habitam esse vix verisimile. Die VIII Elaphebolionis erat contio extraordinaria rogante Demosthene (Aesch. III 67). Itaque hoc die et hoc decretum factum esse puto et illud, quod exstat CIA II 1 n. 109. Contio ordinaria, in qua Demosthenes rogaverat, ut die VIII Elaphebolionis contio extraordinaria haberetur, fuit fortasse Elaphebolionis die V; cf. n. 300. Contiones igitur quae habebantur ol. 108,2 mense Elapheboliono fuisse videntur hae:

(V.) contio ordinaria: in qua rogavit Demosthenes, ut die VIII contio extraordinaria haberetur.

VIII. contio extraordinaria: in qua et Demosthenes rogavit ut diebus XVIII et XIX contiones haberentur (Aesch. II 61; III 67), et actum est de renovando foedere cum Mytilenaeis (n. 109) deque honoribus pro filiis Leuconis. 'Αθήν. VI 152.

XVII. ἐκκλησία ἐν Διονύσου. Aesch. II 61. III 68.

XVIII. contio extraordinaria: 'Αθήν. VI 152 v. 55. Aesch. l. l.

[1] De hoc titulo nuper docte egit A. Schäferus in Mus. rhen. XXXIII p. 418 ff.

XIX. contio extraordinaria: in qua actum est de pace Philocratea (Aesch. III 68).

XXV. contio: in qua de Cersoblepte actum est (Aesch. III 73; Dem. 19, 58).

Ceterum Themistoclis annus fuit intercalaris (Boeckh Mondcycl. p. 27); cf. Euthycriti annus, qui idem est cycli.

'Αθήν. VI 271 n. 3.

Mensis sine dubio erat Hecatombaeon, quia prytania erat prima (πρώτης v. 2). De contionis significatione vide infra.

'Αθήν. VI 386 n. 3.

Latet fortasse ratio κατ' ἄρχοντα et κατὰ θεόν, quantum quidem ex reliquiis v. 2 adparet.

'Αθήν. VI 386 n. 4.

Titulum ad eundem annum pertinere atque CIA II 1 n. 252b manifestum est. Mensis fuit Metagitnion, ut docet v. 1/2 δευ[τ]έρας πρυτανείας; annus communis; dies prytaniae XXI. Cetera vide ad n. 252b.

'Αθήν. VI 387 n. 6.

Archontes noti, de quibus cogitari possit, sunt Διότιμος nn. 311, 312, 313 (scriba Λυσίστρατος 'Αριστομάχου Παιανιεύς), quem restituere spatia quidem non vetant; Πειθίδημος n. 332; Θεόφημος n. 373. Quamquam nescio an alius fuerit archon adhuc ignotus. Prytaniae dies scriptus non erat.

Cap. III.

Iam pertractatis titulis videamus de eis contionibus, quae memorantur apud scriptores antiquos cum historicos tum oratores. Quorum testimonia ita recensebo ut ab antiquioribus profectus seriem annorum percurram usque ad

Alexandri aetatem. Omnes tamen contiones, quae a scriptoribus memorantur, congerere supervacaneum existimavi: eas tantum adscripsi, quae cum quaestione nostra aliquo modo cohaereant.

Unum praemitto decretum de Antiphonte sociisque eius perduellionis reis anni ol. 92, 2 = 411 quod ex tabulario publico Atheniensium Craterus, ex Crateri collectione Caecilius, ex Caecilio Ps. Plutarchus v. X or. p. 833de hausit ita traditum: *Ἔδοξε τῇ βουλῇ, κα' τῆς πρυτανείας, Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπε· περὶ τῶν ἀνδρῶν οὓ κτλ.* Quae praescripta et plura continent quam solent habere tituli lapidibus inscripti illius aetatis die prytaniae et demoticis additis, et eadem mire mutilata sunt populi et ipsius prytaniae notatione omissa — neque enim senatus decretum, sed contionis psephisma tenemus: ut ex die prytaniae memorato non multum proficiamus.

Thuc. III 36.

Agitur de supplicio Mytilenaeorum. Placuit Atheniensibus (*ἔδοξεν αὐτοῖς*): *οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μυτιληναίους ὅσοι ἡβῶσι, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι* etc. — — *καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς.* — — — *ὡς δ' ᾔσθοντο τοῦτο τῶν Μυτιληναίων οἱ παρόντες πρέσβεις καὶ οἱ αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων ξυμπράττοντες παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὥστε αὖθις γνώμας προθεῖναι* — — *καταστάσης δ' εὐθὺς ἐκκλησίας ἄλλαι τε γνῶμαι ἀφ' ἑκάστων ἐλέγοντο καὶ Κλέων* etc. Contio sine dubio fuit extraordinaria unius diei spatio intermisso convocata ol. 88,1 = 428/7 anno fere exeunte.

Thuc. IV 118.

Devictis Atheniensibus ad Delium atque Brasida secunda fortuna in Chalcidica res gerente Athenienses ol. 89,1 = 424/3 indutias cum Lacedaemoniis fecerunt. Quarum indutiarum ubi condiciones et argumenta enarravit pergit Thucydides: *καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν.*

ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἰόντας πρὸς ἀλλήλους πρέσβεις καὶ κήρυκας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καθ' ὅ τι ἔσται ἡ κατάλυσις τοῦ πολέμου. ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρυτάνεις πρῶτον περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους etc. Elaphebolionis dies XIV, quo die contio habita est, fuit ultimus Dionysiorum magnorum, quo die Pandia celebrata esse dicuntur (cf. A. Mommsen Heortol. p. 389 sq., qui hoc ipso die habitam esse contionem in Dionysi theatro contendit, in qua actum esse de rebus ad ipsa Dionysia spectantibus tradit Dem. 21, 8 et 9: sed. vid. supra p. 10 et 41): itaque si re vera in hac contione indutiae factae sunt, putandum est aut extra ordinem hoc factum esse aut absolutis rebus legitimis alias quoque res in contione sollemni tractare licuisse.

Animadvertendum etiam praeter prytanes strategos quoque iuberi contionem de pace habere: de quo dixi in extrema parte commentationis.

Thuc. V 19.

Pugna ad Amphipolim commissa (V 10) Niciae quae dicitur pax est facta ol. 89,3 = 422/1. Pacis condicionibus expositis (V 18) Thucydides V 19 tempus definit his verbis: *Ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ* (scrib. *τετράδι*) *φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος* — — V 20: *αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο.*

Initium quidem cepit pax inde ab Elaphebolionis die XXIV (vel XXV, si Elaphebolion erat solidus). Contio autem, in qua pax est facta, videtur aliquot diebus antea habita esse (statim post Dionysia magna) eodem fere tempore, quo ol. 89,1 = 424/3 contio de indutiis (plenilunii tempore sec. A. Mommsen l. l.) habita erat.

Thuc. VI 8.

Ol. 91,1 = 416/5 aestate ineunte legati Atheniensium reverterant ex Sicilia. Athenienses duas contiones fecerunt

quinque dierum intervallo diremptas, in quibus auxilium ferre Siculis decreverunt; quas res his verbis narrat Thucydides: *καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκκλησίαν ποιήσαντες — — ἐψηφίσαντο ναῦς ἑξήκοντα πέμπειν* etc. — *μετὰ δὲ τοῦτο ἡμέρᾳ πέμπτῃ ἐκκλησία αὖθις ἐγίγνετο, καθ' ὅ τι χρὴ τὴν παρασκευὴν ταῖς ναυσὶ τάχιστα γίγνεσθαι καὶ τοῖς στρατηγοῖς* etc.

Droysen (Mus. Rh. 1835 p. 164 sqq.) has contiones diebus XIX et XXIV Martii mensis attribuit, i. e. cum ipse Elaphebolionis diem I respondentem faciat Martii diei XIII, Elaphebolionis diebus VII et XII. Quae recte se habere non posse adparet duabus ex causis; etenim et supra vidimus die VII mensis ullius contiones habere solitos non esse Athenienses et dies Elaph. XII festissimus erat Dionysiorum.

Atque de diebus vix certa proferri possunt. Recte quidem Droysen conclusisse videtur ex Aristophane[1] et Plutarcho[2] contionem alteram habitam esse eo die, quo Adonia Athenis celebrata essent; in definiendo autem Adoniorum die satis ille audacter egisse mihi videtur.[3] Neque enim diem, quo Macrobio teste[4] Adonia ab Asiae gentibus celebrabantur, eundem fuisse atque Athenis constat nec si constaret demon-

---

[1] Lys. v. 387 ed. Bergk: *ἆρ' ἐξέλαμψε τῶν γυναικῶν ἡ τρυφὴ
χὠ τυμπανισμὸς χοἰ πυκνοὶ Σαβάζιοι,
ὅ τ' Ἀδωνιασμὸς οὗτος οὑπὶ τῶν τεγῶν,
οὗ 'γώ ποτ' ὢν ἤκουον ἐν τἠκκλησίᾳ;
ἔλεγεν δ' ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος
πλεῖν εἰς Σικελίαν· ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη,
αἰαῖ Ἄδωνιν φησίν, ὁ δὲ Δημόστρατος
ἔλεγεν ὁπλίτας καταλέγειν Ζακυνθίων* etc.

[2] Alc. VIII: *Ἀντειπόντος δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ κρατήσαντος ἔγραψε τῶν ῥητόρων Δημόστρατος καὶ εἶπεν ὡς χρὴ τοὺς στρατηγοὺς αὐτοκράτορας εἶναι καὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τοῦ πολέμου παντός. Ἐψηφισαμένου δὲ τοῦ δήμου καὶ γενομένων ἑτοίμων πάντων πρὸς τὸν ἔκπλουν οὐ χρηστὰ παρῆν οὐδὲ τὰ τῆς ἑορτῆς. Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξὶ καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι καὶ θρήνους ᾖδον.* Cf. Nic. XIII: *Ἀδώνια γὰρ εἶχον αἱ γυναῖκες τότε καὶ προὔκειτο πολλαχόθι τῆς πόλεως εἴδωλα καὶ ταφαὶ περὶ αὐτὰ καὶ κοπετοὶ γυναικῶν ἦσαν* etc.

[3] Nihil de Adoniis protulit A. Mommsen in Heortologia.

[4] Sat. I 21: a. d. VIII Kal. Apr.

stratum esset diem XIII Martii respondere Elaphebolionis diei primo. Ceterum vix opus est monere eam inscriptionem, quam attulit Droysen ad confirmandam opinionem suam, non pertinere ad ol. 91,1 = 416/5, sed ad ol. 91,2 = 415/4; cf. CIA I n. 183.

Quaeri potest contiones utrum ordinariae an extraordinariae fuerint. Atque alteram utram fuisse extraordinariam credi possit, quia cum unaquaeque prytania quattuor contiones ordinarias habuerit easque paribus intervallis septem vel octo dierum distare par sit, contionum quinque dierum intervallo diremptarum utramque fuisse aut ordinariam aut extraordinariam veri simile non est. At certi quid statuere nolim propter ipsum quinque dierum intervallum, de quo v. infra. (Cf. etiam contiones Demosthene rogante convocatas pg. 41.) Ceterum decreti quod in priori contione factum est fragmenta tenemus CIA I 55.

Aliae contiones memorantur Thuc. I 31; I 44; IV 29; V 45, 46; VI 29; VIII 67, 93, 97.

Xenoph. Hell. I 4 20.

Alcibiades ol. 93,1 = 408/7 redierat, cum Athenienses Plynteria celebrarent (I 4 12: *κατέπλευσεν ἐς τὸν Πειραιᾶ ἡμέρᾳ ᾗ Πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις*). Plynteria autem celebrata sunt *Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος* (Plut. Alc. 34) i. e. die XXIV (aut XXV; vid. pg. 18). Deinde *Ἀλκιβιάδης δὲ πρὸς τὴν γῆν ὁρμισθεὶς ἀπέβαινε μὲν οὐκ εὐθέως φοβούμενος τοὺς ἐχθρούς — — — κατιδὼν δὲ Εὐρυπτόλεμον — τότε ἀποβὰς ἀναβαίνει ἐς τὴν πόλιν — — ἐν δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπολογησάμενος, ὡς οὐκ ἠσεβήκει* etc. Quae exeunte Thargelione facta esse statuendum, cum haud multum temporis moratum esse, sed statim senatum populumque adiisse Alcibiadem probabile sit. Exempla contionum Thargelione post diem XXIV habitarum sunt n. 257 (ol. 113,4 = 325/4; Tharg. die XXV); n. 121 = Aesch. III 27 (ol. 110,3 = 338/7; *Θαργ. δευτέρᾳ φθίνοντος*). Itaque parum adcurate in proximis Xenophon: *καὶ μετὰ τὸν κατάπλουν τρίτῳ μηνὶ ἀνήχθη ἐπ' Ἄνδρον.* Profectus

enim est Alcibiades Mysteriis iam peractis mense Boëdromione qui erat post reditum mensis quartus.

Xenoph. Hell. I 7 4.

Post pugnam ad Arginussas contio habita est ἐν ᾗ τῶν στρατηγῶν κατηγόρουν ἄλλοι τε καὶ Θηραμένης μάλιστα· strategi se defendunt. τοιαῦτα λέγοντες ἔπειθον τὸν δῆμον. ἐβούλοντο δὲ πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐγγυᾶσθαι ἀνιστάμενοι. ἔδοξε δὲ ἀναβαλέσθαι ἐς ἑτέραν ἐκκλησίαν· τότε γὰρ ὀψὲ ἦν καὶ τὰς χεῖρας οὐκ ἂν καθεώρων· τὴν δὲ βουλὴν προβουλεύσασαν ἐσενεγκεῖν ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο. 8. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐγένετο Ἀπατούρια. — — Post Apaturia: 9. ἐκκλησίαν ἐποίουν, ἐς ἣν ἡ βουλὴ ἐσήνεγκε τὴν ἑαυτῆς γνώμην Καλλιξένου εἰπόντος τήνδε etc.

Quarum contionum prior proxime praecessit, altera proxime secuta est Apaturia. Ipsa autem Apaturia celebrabantur Pyanopsionis diebus fere 26—28 (vel 27—29, si Pyanopsion erat solidus): cf. A. Mommsen Heort. p. 302 sqq. Dies certi erui non possunt; moneo autem Pyanopsionis die ultimo celebrata esse Chalcia (cf. A. Mommsen l. l.); quamquam hoc ipso die decretum factum est n. 178 (ol. 112,4 = 329/8).

Aliae contiones apud Xenophontem: Hell. I 1 32, 33; II 2 4, 12; VI 5 33.

Andoc. I 83—84.

Tisameni psephisma factum est ol. 94,2 = 403/2. Populare imperium restitutum est Boëdromionis die XII (Plut. de glor. Ath. p. 379). Atque primum decrevit populus legibus uti Solonis et Dracontis (And. I 82; Xen. Hell. II 4 42); pergit And. I 82: ἐπειδὴ δὲ βουλὴν ἀπεκληρώσατε νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὑρίσκοντες τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τῶν Δράκοντος πολλοὺς ὄντας οἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν τῶν πρότερον ἕνεκα γενομένων, ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐβουλεύσασθε περὶ αὐτῶν καὶ ἐψηφίσασθε. Sequitur psephisma Tisameni. Factum igitur est hoc decretum aliquanto post Boëdromionis diem XII Pyanopsione ut videtur ineunte (cf. § 83:

καὶ παραδιδόντων ταῖς ἀρχαῖς ἐν τῷδε τῷ μηνί). Ceterum annus ol. 94,2 = 403/2 erat communis; cf. Unger in Ber. d. k. bayr. Acad. d. W. 1875 B II.

Aliae contiones memorantur I 11 (cf. Thuc. VI 28); I 27; 71; 77; 96; II 23. Lysias contionum meminit or. XII 68 sqq.; XIII 8 sqq.; 50; 55 (de quibus nuper disseruit H. Luckenbach de ordine rerum a pugna apud Aegospot. commissa etc. Argentor. 1878); XXVIII 9; XXXIV etc.

Lycurgus. § 36.

Factum est decretum de quo agitur rogante Hyperide post pugnam apud Chaeroneam commissam. Etenim ad idem decretum pertinet § 16 ubi legitur: Γεγενημένης γὰρ τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης καὶ συνδραμόντων ἁπάντων ὑμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐψηφίσατο ὁ δῆμος etc.; cf. § 41 et 53.[1] Contio igitur statim habita est cum nuntius pugnae Athenas adlatus esset i. e. mense Metagitnione, paucis diebus post diem VII, quo die pugna est facta. Contio quin extraordinaria fuerit vix dubitari potest.

Alia decreta §§ 113; 117—118; 120; 122; 124 127 coll. Andoc. I 96—98 et Dem. 20, 159.

Contiones ab Aeschine memoratae praeter illas, quas p. 41 (Aesch. II 53—68 cf. III 63—72) et p. 8 (III 27) citavi, hae quoque notandae sunt: II 13, 14 (cf. III 62); 18 (cf. III 63); 47; 82—90 (cf. III 73, 74); II 92, 110; 170; III 76; 100, 125.

Dem. XIX 58—60.

Agitur de anni ol. 108,2 ultimis diebus; cf. pg. 41. Legati, qui pace facta (Elapheb. XIX) ad Philippum missi erant, reverterant Scirophorionis die XIII: ἥκομεν δὲ δεῦρο

---

[1] De decreti argumento cf. [Dem.] adv. Aristog. II 11; vv. X oratt. p. 849a. — Dem. de cor. 248; Kiessling comm. tres de Hyp. p. 190.

τρίτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Σκιροφοριῶνος μηνός — ἡ δ' ἐκκλησία μετὰ ταῦτα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πράγματ' ἀπώλεσαν ουτοι ψευσάμενοι καὶ φενακίσαντες ὑμᾶς, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγίγνετο τοῦ Σκιροφοριῶνος. 59: *ἀπὸ τοίνυν ταύτης πεμπταῖα λογίζομεν — οὐκοῦν εἰκὰς — ὑστέρα τοίνυν δεκάτῃ, ἐνάτῃ, ὀγδόῃ. ταύτῃ ἐγίγνονθ' αἱ σπονδαὶ καὶ πάντα τἀκεῖ πράγματ' ἀπωλώλει καὶ τέλος εἶχεν. τῷ τοῦτο δῆλον; τῇ τετράδι φθίνοντος ἠκκλησιάζετε μὲν τόθ' ὑμεῖς ἐν Πειραιεῖ περὶ τῶν ἐν τοῖς νεωρίοις* etc.

Reliqua decreta quae permulta laudat Demosthenes cum in orationibus publicis tum in forensibus adscribere omnia et longum et inutile est, potiorum tamen quae in iudicialibus orationibus memorantur habes conspectum: XVIII 25—29 (contio Elaphebolione post pacem Philocrateam habita); 37 (cf. Dem. XIX 58 sqq. 86, 125; Aesch. II 139; III 80); 56; 73 (ol. 110,2); 83; 115; 118; 169 (contio extraord. ol. 110,2); 222; XX 35 (de Leucone; cf. *'Αθήν.* VI 152); 44 (cf. CIA II 1 n. 85; *'Αθήν.* VI 480); 54; 63; 70; 84—86; 115; 159 (cf. Andoc. I 96—98; Lyc. 124—127); XXI 8, 9; XXII 20 etc.; XXIV 11; [Dem.] XLVII 20; L 4; 13; LI 4; [Dem.] LIX 2; 4; 104—105. De publicis Demosthenis orationibus in contione habitis post A. Schaeferum aliosque nuper optime egit G. Hartel ‚Demosthenische Anträge' in Commentt. in honorem Mommseni scriptis a. 1877 p. 518 sqq. et ‚Demosthenische Studien' I. Vindob. 1877. Paucas contiones ab aliis memoratas in tabulis suo quamque loco notavi.

Cap. IV.

1) De numero contionum.

Iam absoluta de locis singulis disputatione priusquam videamus, quidnam de diebus, quibus contiones habitae sint, statui possit, primum paucis, quot contiones ordinariae fuerint disquirendum est.

Atque Aeschinis loco II 72: *ἐκκλησίας συγκλήτους πλείους ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων* docemur, quot contiones essent habendae legibus fuisse constitutum. Numerus autem ipse contionum a grammaticis tra-

ditur, quorum locos, ad quos saepius mihi recurrendum erit, integros exscribam.

1. Harpocration s. v. *κυρία ἐκκλησία* p. 188 ed. Dind.

Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημέου ξενίας, εἰ γνήσιος. τίνες δὲ αἱ κύριαι ἐκκλησίαι, Ἀριστοτέλης δεδήλωκεν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ, λέγων τοὺς πρυτάνεις συνάγειν τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, τὴν μὲν βουλὴν ὁσημέραι, πλὴν ἐάν τις ἀφέσιμος ᾖ, τὸν δὲ δῆμον τετράκις τῆς πρυτανείας ἑκάστης. "προγράφουσι δὲ" φησι "καὶ κυρίαν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀποχειροτονεῖν, οἳ δοκοῦσι μὴ καλῶς ἄρχειν, καὶ περὶ φυλακῆς δὲ τῆς χώρας". καὶ τὰς εἰσαγγελίας ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τοὺς βουλομένους ποιεῖσθαί φησι, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ab Harpocratione vel potius eius epitomatore pendent Photius et Suidas s. v. *κυρίας ἐκκλησίας*[1]

Οἱ πρυτάνεις συνῆγον τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, τὴν μὲν[2] *βουλὴν ὁσημέραι, πλὴν ἐάν τις ἀφέσιμος ᾖ, τὸν δὲ δῆμον τετράκις τῆς πρυτανείας ἑκάστης. ἐν δὲ τῇ κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ ἔδει τὰς ἀρχὰς ἀποχειροτονεῖν, οἳ ἐδόκουν μὴ καλῶς ἄρχειν. καὶ περὶ φυλακῆς δὲ τῆς χώρας. καὶ τὰς εἰσαγγελίας ἐν ταύτῃ τῇ* (*τῇ* om. Photius) *ἡμέρᾳ οἱ βουλόμενοι ἐποιοῦντο.*

2. Pollux VIII 95.[3]

πρυτάνεις· οὗτοι τὴν βουλὴν συνάγουσιν ὁσημέραι πλὴν ἂν τις ᾖ ἄφετος, τὸν δὲ δῆμον τετράκις ἑκάστης πρυτανείας. καὶ προγράφουσι πρὸ τῆς βουλῆς καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν. τῶν δ' ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κυρία, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν εἴπερ καλῶς ἄρχουσιν ἢ ἀποχειροτονοῦσιν· ἐν ᾗ καὶ τὰς εἰσαγγελίας ὁ βουλόμενος εἰσαγγέλλει καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημευομένων ἀναγινώσκουσιν οἱ πρὸς ταῖς δίκαις, καὶ τὰς λήξεις τῶν κλήρων. ἡ δὲ δευτέρα ἐκκλησία ἀνεῖται τοῖς βουλομένοις ἱκετηρίαν θεμένοις λέγειν ἀδεῶς περί τε τῶν ἰδίων καὶ τῶν δημοσίων. ἡ δὲ τρίτη κήρυξι καὶ πρεσβείαις ἀξιοῖ χρηματίζειν, οὓς δεῖ πρότερον τοῖς

---

[1] Sic auctore Bernhardyo scripsit I. Bekker; *κυρία ἐκκλησίας* ep. Harpocrationis, Photius, Suidas. Nimirum lemma lexicorum desumptum est ex Aristophanis Ach. 19: *ὡς νῦν, ὁπότ' οὔσης κυρίας ἐκκλησίας ἑωθινῆς ἔρημος ἡ Πνὺξ αὑτηί*

[2] *τὴν μὲν* pro *ἢ τὴν* recte I. Bekker.

[3] Quem cum vitiis pluribus descripsit schol. ad Aesch. (I 104) p. 28,18 nota Dind. codicis Q.

πρυτάνεσιν ἀποδοῦναι τὰ γράμματα. ἡ δὲ τετάρτη περὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων.

3. Photius lex. s. v. *κυρία ἐκκλησία.*

ἐν ᾗ τοὺς ἄρχοντας ἐχειροτόνουν, οἷον στρατηγούς, ἱππάρχους καὶ τοὺς τοιούτους. ἄλλοι δέ φασιν καθ' ἕκαστον μῆνα ἐκκλησίας εἶναι τρεῖς, αἳ κύριαι προς σύγκρισιν ἐλέγοντο τῶν συγκλήτων. Ad glossae partem priorem cf. lex. Seguer. p. 274,19.

4. Schol. ad Demosth. (XXIV, 20) p. 742,19 Dind.

Ἰστέον γὰρ ὅτι κατὰ μῆνα τρεῖς ἐκκλησίας ἐποιοῦντο, βουλευόμενοι περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει πραγμάτων, πλὴν εἰ μὴ ἄρα ἀνάγκη τις κατέλαβε πολέμου, ὥστε καὶ περὶ ἐκείνου ἄλλην ἐκκλησίαν ποιῆσαι πλέον τῶν ὡρισμένων. καὶ ἐγίνετο ἡ πρώτη ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνός, ἡ δὲ δευτέρα περὶ τὴν εἰκάδα (*εἰκοστὴν* T. C. V.), *ἡ δὲ τρίτη περὶ τὴν τριακοστήν.* A. R. T. C. V.[1]

5. Schol. ad Aristoph. Ach. 19 (et Suidas s. v. *ἐκκλησία κυρία*).

κυρίας ἐκκλησίας] (*οὕτω λέγεται κυρία*[2] Suid.) *ἐν ᾗ ἐκύρουν τὰ ψηφίσματα. εἰσὶ δὲ νόμιμοι ἐκκλησίαι αἱ λεγόμεναι κύριαι τρεῖς τοῦ μηνὸς Ἀθήνησιν, ἡ πρώτη καὶ ἡ δεκάτη καὶ ἡ τριακάς. εἰσὶ δὲ καὶ πρόσκλητοι συναγόμεναι κατά τινα ἐπείγοντα πράγματα. αἱ μὲν οὖν νόμιμοι καὶ ὡρισμέναι ἐκκλησίαι* (*ἐκκλησίαι* om. Suid.) *κύριαι λέγονται, αἱ δὲ πρὸς τὸ κατεπεῖγον συναγόμεναι σύγκλητοι.*

6. a. Schol. ad Aesch. (I, 60) p. 21,2 Dind.

γίνονται δὲ ἐκκλησίαι τρεῖς τοῦ μηνὸς αἱ λεγόμεναι κύριαι, ἃς ἐκ τῶν νόμων ἔχουσιν ἀναγκαίως τελεῖν. ἐπὰν δὲ αἰφνίδιόν τι προσπέσῃ, ἐκκλησιάζουσι μέν, καλεῖται δὲ σύγκλητος, εἰ δ' ἄρα καὶ ἐκκλησία, οὐ κυρία. M.

b. Schol. ad Dem. (XVIII, 73) p. 289,19 Dind.

σύγκλητος ἐκκλησία λέγεται ἡ γενομένη διά τι ἐξαίφνης κατεπεῖγον. τρεῖς γὰρ ἐκκλησίαι τοῦ μηνὸς γίνονται ὡρισμέναι,

[1] Litterae sunt codicum Dindorfianae.

[2] *κυρία* recte delevit I. Bekker iubente Bernhardyo.

ἡ δὲ σύγκλητος οὐχ ὡρισμένη. P. Eadem fere schol. ad XIX, 123 p. 397,16 Dind.

c. Schol. ad Aesch. (III, 24) p. 83,8 Dind.

τρεῖς γὰρ ἐκκλησίαι κατὰ μῆνα ἐγένοντο. F.

Idem fere Schol. ad Dem. (XX, 94) p. 500,3 Dind. Adde Schol. ad Dem. (XIX, 154) p. 410,4 Dind.

ἐκ τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν λέγει τῶν ὡρισμένων, ὡς ἤδη ἐκείνων προαναλωθεισῶν τῶν τριῶν. A. T.

Adparet grammaticorum alteram partem docere quaternas contiones singulis prytaniis habitas esse Athenis, alteram ternas singulis mensibus. Atque prioris sententiaelo cupletissimus auctor adfertur Aristoteles in rep. Ath. (1), cui Pollucem quoque (2) sua debere ex verborum similitudine satis adparet.[1] Altera pars grammaticorum (3, 4, 5, 6), qui ternas contiones singulis mensibus habitas esse docent, unum et ipsi auctorem sequuntur, qui quis fuerit dubium est.

Conciliare autem has discrepantias ita studuit Schoemann,[2] ut Photium et scholiastas (3—6) diceret „respexisse tempora post ol. 118,2, cum in duodecim tribus distributa civitate prytaniae quoque erant duodecim, singulorum mensium spatia complexae“, — glossas autem Harpocrationis (1) et Pollucis (2) „pertinere ad antiquiora tempora eamque reipublicae formam, quam Aristoteles viderat“. Quam Schoemanni sententiam repetitam ab ipso in libris de antiqu. iur. publ. p. 227 et antiqu. Gr. publ. p. 403 compositis viri docti qui his de rebus egerunt omnes probasse videntur.[3]

Iam titulis quos supra examinavi haec opinio neque comprobatur neque refutatur, quia ne unius quidem prytaniae

---

[1] cf. V. Rose Aristot. pseudepigr. p 436 sqq.; F. v. Stojentin de Iulii Pollucis auctoritate p. 15 et 88 sqq., qui quos per rivulos doctrina Aristotelis ad illos homines manarit, explicare studet. De ceteris quae grammatici tradunt, quid ad Aristotelem redeat, infra suo quidque loco exponendum erit.

[2] de comitiis Ath. p. 32 et 43 sq.

[3] cf. Boeckh Staatsh. I 326; A. Westermann Abh. d. k. saechs. Ges. d. W. 1850 II 10; Hermann Staatsalterth. I⁵ § 128 2. a.

neque ex decem neque ex duodecim tribuum tempore contiones omnes notae sunt. Servata autem est duarum eiusdem prytaniae contionum mentio quinquies: n. 49 et Ἀθήν. VI 269; nn. 168,25 et 169; nn. 176 et 177; nn. 259 et 260; nn. 262 et 263, 264; trium semel: nn. 124, 125 et 126, 127.[1]

Quod igitur ad tempora X tribuum attinet in Aristotelis de quattuor contionibus testimonio tuto acquiescere licet. Idem autem confirmari videtur lege in Demosthenis Timocratea servata § 21: *τοὺς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν* collatis oratoris verbis § 25: *καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶ νόμος καινὸς ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι. μετὰ ταῦτα δ' ἂν χειροτονήσητε εἰσφέρειν, οὐκ εὐθὺς τιθέναι προσέταξαν, ἀλλὰ τὴν τρίτην ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν, καὶ οὐδ' ἐν ταύτῃ τιθέναι δεδώκασιν, ἀλλὰ σκέψασθαι καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθιεῖτε.* Quamquam Westermann qui legem illam omnino fictam esse arbitratur, ex his quoque verbis: *τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν,* quam nulla fides sit grammatico qui legem composuerit, adparere statuit.[2] Demosthenem enim verbis *τὴν τρίτην ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν* significasse putat non tertiam contionem post primam, sed tertiam anni contionem prima comprehensa idemque intellexisse etiam legis inventorem, sed ex suae aetatis exemplo pro tertia ultimam posuisse trium contionum per prytaniam habendarum, quot habitae essent XII tribuum tempore. Verum id neque in Demosthenem valet neque in legis auctorem quisquis fuit. Nam si bene respicis oratoris verba *μετὰ ταῦτα δὲ* (i. e. post *διαχειροτονίαν* in prima contione habendam) — *τὴν τρίτην ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν,* quin Demosthenes ipse significarit tertiam contionem post primam illam legitimam vix ac ne vix quidem dubitari potest. Notum autem est ex Dem. Lept. § 94 (*τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι, τοῦτον δ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγιγνώσκειν*)[3] novas

[1] Contiones Elaphebolione ol. 108,2 habitae (vid. p. 41) in censum non veniunt quia plures sunt extraordinariae.

[2] l. c. p. 20.

[3] cf. Din. I 42.

leges in compluribus contionibus, minimum duabus, recitari oportuisse, ut unusquisque cum videret, quantus esset numerus legum ferendarum, de nomothetis instituendis consilium recte iniret. In ea autem contione quae *ἡ τελευταία τῶν τριῶν* vocatur, secundum legem illam recitari leges novae non iam potuerunt, quia ex eadem lege *πρῶτον μετὰ τὰ ἱερά* agendum est de nomothetis instituendis. Itaque neque Demosthenes neque is qui legem composuisse dicitur intellexit tertiam anni contionem, sed tertiam post primam, ultimam ex tribus post primam reliquis, i. e. quartam contionem et anni et prytaniae primae.

Iam de XII tribuum aetate quae Schoemann statuit habere aliquam commendationem ex ipsa rei simplicitate concedendum est: certius tum demum diiudicari potest, si quae fides sit ceteris quae eidem grammatici (3—6) tradunt experti erimus. Ad quam rem inquirendam iam accedimus.

2) De diebus contionum.

De certis comitiorum diebus ii grammatici, qui ex Aristotelis loco de quattuor contionibus hauserunt, nihil tradunt. Ex iis autem, qui de tribus contionibus referunt, quorum quidem notationes ad XII tribuum tempus pertinere putantur, Scholiasta ad Dem. Tim. (4) docet primam habitam esse mensis die undecimo, secundam circa diem vicesimum, tertiam circa tricesimum; Schol. ad Ar. Ach. 19 (5) dies comitiorum notat primum, decimum, tricesimum. Quae dicta inter se pugnare iam dudum viderunt viri docti.[1] Atque prior opinio rationi quidem sufficit, altera autem (Schol. ad Ar. Ach.) aut corrupta est aut plane insulsa docet. Numquam enim credi potest contiones habitas esse mensis die X, deinde 19 dierum spatio intermisso die XXX, denique nullo intermisso spatio die proxime sequenti. Sed error manifestus est, ortus ille, ni fallor, non ex litteris numeralibus, „ut rescribendum sit *ἡ ἐνδεκάτῃ καὶ ἡ εἰκὰς καὶ ἡ τριακάς*," quod placuit Petito (cf. Schoemann l. l.), verum inde quod auctor huius glossae

[1] v. Schoemann de com. p. 43; Dind. adnot. ad Schol. ad Ar. Ach. 19.

male intellexit festinanterque exscripsit glossam, qualis est apud Schol. ad Dem., cum ἡ πρώτη καὶ ἡ δεκάτη daret pro ἡ πρώτη ἐνδεκάτῃ, εἰκοστήν plane omitteret.

Iam quod de contionibus et die XI et circa XX et XXX mensis diem habitis grammatici illi testantur, quin ad XII tribuum aetatem pertineat Schoemann l. l. p. 44 non dubitat. „Nam post ol. 118 ternas singulis prytaniis vel quod perinde est mensibus ecclesias habitas esse iis ferme diebus qui ab Ulpiano“ (i. e. Schol. ad Dem.) „designantur, non est quod dubitemus, dum ne quid de comitialibus diebus nimis certo et immutabiliter statutum esse arbitremur, quod vel ipsius Ulpiani verba vetant, cum indefinite dicat: περὶ τὴν εἰκοστήν, περὶ τὴν τριακοστήν“. Idem p. 47: „quae si quis putet ita fuisse ordinata, ut aequalibus fere dierum intervallis distarent, id equidem veri simillimum esse concedo, demonstrari posse nego.“ Idem deinde ex festorum ratione demonstrat „de comitialibus diebus certo quodam ordine redeuntibus cogitandum non esse.“

Westermann l. l. p. 12 ut contiones ordinarias non isdem per omnes prytanias diebus habitas esse certis argumentis firmat ita isdem earundem prytaniarum diebus habitas esse eas veri simile putat, quamquam pro certo affirmare id non audeat, cum subsidia deficiant.

Nos igitur quippe quibus satis ampla titulorum multitudo praesto sit, quid et de veterum et de recentiorum sententiis iudicandum sit videamus. Atque mensium dies quibus omnino contiones habitas esse invenimus hi sunt quorum conspectum subieci (vid. p. 56).[1]

Quo ex conspectu primum adparet omnibus fere mensis diebus exceptis 3, 4, 6, 7, 13, 15, 23, 27[2] habitas esse contiones, non iis tantum diebus, quos tradiderunt scholiastae. Attamen plures quam ceteris contiones diebus undecimo, vicesimo primo, tricesimo habitae sunt XII tribuum aetate; X quoque trib. aet. undecimo et tricesimo plurimae. Quae quidem cum grammaticorum testimoniis et Schoemanni sententia quam

[1] cf. tab. dierum, ubi titulorum numeros adscripsi.

[2] de die 17 vide ad n. 260. cf. ad n. 230 frg. a.

D. mens.	X tr.	XII tr.
1	1	
2	1	
3		
4		
5	....	1
6		
7		
8	....	1
9	1	6
10	1	1
11	6	12
12	1	1
13		
14	2	1
15		
16	1	7
17	....	2
18	2	3
19	1	1
20	....	1
21	1	10
22	....	4
23		
24	....	1
25	1	1
26	3	6
27		
28	....	5
29	1	2
30	6	10

apte concilientur adparet. Neque causa latet. Etenim in omnibus rebus publicis recte ordinatis intervalla contionum ut quam maxime fieri potest paria sint curari debet, ut et copia rerum tractandarum singulis contionibus fere par sit et eorum civium quibus rure in urbem proficiscendum est, ubi simul negotia privata exsequantur, commoditati consulatur. Duodecim vero tribuum aetate, si ternae contiones singulis mensibus vel prytaniis habebantur, intervalla idonea fuisse 10 fere dierum[1], ipsos dies contionum fere XI, XXI, XXX et mensis et prytaniae consentaneum est. Grammatici igitur quae de diebus tradunt in universum quidem recte se habere concedimus: etsi de certa norma legibus confirmata cogitari nequit. Iure autem Schoemannum et Westermannum negasse contiones habitas esse sive certis omnium mensium aut prytaniarum diebus sive certis eorundem mensium diebus elucet.

At novis titulorum usi subsidiis longius progredi possumus. Atque hoc quoque, quod Westermanno probabile visum erat, certis earundem prytaniarum diebus contiones esse habitas, nec in X nec in XII tribuum aetatem valere adparet ex tabulis nostris dierum. Etenim X tribuum aetate contiones habitae sunt prytaniae secundae diebus XXX, XXXI, XXXII; prytaniae decimae diebus XXXIV, XXXV; XII vero tr. aet. e. g. prytaniae tertiae diebus IX, X, XIV, XIX,

[1] nn. 259 et 260 intervallum existit 9 dierum; nn. 262 et 263 intervallum 8 dierum.

XXVI, XXIX, XXX; septimae diebus X, XI, XXI, XXIV, XXVII, XXIX. Plura exempla enumerare, cum in tabulis habeantur, longum est.

Ergo legibus certos comitiorum dies omnes statutos non fuisse constat. Nonnulli tamen dies lege statuti erant. Quorum notissimus est Hecatombaeonis dies XI i. e. primae cuiusque anni contionis dies (Dem. Timocr. § 20; cf. § 26). Qui dies contionis etiam titulis comprobatur nn. 66^b; 181; 120; *Ἀθήν.* VI 271 n. 3. Pariter videtur legibus statutum fuisse quando sollemnis illa *ἐκκλησία ἐν Διονύσου* habenda esset; cf. Dem. Mid. § 8: *νόμος. τοὺς πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ Πανδίων, ἐν δὲ ταύτῃ χρηματίζειν πρῶτον μὲν περὶ ἱερῶν* e. q. s. Ac § 9 ipse Demosthenes: *ὁ μὲν οὖν νόμος οὗτός ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ὃν αἱ προβολαὶ γίγνονται, λέγων ὥσπερ ἠκούσατε, ποιεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου μετὰ τὰ Πάνδια.* Huius autem diei contionis exempla habemus:

Aesch. II 61	—	Elaphebolionis	die	XVII (XIV sec. A. Mommsen Heortol. p. 388. cf. ad n. 173)
CIA II 1 n. 173	—	Elaphebolionis	die	XIX (cf. quae dixi ad h. tit. p. 10)
„ n. 307	—	„	„	XXI
„ n. 307 26	—	„	„	XXI
„ n. 420	—	„	„	XXI
„ n. 420 29	—	„	„	XXI [1]

Itaque inde a saec. III initio (n. 307) semper certo die habita est illa contio. Quarto autem saeculo contionis dies adeo fixus fuisse non videtur, cum et dies XVII et XIX — si modo recte conieci — tradantur. Quamquam Pandia quo die celebrata sint non constat. Neque tamen est, cur legi apud Demosthenem fidem denegemus, quae pro oratoris verbis *μετὰ τὰ Πάνδια* exhibet *τῇ ὑστεραίᾳ Πανδίων.*[2]

---

[1] In eadem contione factum est decretum quod nuperrime edidit Cumanudis *Ἀθήν.* VII 480 n. 3. cuius tamen praescripta perierunt.

[2] cf. Andoc. I 111: *ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.*

Fixa fuisse videntur etiam comitia ea, in quibus magistratus suffragiis creabantur, id quod Koehler in Actt. menstr. acad. Berol. 1866 p. 343 ex inscriptione n. 416 efficere studuit.

Praeterea de ostracismo populum consuli solitum esse in sextae prytaniae contione *κυρίᾳ* tradit lex. Cantabr. s. v. *κυρία ἐκκλησία*. — *ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης πρυτανείας πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ περὶ τῆς ὀστρακοφορίας προχειροτονίαν δίδοσθαι εἰ δοκεῖ ἢ μή*. Idem die non addito refert auctor s. v. *ὀστρακισμοῦ τρόπος*. — *Φιλόχορος ἐκτίθεται τὸν ὀστρακισμὸν ἐν τῇ τρίτῃ γράφων οὕτω· προχειροτονεῖ μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς η' πρυτανείας εἰ δοκεῖ τὸ ὄστρακον εἰσφέρειν.*[1]

Praeter hos quos enumeravi alios quoque dies legibus statutos esse non inveni. Quid autem de reliquis contionibus ordinariis iudicandum est? Credamusne dies iis quotannis praefinitos esse an ex arbitrio singulis prytaniis statutos? Atque si summam dierum contionum varietatem respicimus, facile sane adducimur, ut arbitrium in diebus constituendis valuisse credamus. Cuius rei certum esset testimonium Theophrasti Char. VII 3, si Schoemann de com. p. 51 verba de loquace dicta *καὶ (οἷος) πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν* recte interpretaretur: „resciscens comitia sc. futura esse refert“, in universum intellegenda ratus comitia, sive ordinaria illa sint sive extraordinaria. Quamquam id num apte verbis *πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας* exprimatur, admodum dubium est; videturque potius eis assentiendum esse qui locum corruptum iudicant verbaque de rebus in contione actis accipiunt, de quibus scilicet re notissima et cotidiana homo loquax verba faciat: ut scribendum sit e. g. *καὶ πυθόμενος τὰ (ἀπὸ τῆ)ς ἐκκλησίας*.

Neque tamen prorsus infinitam fuisse convocandorum comitiorum licentiam sequitur ex hisce locis:

Pandia vespere celebrabantur: cf. A. Mommsen Heort. p. 395. Nocte praeterita cum statim die illucescente contio haberetur, Pandia et contio eodem die habita sunt. Similiter dictum *τῇ ὑστεραίᾳ* Dem. 18, 169.

[1] cf. Schoemann Antiq. I 420; Hermann Ant. publ. I⁶ § 130; Hartel stud. Demosth. II. 64.

Dem. XIX 185: *ἐν ἐκείναις ταῖς πολιτείαις πάντ' ἐξ ἐπιτάγματος ὀξέως γίγνεται· ὑμῖν δὲ πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι περὶ πάντων καὶ προβουλεῦσαι δεῖ, καὶ τοῦθ' ὅταν ᾖ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον, οὐκ ἀεί. εἶτ' ἐκκλησίαν ποιῆσαι, καὶ ταύτην, ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ.*

CIA II 1 n. 309: *ἀγαθῆι τύχηι δεδόχ]θα[ι] τῆι βουλῆι τοὺ[ς προέδρους οἳ ἂν λάχωσιν ἐ]ν [τῶ]ι δήμωι προεδρ[εύειν, ὅταν αἱ ἡμέραι ἐξήκωσ]ιν [α]ἱ ἐκ τοῦ νόμου, χρη[ματίσαι περὶ....* ol. ca. 123,2 = 287/6. Decretum de civitate conferenda.

n. 318: *ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ] τοὺς προέδρ[ους, οἳ ἂν λάχωσιν προεδρεύειν ἐν τῶ]ι δήμωι εἰς τὴν [ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν, ὅταν ἐξήκ]ωσιν αἱ ἐκ τοῦ ν[όμου ἡμέραι, χρηματίσαι περὶ τούτων]* etc. ca. 280 a. C. Decretum de civitate conferenda.

n. 331 *ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ τοὺς προέδρους οἵτινες ἂν λάχωσιν προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι, ὅταν αἱ ἡμέραι αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἐξήκωσιν, χρηματίσαι περὶ τούτων* etc. ca. 270 a. C. Statua aliique honores decernuntur Phaedro stratego Atheniensium.

n. 382 *τ[ύχει ἀγαθεῖ δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ τοὺς πρ]ο[έ]δρο[υς οἵτινες ἂν λάχωσιν προεδρ]ε[ύ]ε[ι]ν [ἐν τῶι δ]ήμωι [εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν, ὅ]ταν ἐ[ξήκωσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι, χρηματίσαι] περ[ὶ τούτων* etc.: Decretum de civitate conferenda saec. III priori parti adscribendum.

Ἀθήν. VI 135 n. 10: *ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τ]¦εῖ βουλῆι τοὺς προέ[δρους οἳ ἂν λάχωσιν προεδ]ρεύειν ἐν τῶι δήμωι, ὅ[ταν ἐξήκωσιν αἱ ἐκ τοῦ νό¦μ]ου ἡμέραι, χρηματίσ[αι περὶ τούτων ἐν τῆι πρώ[τηι ἐκκλη]σίαι* etc. Decretum honorarium quod saec. IV attribuit litterarum specie ductus Cumanudis.

Ἀθήν. VI 136 n. 11: *[δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ τ|οὺ]ς π[ρο]έδρους ὅσοι ἂν λάχ[ωσιν προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι ὅ]|ταν ἐξήκει ὁ ἐκ τοῦ νόμου χ[ρόνος — — — προσ]|αγαγεῖν Ἀπολλώνιον* etc. Decretum honorarium, quod Macedonicae aetati adscribit Cumanudis.

Qui loci quomodo interpretandi sint, videndum.[1] Atque locum illum Demosthenis Schoemann de com. p. 50 referendum putat ad tempora festorum. At Demosthenes cum dominationis unius commodis opponat tardiorem in republica libera agendi modum, quo etiam illud pertinere, quod non semper contionem habere liceat, sed *ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ*, certe de rebus loquitur omnibus contionibus communibus. Festa autem licet duplo plura Athenienses celebraverint quam ceteri Graeci,[2] in universum pro contionum impedimento haberi non possunt. At aliud latere monstrat formula similis *ὅταν ἐξήκωσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι,* qua non magis dierum festorum intervalla significari possunt.[3]

Haec autem formula in decretis ita concepta: *δεδόχθαι τῆι βουλῆι τοὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι, ὅταν ἐξήκωσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι, χρηματίσαι περὶ τούτων* etc. (nn. 309, 331) vel *προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι, ὅταν ἐξήκῃ ὁ ἐκ τοῦ νόμου χρόνος* (*Ἀθήν.* VI 136 n. 11.) locum obtinet usitatioris formulae: *δεδόχθαι τῆι βουλῆι τοὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι εἰς τὴν πρώτην (ἐπιοῦσαν) ἐκκλησίαν, χρηματίσαι περὶ τούτων*: quin ter cum eadem coniuncta reperitur nn. 318, 382, *Ἀθήν.* VI 135 n. 10, ubi et verba *εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν* leguntur et additum est *ὅταν ἐξήκωσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι.* Adparet igitur et proximam significari contionem[4] et iuberi praesides rem

---

[1] Hartel, Studien über attisches Staatsrecht und Urkundenwesen p. 170 sqq. plura his de locis disputavit, quibus addit titulum *Ἀθήν.* V 522 ita a se suppletum: *τ[οὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν ἐς] τὴν κ[αθ]ήκουσαν [ἐκκλησίαν.*

[2] [Xenoph.] de rep. Ath. III 8: *καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι.* cf. III 2; Paus. I 17,1; 24,3.

[3] Casu factum est ut decretorum de quibus loquimur, praescripta deficiant omnium. Sed n. 309 in ultima anni contione factum esse supra demonstravi p. 24 sq., quae solebat haberi intra dies Scirophorionis XXI—XXX, quo tempore nullos agebant dies festos Athenienses.

[4] Hartelii sententiam Dem. St. II 51 sq. *τὴν πρώτην ἐκκλησίαν* non esse contionem quae senatus auctoritatem, sed quae ipsam contionem sequeretur ad senatusconsultum probandum convocatam non huius loci est adcuratius examinare.

accelerare, ita ut ea quam brevissimo intervallo i. e. statim post dies legitimos praeteritos in contione proponatur.

Prorsus similia invenimus thesmothetis praecipi de rebus iudicibus proponendis *ὅταν πρῶτον οἷόν τε ᾖ* (nn. 61; 312; 367); *ὅταν πρῶτον ἀναπληρῶσι δικαστήριον* (nn. 300; 325; 401; 402); inprimis n. 369 *τοὺς δὲ θεσμοθέτας εἰσαγαγεῖν αὐτῶι τὴν δοκιμασίαν τῆς δωρεᾶς εἰς τὸ δικαστήριον, ὅταν ἀναπληρωθῶσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι.*

Iam ne putemus certis tantum rebus lege constitutum fuisse certum dierum numerum quibus peractis demum proponi ea liceret: argumenta omnium titulorum qui illam formulam exhibent ad honores aut peregrinis aut civibus conferendos spectant, qua de re certum temporis intervallum lege imperatum fuisse nec veri simile est nec probatur titulis innumeris qui in eo argumento versantur.

Nec magis de certo tempore cogitari potest, per quod lex valuerit numerum dierum ante quos contio haberi nequiret definiens. Quinque enim tituli formula illa insignes pertinent ad initium saec. III, *Ἀθήν.* VI 135 n. 10 pertinere ad saec. IV ex litteratura suspicatus est Cumanudis; Demosthenis denique oratio XIX habita est anno ol. 109,2 = 343/2. Formulas autem variis temporibus et ipsas fuisse varias notum est. Praeterea etiam in iis titulis qui illis sex inscriptionibus aetate fere suppares sunt, legitur formula solita *τοὺς δὲ προέδρους οἳ ἂν λάχωσι προεδρεύειν ἐν τῶι δήμωι εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι* etc.

Adparet igitur legem de certis illis diebus et omni tempore et de rebus contionis omnibus valuisse.

Neque vero cogitari potest de intervallo inter duas contiones sese excipientes vel inter senatus consilium et contionem fixo: quale si fuisset lege statutum, ut res acceleraretur certo fieri non poterat.

Unum igitur in promptu est: ut formulam illam ex lege explicemus cuius mentio fit apud Photium s. v. *πρόπεμπτα* (II p. 110 N.). *τὸ πρὸ πέντε ἡμερῶν τῆς ἐκκλησίας προγράφειν, ὅτι ἔσται ἡ ἐκκλησία εἰ τύχοι, ἵνα καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς συνέλθωσι καὶ ἕκαστον τῶν βουλῶν προευτρεπισθῇ·* et lex rhet. Bekk.

A. I p. 296 s. v. *πρόπεμπτα· τὸ πρὸ πέντε ἡμερῶν τῆς ἐκκλησίας προγράφειν, ὅτι ἔσται ἐκκλησία, εἰ τύχοι. εἰ ἔδει ἐκκλησίαν γενέσθαι τῇ δεκάτῃ, προέγραφον οἱ πρυτάνεις ἀπὸ τῆς πέμπτης ὅτι ἔσται.* Itaque quinque dierum intervallum inter programma contionis a prytanibus publice propositum et contionem ipsam habendam ex lege necessarium erat: illa autem formula prytanes iubentur nulla mora interposita programma proponere ut post quintum diem contio haberi possit.

Ad rem prorsus similem pertinent sine dubio verba decreti n. 369: *ὅταν ἀναπληρωθῶσιν αἱ ἐκ τοῦ νόμου ἡμέραι* de iudicio a thesmothetis convocando. Quod confirmatur lege apud Dem. 43 § 75: — *(ἄρχων) προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος — εἰσαγαγέτω εἰς τὴν ἡλιαίαν* (cf. Poll. 8, 87). Intervallum igitur in iudicio legitimum non diversum fuit ab contionum intervallo.

Quae si recte a me disputata sunt, sequitur numerum quidem contionum ordinariarum constitisse, dies vero contionum neque lege neque populi decreto fixos fuisse, sed a prytanibus definiri solitos: nisi quod populus copiam habebat prytanibus imperandi, ut legitimi intervalli ratione habita quam celerrime fieri posset contionem aliquam convocarent. Quomodo autem factum sit ut tamen plures contiones haberentur diebus mensium XI, XXI, XXX, de eo iam supra exposui pg. 56.

3) *Ἐκκλησία κυρία.*

De contione quae *κυρία* dicitur grammaticorum testimonia praeter ea quae supra adscripsi haec exstant:

7. Lex. Cantabr. s. v. *κυρία ἐκκλησία·*

— — *ἄμεινον οὖν Ἀριστοτέλης* (ita Nauck, cod. *Ἀριστοτέλει*)*· τὰς γὰρ ἀρχὰς ἐν ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις ἔφησε χειροτονεῖσθαι* (*φησὶν ἐπιχειροτονεῖσθαι* Meier), *καὶ τὰς εἰσαγγελίας καὶ τὰ ἄλλα* (*τὰς ἄλλας* cod.) *τῶν ἀναγκαίων χρηματίζειν, καὶ περὶ σίτου καὶ* (*καὶ* add. Rose Arist. pseud. p. 437) *φυλακῆς τῆς χώρας, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημευομένων ἀναγινώσκειν καὶ τὰς λήξεις* (*δείξεις* cod.) *τῶν κλήρων. ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης πρυτα-*

νείας πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ περὶ τῆς ὀστρακοφορίας προχειροτονίαν (*ἐπιχειροτονίαν* cod.) *δίδοσθαι εἰ δοκεῖ ἢ μή.*

8. Hesych. s. v. *κυρία ἐκκλησία·*

μία κυρία ἐκκλησία ἤγετο Ἀθήνησιν ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονεῖν ἔδει.

9. Etym. Magn. s. v. *κυρία·*

σημαίνει τὴν προθεσμίαν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐχειροτόνουν.

10. Schol. ad Aesch. (II 72) p. 55,12 Dind.

συγκλήτους] *(αἱ) ἐξαίφνης ἐπὶ ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων ἐκκλησίαι συλλεγόμεναι ἐκαλοῦντο σύγκλητοι· αἱ δὲ κατὰ μῆνα ὡρισμέναι ὀνομάζονται κύριαι.* L. M.

Iam vides in eo discrepare grammaticos, quod qui ternas contiones singulis mensibus tribuunt (3—6), eidem tres illas fuisse *κυρίας ἐκκλησίας* statuunt, ut legitimas *(νομίμους)* a *κυρίαις* non discernant: contra unam fuisse in singulis prytaniis *κυρίαν* ex Aristotele diserte affirmant Pollux (2) et Hesychius (8) nec contradicit lexici Cantabrig. auctor (7), ubi pluralis *ἐν ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις* non ad singulas prytanias, sed ad totius anni contiones in universum pertinet.

Hanc quoque litem Schoemann ita solvere studuit, ut diversam diversis temporibus rationem fuisse statueret. Qui quam in libro de comitiis Ath. p. 31 sq. sententiam profert ipsius verbis repetam. „Fuisse, inquit, initio singulas ecclesias, certis singularum prytaniarum diebus habendas, a Solone constitutas, easque propter id ipsum *κυρίας* dictas esse. Et sane, quae Pollux in *κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ* tractata esse dicit, ea omnia sunt eiusmodi, quae singulis prytaniis deficere non possent. Sed si quae res praeterea accidissent de quibus populum consuli oporteret, quaeque differri non possent, contionem extra ordinem convocatam esse. Aucta autem republica multiplicatisque negotiis, harum quoque contionum, quae praeter *κυρίαν* illam convocarentur, ordinem ac modum legibus definitum esse, quem Pollucis verbis supra adscripsi,

ita tamen, ut *κυρίας* nomen illi uni proprium relinqueretur. — — Sed ut ad Aristophanis Scholiasten (5) revertar, potest is quoque haud prorsus falsa fictaque promsisse videri, cum ternas *κυρίας* ecclesias singulis mensibus fuisse dicat. Etenim Pollux et Harpocration Aristotelem auctorem sequuntur, eamque reipublicae formam, eas leges, ea instituta describunt, quae Aristoteles viderat memoriaeque mandaverat. Sed haud multis post Aristotelem annis cum alia novata sint in Attica republica, tum fortassis haec quoque ecclesiarum ratio mutata est et *κυριῶν* nomen ad omnes ordinarias translatum." Paulo aliter rem informat Schoemann in libro de iure publico Graecorum p. 219: „Populi concilia — — antiquitus singula singulis prytaniis ordinaria fuisse videntur, quae *κύριαι ἐκκλησίαι* dicebantur; mox auctis rebus ternae additae ecclesiae legitimae (*νόμιμοι*), postea autem et ipsae *κύριαι* dictae." Denique in Antiquitatibus Graecis lingua germanica scriptis (I 403) ita statuit, initio singulas fuisse in prytania contiones ordinarias, *κυρίας* dictas; deinde quaternas, quae *νόμιμοι ἐκκλησίαι* vocarentur: *κυρίας ἐκκλησίας* nomen per tempus quoddam primae contioni prytaniae reservatum, postea ad reliquas quoque tres ordinarias relatum esse, ut iam *κυρίαις* opponerentur *σύγκλητοι ἐκκλησίαι* i. e. extraordinariae. Eaque opinio hodieque pro pervulgata haberi potest.[1]

Attamen mireris tantum valuisse apud Schoemannum eorum grammaticorum auctoritatem qui tres *κυρίας ἐκκλησίας* easdem atque *νομίμους* dicunt, ut ei posthaberetur disertum Aristotelis de una contione *κυρίᾳ* prytaniae testimonium. Qui quas res in illa contione tractari esse solitas dicit, veluti *ἐπιχειροτονίαν*, ostracismi *προχειροτονίαν*, alia, ita comparatae sunt, ut semel tantum in prytania actas esse consentaneum sit. Neque ipsa vocabuli *κυρίας* notio plures *κυρίας ἐκκλησίας* pati videtur.

Qua in re commode, ni fallor, utemur comparatione tribuum et pagorum, denique sodaliciorum quae Athenis permulta fuerunt. Ea ad exemplum contionum civitatis sua

---

[1] cf. K. F. Hermann Antiq. I[6] § 128,2.

habebant concilia quae quidem *ἀγοραί* dicuntur, non *ἐκκλησίαι*. Harum autem mensibus singulis una fuisse *κυρία* putanda est. En dierum conciliorumque notatorum tabulam:

CIA IIᵗⁿ:	Decretum.	Tempus.	Contio et mensis.
555	Cecropidis	101,1 = 376/5	*τῆι κυρίαι ἀγορᾶι*
585	Aexonensium	116,4 = 313/2	*ἐν τεῖ ἀγορᾶι τεῖ κυρ*¦*ίαι*
611	thiasotarum	120,1 = 300/299	*Πυανοψιῶνος πέμπτει ἱσταμένου· ἀγορὰ κυρία*
619	orgeonum	saec. III ex.	*Μουνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
621	"	saec. II init.	*Μουνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
622	"	"	*Μουνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
623	"	"	*Μο[υνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
624	"	saec. II med.	*Μουνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
624,21	"	"	*Μουνιχιῶνος ἀγορᾶι κυρίαι*
627	"	saec. I init.	*Σκιροφοριῶνος (ἀ)γορᾶι κυρίαι*
640	collegii alcs.	— — —	— — *ἐ]πὶ δέκα· ἀγορὰ κυρί[α*
554b	Pandionidis	98,3 = 386/5	*ἐν τῆι ἀγορᾶι τῆι μετὰ Πάνδια*
567	Aegeidis	123,4 = 285/4	*Ἐλαφηβολιῶνος πέμπτει ἱσταμένου*
594	cleruchorum Salam.	saec. II ex.	*Μεταγειτνιῶνος τετράδι μετ' εἰκάδας*
614	thiasotarum	saec. III init.	*[μη]νὸς Ἀνθεστηριῶ-[νος.*
618	orgeonum	saec. III med.	*Μ[ουνιχιῶνος.*

CIA IIi n:	Decretum.	Tempus.	Contio et mensis.
620	thiasotarum	— — —	Σ[κιρ]οφορι[ῶ]νο[ς] δευτέρα[ι — —
638	collegii alcs.	— — —	μη]νὸς Μουνιχιῶνος ὀγδ[όηι —

Iam unam tantum singulis mensibus ἀγορὰν κυρίαν haberi solere articulus demonstrat in tribubus pagisque conciliorum notationi additus; de collegiis idem valere probatur orgeonum lege CIA IIi n. 610 v. 16 sqq. ἀγο[ρὰν δὲ κ]αὶ [ξ]ύ[λλ]ογον ποιεῖν τοὺς ἐπιμελητὰς καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς ἐν τῶι ἱερ[[ῶι] πε[ρὶ τῶν κοιν]ῶν τῆι δευτέραι ἱσταμένου τοῦ μηνὸς ἑκάστου. Cui rei convenit n. 620: nam in sollemni Munichionis concilio diei numerus addi non solet. Porro cum notum sit instituta pagorum et sodaliciorum pleraque ad reipublicae exemplum expressa esse[1] concludere licet ne civitati Atheniensium quidem umquam fuisse nisi singulas singulis prytaniis ἐκκλησίας κυρίας.

Atque idem certo evincitur ipsis titulorum praescriptis. Qua in re nolo id premere quod nusquam eiusdem prytaniae plures una contiones κύριαι memorantur; cum omnino rara sint exempla duarum pluriumve in eadem prytania contionum. Sunt autem haec:

CIA IIi etc.	Tempus	Pryt.	Dies.	Contio.
49	101,2 = 375/4	II	vacat	vacat
Ἀθήν. VI 269	„ „	„	„	„
124	110,4 = 337/6	X	„	„
125 et 126	„ „	„	35	„
127	„ „	„	vacat	„
168,25	111,4 = 333/2	II	„	„
169	„ „	„	19	„
176	112,3=330/29	IX	19	„
177	„ „	„	32	ἐκκλη[σία κυρία—]

[1] cf. n. 554 b: ἐν τῆι ἀγορᾶι τῆι μετὰ Πάνδια cum notatione ἐκκλησία Διονύσου.

CIA II₁ etc.	Tempus.	Pryt.	Dies.	Contio.
259	119,2 = 303/2	VIII	20	[ἐκκλησία —]
260	„ „	„	29	ἐκκλησία
262	119,2 = 303/2	XII	23	[— ἐκκλησ[ί]α κυρία
263 et 264	„ „	„	31	ἐκκλησία

Praeterea eiusdem prytaniae contiones, quarum tamen neque dies neque ipsa contio notata est, sunt nn. 3 et 5; nn. 27 et 28; nn. 50 et 52c; decreta nn. 56 et 57, 121 et 122, 247 et 248 utrum eodem die an diversis eiusdem prytaniae diebus facta sint, diiudicari nequit.

At id ipsum quod praeter praescriptum ἐκκλησία κυρία toties invenitur ἐκκλησία nude positum, idque non minus aetate XII tribuum quam X tribuum, certe neque casui neque arbitrio tribui potest in tanta formularum stabilitate.[1] An credamus illa decreta omnia in extraordinariis contionibus esse facta? Sed quis sibi persuadebit saeculo tertio et secundo a. C. ad honores nescio quibus fautoribus amicisve conferendos — quo in argumento maxima decretorum pars versatur — extra ordinem populum esse convocatum: ut adeo numerus extraordinariarum contionum superaret ordinariarum numerum?[2] Abunde, puto, tum temporis tres quattuorve contiones ordinariae rationibus Atheniensium publicis satisfaciebant. Immo ubicunque in titulis simpliciter praescribitur ἐκκλησία, una ex ordinariis illis contionibus praeter κυρίαν intellegenda est. Itaque quod Aristoteles de suo tempore testatur unam fuisse per singulas prytanias ἐκκλησιαν κυρίαν,

[1] Ubi plura unius contionis decreta servata sunt, nunquam variatur contionis notatio. cf. nn. 263 et 264 ἐκκλησία; nn. 312 et 313 ἐκκλησία; nn. 420,5 et 420,31 ἐκκλησία ἐν Διονύσου; nn. 467,3 et 467,66 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι; nn. 471 et 472 ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι Non obstat, quod n. 174 et Ἀθήν. VI 131 non legitur ἐκκλησία ἐν Διονύσου, ut n. 173: neque enim in his titulis de rebus sacris agitur, quo pertinet additamentum ἐν Διονύσου.

[2] X tribuum aetate undecies in titulis additur, decies omittitur κυρία; XII trib. aet. quadragies quinquies exstat ἐκκλησία κυρία, quadragies octies ἐκκλησία.

idem per omne tempus liberae reipublicae Atheniensium obtinuisse tituli docent.

Non magis Schoemanno in eo assentior, quod vocem *κυρίαν* interpretaturus a Solone dicit unam contionem esse constitutam eamque *κυρίαν* esse dictam. Quae recte se haberent, si contio *κυρία* contrarium esset *συγκλήτου*; vidimus autem vocem *ἐκκλησία κυρία* oppositam esse simplici *ἐκκλησίᾳ*: utrasque ut ordinarias contrarium efficere contionis *συγκλήτου*. Eiusmodi autem notionem vocis *ἐκκλησία κυρία* qualem in titulis et apud Aristotelem invenimus, existere potuisse antequam plures per prytaniam contiones constitutae essent, non probabile est.

Quamquam unam contionem ordinariam antiquo tempore suffecisse prytaniae numerumque contionum ex Solonis instituto satis fuisse restrictum, id quidem non male Schoemann suspicatur: quemadmodum *ἀγοραί* quoque tribuum pagorum collegiorum singulae singulis mensibus fuerunt. Certe ut quaternae singulis prytaniis contiones ante Clisthenem exstiterint fieri non potest: a Clisthene ipso hunc numerum esse stabilitum quod Wachsmuth hell. Alterthumsk. p. 547 coniectat, nullo fundamento nititur. Antiquissima, quantum scio, *κυρίας ἐκκλησίας* mentio exstat in fragmento tituli CIA I n. 25 Periclis aetate scripti v. 7 [*ἐ*]*ν τῆι κυρίαι ἐκ*[*κλησίαι*]:[1] ubi notandus articulus, qui unam indicat *κυρίαν* fuisse; proximum testimonium est Arist. Ach. v. 19: *ὡς νῦν ὁπότ' οὔσης κυρίας ἐκκλησίας ἑωθινῆς ἔρημος ἡ Πνὺξ αὑτηί* (ol. 88,3 = 426/5).

Iam quaeritur, num certus fuerit locus *κυρίας ἐκκλησίας*. Atque unus Pollux (2) primam quamque prytaniae contionem *κυρίαν* fuisse satis diserte significat, cum *ἡ μὲν κυρία* opponatur *τῇ δευτέρᾳ, τρίτῃ, τετάρτῃ*. Eumque secuti sunt viri docti recentiores omnes. Atqui psephismata lapidi incisa longe diversa demonstrant. Nam in titulis X tribuum aetatis hosce habes contionis *κυρίας* dies:

---

[1] Ceterum etiam CIA II 1 349 dativus comparet *ἐν τῆι? κ*]*υρίαι ἐκκλησία*[*ι*.

CIA II₁ n:	Dies.	Pryt.	Contio.	Tempus.
238	1—10	V	prima	118,2 = 307/6
492	12	IV	prima?	— —
231	13	—	„	— —
183,19	17	V	secunda	114,2 = 323/2
230	21	IV	sec. vel. tert.	— —
245	27	X?	„	— —
236	31	VI	tertia vel. ult.	116,4 = 213/2
177	32	IX	„	112,3 = 330/29
183	32	II	„	112,1 = 332/1
182	36	III	ultima	114,2 = 323/2
191	36	V	„	115,1 = 320/19

XII tribuum aetatis hi exstant dies contionis *κυρίας*:

CIA II₁ n:	Dies.	Pryt.	Contio.	Tempus.
332	9	II	prima	— — —
467 bis	„	III	„	saec I med.
471	„	III	„	„ „
469	10	IX	„	„ „
471,51	„	IV	„	„ „
336	11	XI	„	saec. III med.
385	„	VII	„	„ „
470,65	„	VII	„	saec. I med.
477	„	—	„	„ „
308	12	II	prima vel sec.	saec. III init.
317	„	IV	„	„ „
408	„	X	„	saec. III ex.
278	14	—	secunda	saec. IV ex.
470	„	III	„	saec. I med.
300	15	IX	„	121,1 = 295/4
470.32	„	IV	„	saec. I med.
322	16	IV	„	125,4 = 277/6
403	„	VI	„	saec. III ec.

CIA II₁ n:	Dies.	Pryt.	Contio.	Tempus.
435	16	—	„	saec. III ex.
255	18	IV	„	119,1 = 304/3
314	19	III	„	124,1 = 284/3
303	21	III	„	saec. III init.
320b	„	VII	„	125,2 = 279/8
262	23	XII	sec. vel. tertia	119,2 = 303/2 [1]
257	25	XI	„	119,1 = 304/3
304	„	IV	„	saec. III init.
352b	28?	XII	tertia	„ „
319	30	IX	„	„ „ [2]

Videmus igitur sedem certam in prytania huic contioni neque X neque XII tribuum aetate fuisse, nec magis in eisdem prytaniis (veluti quinta X trib., nona XII trib. aetate) locum ei constare. Immo X trib. aetate plures contiones *κύριαι* habitae sunt sub finem prytaniae quam initio, quod etiam valet in priorem partem saeculi tertii; saeculo demum primo a. C. plures initio prytaniae habentur contiones *κύριαι*.

Quare ei, quorum erat contionum dies statuere, prytanes dico, videntur etiam potestatem habuisse negotiorum quae instabant ratione habita ex ordinariis contionibus eam quam vellent *κυρίαν* prodendi. Quod commendatur eis quae de prytanibus infra disputanda erunt.

In statuenda igitur contionis *κυρίας* sede Pollucis vel potius eius auctoris error manifestus. De rebus autem in contione *κυρίᾳ* tractandis quaestio ibi locum apte inveniet, ubi de omnium contionum rebus in universum agemus, ad quam quaestionum tractandam statim accedimus.

---

[1] Etiam Diog. Laërt. VII 1,10 in decreto Zenonis honorario: *τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας· ἐκκλησία κυρία*

[2] In ceteris decretis ubi *ἐκκλησία κυρία* comparet, de die prytaniae non constat: nn. 301 (spurius); 371; 377 (d. pr 20—29); 421; 436 (d. pr. 1—10); 439; 454; 468; — 306; 325 (d. pr. 11?); 373 (d. pr. 10—20) 373b; 371b, 30; 390 (d. pr. 10?); 430 (d. pr. 30?)

4. De certis rebus in contionibus ordinariis tractandis.

Res in contione *κυρίᾳ* tractandae apud Harpocrationem (1), Pollucem (2), lex. Cant. auctorem (7) hae enumerantur:

1) epicheirotonia magistratuum (1, 2, 7);[1]
2) *εἰσαγγελία* ad populum (1, 2, 7);
3) quae ad custodiam patriae (1, 2, 7) et rem frumentariam pertinent (7);
4) bonorum publicationes (2, 7);
5) hereditatum aditiones (2, 7).

Praeterea in contione *κυρίᾳ* prytaniae sextae:

6) procheirotonia de ostracismo instituendo (7).

Agebatur igitur in hac contione de rebus reipublicae internis et ad maiestatem populi maxime pertinentibus. Quaeri autem potest utrum in una hac contione de rebus illis agere licuerit an in ceteris quoque; item utrum in contione *κυρίᾳ* de his rebus solis an etiam de aliis.

Ac de patriae custodia (*περὶ φυλακῆς τῆς χώρας*) quantum video quattuor habemus decreta:

CIA II₁ n. 225 Decretum de legatis mittendis; v. 14: *ταῦτα δὲ εἶναι] εἰς φυλακὴν τῆς χώ[ρας.*

n. 334 Decretum de *ἐπιδόσει*; v. 27: *τὸ δὲ ψή[φισμα τόδε, ἐπειδὴ]| περὶ πόρου χρημάτων ἐστὶν στρατιωτικῶ[ν, εἶναι ἅπαν εἰς φυ]|λακὴν τῆς χώρας.*

Tit. rer. nav. XIV b p. 466 Boeckh. Decretum de classe emittenda; v. 38 et 39: *ταῦτα δ' εἶναι ἅπαντα εἰς φυλακὴν τῆς χώρας.*

Ib. XVI b p. 534. Decretum de navium ornatu pro pecunia accepto; v. 155 sqq. (p. 540): *τὸ δὲ ψήφισμα τόδε*

[1] Qui non de epicheirotonia, sed de ipsa magistratuum creatione (*χειροτονίᾳ*) loquuntur (3, 9) aut corrigendi sunt, — quemadmodum in lex. Cant. (7) ex Harpocratione recte rescriptum est [*ἐπι*]*χειροτονία* — aut potius non recte intellexisse rem ab auctoribus suis traditam putandi. Creari autem ne potuerunt quidem magistratus in contione *κυρίᾳ*, quia populus convocari solebat ad *ἀρχαιρεσίας* (cf. CIA II₁ n. 416), non ad contionem (*ἐκκλησίαν*), neque in theatrum, ut ferme inde a fine saec. IV, sed in Pnycem.

ἅπαν εἶναι εἰς φυλακὴν τῆς χώρας, ἐπειδὴ ἐστιμπερὶ χρημάτων εἰσπράξεως.[1]

Cum vero in tit. n. 225 et in titt. rer. navalium contio non notatur, tum n. 334 legitur *ἐκκλησία*, non quod exspectes *ἐκκλησία κυρία*. Neque tamen inde dubitandum num vera Aristoteles tradiderit, aut num quae tradidit postea quoque valuerint. Sed potius ita statuendum, de his rebus agendi legitimum locum fuisse in contione *κυρίᾳ*: licuisse agere, si quando necesse videretur, etiam in alia ecclesia sive ordinaria sive extraordinaria. Quod in defensione patriae non eget explicatione.[2] Lege igitur hoc erat praescriptum, ut prytanes in programmate contionis *κυρίας* certas illas res utique proponerent: ut qui vellent iam copiam haberent de eis dicendi. Neque tamen si res postulare prytanibus videretur, vetitum erat de eisdem rebus in alia contione proponere sententiam.

Praeter legitimas autem res alias quoque in contionibus *κυρίαις* tractare licuisse tituli demonstrant. Atque longe plurima decreta in contione *κυρίᾳ* facta de honoribus coronisve agunt aut privilegiis (ut proxenia et civitate) quibus ex more afficiuntur sive prytanes (390; 408; 454) sive sacerdotes (325; 373b, 1, 27; 477) sive ephebi cum magistris (371; 467bis; 468; 469; 470,1; 471,1) et cosmetae (470,31; 470,64; 371,50) sive cives bene meriti (262; 314; 421) sive peregrini (230 frg. a; 300; 183,1; 182; 231; 245; 278; 303; 304; 306;

---

[1] Similia instituta fuisse apud Atheniensium cleruchos adparet ex decreto cleruchorum Salaminiorum CIA II1 n. 595 v. 15 sqq: *τὸ δὲ ψήφισμα τόδε, [ἐ]|πειδὴ ἐστι περὶ ἱερῶν ἐπισκευῆς καὶ τῆς ἐπικοσμήσεως τῶν κοι[νῶν, ἐ]πειδὴ καὶ ὁ στρατηγὸς κα[ὶ οἱ ἐ]πιμεληταὶ συναπο[φαί]νονται, ἔ[στω] εἰς φυλακήν.*

Φυλακῆς autem (scil. patriae) in titulis mentio fit: titt. rer. nav. XVIc 35 p. 549: *τούτων [δὲ παρέδο]μεν τα — — ανε — [εἰς φυλακὴ]ν τῆς χ[ώρας κα]τὰ τὸν νό[μον] τὸν Διφίλου.* CIA II1 n. 143,12: *κ[αὶ νῦν εἰς τὴν φυλακὴν [ἐπέδωκε τάλαντον] ἀργυρίου*; n. 303,12: *[εἰς τὴν] τῆς πό[λεω]ς [φ]υλακὴν [ἐπέδ]ω[κε* (pro *ἐπέδωκε* Rang. *κ]ριθῶ[ν* cf. vv. ll.); *Ἀθήν.* VII 93 n. 6 v. 20: *εἰς φυλακὴν τ]ῆς χώρας ἐπέδωκεν[*— ; cf. n. 252,8 et 302,15.

[2] Veluti Hyperidis illud psephisma post pugnam Chaeronensem factum est in contione extraordinaria *περὶ φυλακῆς τοῦ Πειραιῶς* cf. Lyc. Leocr. §§ 16; 37; 41; 53 et Dem. XVIII 169; 248.

317; 319; 322; 377; 385; 435; 436; 439; 191; 238). Praeterea in rebus sacris versantur duo (352 b: de medicorum sacrificio Aesculapii et 403: de vasis sacris conflandis), duo in rebus publicis et externis (308: de lite inter Athenienses et Boeotos iudicanda et 332: de foedere inter Athenienses et Lacedaemonios).[1]

Vides igitur quam variae res nec certis finibus circumscriptae in contionibus *κυρίαις* tractatae sint.

Iam Pollux (2) ceterarum quoque contionum ordinariarum unicuique certas res constitutas esse dicit, ut in **secunda** contione de eis ageretur, qui supplices de privatis aut publicis rebus dicendi veniam poposcerant, in **tertia** exterarum civitatum caduceatores et legati ad populum producerentur, denique in **quarta** res sacrae tractarentur. Ad quae examinanda, cum multa exstent decreta quae in quota contione ordinaria facta sint constat, omnia sub uno conspectu componam:

Cont. I	Dies pryt.		Contio		CIA II_1 n.
	X tr.	XII tr.	*κυρ.*	ord.	
Foedus Atheniensium cum Cetripori	11	—	—	—	66 b
Foedus Atheniensium cum Lacedaemoniis	—	9	×	—	332
Tenediorum privilegia	8	—	—	—	117
de lite iudicanda inter Ath. et Boeot.	—	12	×	—	308
de stipendiis et duce pro Andriis creando.	8	—	—	—	62
de aede Veneris a Citiensibus aedificanda	—	—	—	—	168,$_{25}$

[1] Reliquorum decretorum quae in contione *κυρίᾳ* facta sunt (nn. 177; 183,$_{19}$; 236; 255; 257; 320 b; 336; 373; 430; 492) argumenta non sunt servata.

Cont. I	Dies pryt.		Contio		CIA IIı n etc.
	X tr.	XII tr.	κυρ.	ord.	
decr. honor. de Potidaeatis eorumque leg.	6	—	—	—	58
proxenia Lachari peregrino	3	—	—	—	70
decr. honor. de Larisaeo peregrino	11	—	—	—	178
decr. honor. de Strombicho peregrino	—	12	×	—	317
decr. honor. de Pergameno peregrino	—	11	×	—	385
decr. honor. de archetheoro cive	11	—	—	—	181
decr. honor. de Philippide cive	—	11	—	o	302
decr. honor. de Miltiade cive	—	11	×	—	421
decr. honor. de Timosthene cive	—	11	—	o	Ἀθήν. VI 271
decr. honor. de prytanibus	—	10	×	—	390
„ „ „ „	—	12	×	—	408
decr. honor. de sacerdote Iovis	—	11—12	×	—	325
decr. honor. de sacerdote Aesculapii	6	—	—	o	Ἀθήν. VI 134
decr. honor. de arrhephoris	—	11	—	o	477
decr. honor. de ephebis et magistris	—	9	×	—	467
decr. honor. de ephebis et magistris	—	9	×	—	468
decr. honor. de ephebis et magistris	—	10	×	—	469
decr. honor. de ephebis et magistris	—	9	×	—	471
decr. honor. de cosmeta	—	9	—	o	469,49
„ „ „ „	—	11	×	—	470,63
„ „ „ „	—	10	×	—	471,50

Cont. I s. II	Dies pryt.		Contio		CIA II1 n. etc.
	X tr.	XII tr.	κυρ.	ord.	
civitas Herodoro peregr.	—	15	×	—	300
decr. honor. de ephebis et magistris	—	14	—	o	330
decr. honor. de ephebis et magistris	—	14	×	—	470
decr. honor. de cosmeta	—	15	×	—	470,31
Cont. II					
de vasis sacris conflandis	—	21	×	—	403
proxenia cuidam peregrino	18	—	—	—	169
decr. honor. de Eudemo peregrino	19	—	—	—	176
decr. honor. de Ant — — peregrino	19	—	—	—	237
decr. honor. de — — ycrate peregrino	—	20	—	o	259
decr. honor. de Nicandro peregrino	—	21	—	o	270
decr. honor. de Xenocrate peregrino	—	16	×	—	322
decr. honor. de quodam peregrino	—	20	—	o	384
decr. honor. de Philetaero peregrino	—	16	×	—	435
decr. honor. de Zenone peregrino	—	21	×	—	Diog. Laërt. VII 1,10
decr. honor. de inquilino	—	21	×	—	303
decr. honor. de Posidippo Atheniensi	—	21	—	o	297
decr. honor. de Philippide Ath.	—	19	×	—	314
decr. honor. de sacerdote Aesculapii	—	16	—	—	477 b

Cont. II s. III	Dies pryt.		Contio		CIA II₁ n. etc.
	X tr.	XII tr.	κυρ.	ord.	
civitas Archippo peregrino	21	—	×	—	230 frg. a
civitas Audoleonti peregrino	—	25	—	o	312
decr. honor. de Zoilo peregr.	—	23	×	—	262
decr. honor. de quodam peregrino	—	25	×	—	304
decr. honor. de Menandro peregrino	—	24	—	o	433
decr. honor. de Aristaeo peregrino	—	24	—	o	437
decr. honor. de curatoribus sacrorum	—	23	—	o	305
Cont. III.					
responsum datur Aetolis de ludis inst.	—	30	—	—	323
civitas Alcaeo peregrino	—	31	—	o	263
proxenia cuidam peregrino	26	—	—	—	111
decr. honor. de Euenore peregrino	23	—	—	o	186
decr. honor. de Archippo peregrino	26	—	—	—	230 frg. b
decr. honor. de Asandro peregrino	26	—	—	o	234
decr. honor. de quodam peregrino	—	29	—	o	247
decr. honor. de Phidia medico peregrino	—	29	—	o	256 b
decr. honor. de Spartoco peregrino	—	29	—	o	311
decr. henor. de quodam peregrino	—	30	×	—	319
decr. honor. de Philasio cive	—	31	—	o	407
decr. honor. de Timosthene cive	—	29	—	o	Ἀθήν. VI 271

Cont. III.	Dies pryt.		Contio		CIA II₁ n. etc.
	X tr.	XII tr.	κυρ.	ord.	
decr. honor. de prytanibus	—	30	—	o	392
" " " "	—	—	—	o	417
" " " "	—	29	—	o	431
decr. honor. de ephebis et magistris	—	26	—	o	316
decr. honor. de ephebis et magistris	—	29	x	—	371
decr. honor. de cosmeta	—	28	—	o	465,28
Cont. III s. IV					
civitas Aristocrati Delpho	30	—	—	—	54
Elaeusii strategorum curae commendantur	29	—	—	—	116
Cont. IV					Ἀθήν.VI
de via sacra sternenda	31	—	—	—	158
foedus Atheniensium cum Dionysio	32	—	—	—	52
proxenia Theophanto	32	—	x	—	183,1
decr. honor. de quodam peregrino	31	—	—	—	180
decr. honor. de Asclepiodoro peregrino	36	—	x	—	182
decr. honor. de Callicratide legum perscript.	34	—	—	—	190

Videmus igitur pariter de eisdem fere in omnibus contionibus ordinariis agi rebus sacris publicisve, et omnium maxime de honoribus et privilegiis civibus vel peregrinis conferendis. Nam quod in quarta contione decreta honoraria prytanum, sacerdotum, epheborum facta nulla exstant: inde explicatur quod a saeculi IV titulis eiusmodi argumenta plane absunt. Neque decretorum in prytanum epheborumque honorem in s e c u n d a contione, sacerdotum in t e r t i a factorum exempla

praesto sunt: quod in prytanibus explicavi ad n. 431 (p. 33), in ceteris utrum casu an ratione fiat ignoro.

Pollucis autem testimonium ut eas res in quibus titulorum maxima pars versatur ne tangit quidem, ita quae ipsa de diversis contionum argumentis habet a titulis non magnopere commendantur. Nam de rebus sacris non solum in quarta prytaniae contione actum esse (Ἀθήν. VI 158), sed etiam in prima (168,25) et secunda (403) videmus; Astycrates Delphus eiusque socii supplices non in secunda contione, cui talia Pollux argumenta tribuit, sed in quarta producuntur (die XXX pryt. n. 54); denique legati Potidaeatium (58) et Cetriporis (66 b) in prima, non in tertia admittuntur. Atque id ipsum quis credet legatis exterarum civitatum, quorum saec. V et IV sat magnum numerum continuo fere Athenis versatum esse scimus, vel re urgente dum contio prytaniae tertia adveniret legitima exspectandum tempusque terendum fuisse?

Quamquam legationibus promptum aditum non semper fuisse ad senatum populumque, sed moram eis saepe factam propter negotiorum publicorum molem queri solebant socii adversariique Atheniensium[1]: quo spectat iurisiurandi formula servata in foedere cum Chalcidensibus icto (ca. ol. 83,4) CIA IV 27 a: *καὶ πρεσβείαν ἐλθοῦσαν προσάξω πρὸς βουλὴν καὶ δῆμον δέκα ἡμερῶν, ὅταν πρυτανεύω, κατὰ τὸ δυνατόν.* Sed ea ipsa res pro disertissimo indicio est certam prytaniae contionem ei argumento destinatam nullam fuisse: verum ex arbitrio et saepe ex gratia haec ab Atheniensibus disponi esse solita.

Denique refutat Pollucis verba Aeschinis locus I 23 de rerum in contione agendarum ordine: *καὶ πῶς δὲ* (inquit) *κελεύει (ὁ νόμος) τοὺς προέδρους χρηματίζειν; ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ ὁσίων*[2] *καὶ κήρυξι καὶ πρεσβείαις, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ*

[1] cf. [Xen.] de rep. Ath. III 1 sqq.

[2] Sic recte Benseler; codd. *πατρίων καὶ κ. κ. πρ. καὶ ὁσίων.* Ceterum cf. de h. l. Hartel stud. Dem. II 67 sqq.

κῆρυξ „τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων;“ In unaquaquae igitur contione primum agendum erat de rebus sacris [1], deinde de caduceatoribus legatisque — si quidem talium rerum copia erat — quod quam apte institutum sit adparet.

Atque ex Aeschinis loco nescio an aliquo modo unde error apud Pollucem ortus sit, assequamur. Neque enim Aristoteli summo auctori istum errorem tribuere licet. Sed facile statuimus Aristotelem post argumenta contionis κυρίας memorata exposuisse, qualis ferme fuerit rerum in ordinariis contionibus tractandarum ordo sollemnis, pariter atque ab Aeschine institutum esse videmus: eis autem grammaticum a quo sua accepit Pollux, ita abusum esse, ut illa argumenta in tres praeter κυρίαν contiones temere distribueret, ipsam κυρίαν primam prytaniae contionem esse sumeret. Sane rerum in contione κυρίᾳ agendarum natura ea est, ut cur huic ipsae contioni sint attributae causa neminem lateat (cf. p. 71): quae causa desideratur in eis argumentis quae Pollux ceteris contionibus vindicat toto genere ab illarum rerum natura diversis.

At omnino certas res singulis contionibus non esse destinatas vel inde comprobatur quod in senatus consultis de quavis re solet decerni, ut in contione proxime sequenti (εἰς τὴν πρώτην vel ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν) populo proponeretur ratione contionis quota sit non habita.[2]

Pro explorato igitur haberi potest in una contione κυρίᾳ certas res tractandas fuisse, quid in ceteris ageretur, prout res ferret a prytanibus esse dispositum.

5. De ratione contionis convocandae.

Quoniam vidimus prytanum fuisse ut et dies contionum statuerent et argumenta tractanda proponerent, restat ut quo

[1] Dubitari potest utrum ad hanc programmatis partem primam an ad ipsa sollemnia quibus contio solebat auspicari pertineat formula saepissime usurpata: πρόσοδον εἶναι — πρῶτον μετὰ τὰ ἱερά, a qua non diversa est formula: πρόσοδον εἶναι — ἐν ἱεροῖς vel χρηματίσαι ἐν ἱεροῖς (nn. 325; 352 b; 373 b; cf. nn. 593; 605). Tamen ipsa privilegii natura magis commendatur, quod altero loco posui.

[2] Ceterum deest formula εἰς τὴν πρώτην vel ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν nn. 40; 49; 50; 305; 376; 397; n. 409 legitur: εἰς] τὴν ἐκκλησίαν.

modo procedendum fuerit in comitiis rite convocandis singillatim persequamur.

Atque et ante senatus consessum et ante populi contionem quibus de rebus ageretur promulgandum erat tabula publice proposita. Promulgandi autem vox propria est *προγράφειν*, de quo prytanum munere hisce traditur locis:

a. *προγράφειν* absolute dicitur:

CIA II1 n. 61,25: *ἐπειδὰν δὲ ταῦτα παρασκ[ευα]σθεῖ, τοὺς πρυτάνεις προγράψαι περὶ τούτων ἐμ βουλευτηρίωι, ὅταν οἷόν τε ᾖ.*

Poll. VIII 95: *καὶ προγράφουσι (οἱ πρυτάνεις) πρὸ τῆς βουλῆς καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν.*

Lex. rhet. in B. A. I 296: *πρόπεμπτα· τὸ πρὸ πέντε ἡμερῶν τῆς ἐκκλησίας προγράφειν, ὅτι ἔσται ἐκκλησία, εἰ τύχοι· εἰ ἔδει ἐκκλησίαν γενέσθαι τῇ δεκάτῃ, προέγραφον οἱ πρυτάνεις ἀπὸ τῆς πέμπτης ὅτι ἔσται.*

Dem. XIX 185: *ἡμῖν δὲ πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι περὶ πάντων καὶ προβουλεῦσαι δεῖ, καὶ τοῦθ᾽ ὅταν ᾖ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον.*[1]

Schol. ad Dem. (Phil. I 1) p. 142,4 Dind.: *τὸ δὲ προὐτίθετο τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ προεβάλλετο, τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ προεγράφετο· ἐπειδήπερ σανίδας τινὰς ἐνέγραφον ἐχούσας τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἡ σκέψις καὶ περὶ οὗ συνεληλύθασι καὶ προετίθουν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἵνα γνῶσι πάντες περὶ τίνος ἐστὶν ἡ ἐκκλησία.* B. T. C. F. V.[2]

b. *προγράφειν ἐκκλησίαν, κρίσιν* etc. dicitur:

Aesch. II 60: *δεδόχθαι τοῖς συμμάχοις — προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τὸν νόμον.*

Ib. 61: *παράγνωθι δή μοι καὶ τὸ τοῦ Δημοσθένους ψή-*

[1] cf. schol. ad h. l. p. 419,15 Dind. *πρόγραμμά ἐστι τὸ προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας.* T. C. V. Quamquam Demosthenes non de populi *ἐκκλησίᾳ*, sed de senatus *ἕδρᾳ* verba facit. Aliter sentit Hartel stud. Dem. II 74 sq.

[2] Adde schol. ad Aesch. (II 61) p. 53,18 Dind: *τοὺς πρυτάνεις] ἐπειδὴ πρὸ τῆς ἐκκλησίας ἔγραφον αὐτοὶ οἱ πρυτάνεις, περὶ τίνων ἡ ἐκκλησία μέλλει βουλεύεσθαι.* B. F. L. M.

Aliter *προγράφειν* dicitur in schol. ad Aesch. (II 14) p. 44,4 Dind.: *ἐπιγραψάμενοι] ἀντὶ τοῦ προγράψαντες καὶ ὑποβαλόντες, ἵνα αὐτὸς κατηγορήσῃ.* B. F. M.

φισμα ἐν ᾧ κελεύει τοὺς πρυτάνεις — προγράψαι δύο ἐκκλησίας, τὴν μὲν τῇ ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα, τὴν δὲ τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα.

Harpocr. s. v. *κυρία ἐκκλησία — (οἱ πρυτάνεις) προγράφουσι δὲ, φησὶ* (Aristoteles), *καὶ κυρίαν ἐκκλησίαν.*

[Dem.] XLIV 42: *ἡ βουλὴ — ἐκέλευεν εἰσαγγέλλειν με καὶ τοὺς πρυτάνεις προγράφειν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπὶ δύο ἡμέρας.*

CIA II1 n. 61,9: *ἀ]νειπεῖν δὲ καὶ τὸγκήρυ[κ]α τῆς βου||[λῆ]ς παρ[εῖναι τὰ]ς ἀρχὰς ταύτας εἰς τὴν ἡμέραν ἣν ὅ[ν] π[ρ]ο]γράψωσιν οἱ πρυτάνεις.*[1]

Neque tamen inde colligendum ex prytanum arbitrio fuisse materias in programmate proponendas eligere et ad populum deferre. Immo constat de rebus omnibus in contionibus agendis antea iam deliberatum fuisse in senatu universo nec licuisse ad populum ferre nisi quod senatui placuisset.

Atqui ne in senatu quidem referri sententiasve rogari nisi de rebus in programmate propositis oportebat[2]: ut si qui senator rogationem ferre vellet ei prytanes prius adeundi essent, qui eam programmati concilii insequentis insererent. Praeterea consentaneum est prytanes, quippe qui negotia quae ad administrationem spectabant curarent omnia et ex officii ratione de rebus omnibus certiores fierent, plerasque rogationes ipsos non promulgasse solum sed praeparasse et proposuisse.

Haud raro autem factum est ut populus ipse senatum iuberet unam alteramve rem in rogationis formam redactam proximae contioni proponere: id quod formula indicatur: *τὴν βουλὴν προβουλεύσασαν ἐξενεγκεῖν εἰς τὸν δῆμον (εἰς τὴν πρώτην*

---

[1] Ceterum eadem usu veniunt in iudiciis a thesmothetis instituendis. Poll. VIII 87: *οἱ θεσμοθέται προγράφουσι πότε δεῖ δικάζειν τὰ δικαστήρια.* Schol. ad Plat. Phaedr. (p. 235 d) p. 962,30 Turr.: *(οἱ θεσμοθέται) εἶχον δὲ ἐξουσίαν τοῦ προγράψαι* (codd. *ὑπογράψαι) τὰ δικαστήρια.* Cf. etiam Arist. Av. 450: *τοὺς ὁπλίτας — ἀπιέναι πάλιν οἴκαδε, σκοπεῖν δ' ὅ τι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις.*

[2] Cf. Poll. VIII 95 cum Dem. XIX 185; Demosthenis verba *ὅταν ᾖ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον* cum Weilio sic interpretanda esse censeo: quando prytanes in senatus concilii programmate de caduceatoribus legationibusque relationem proposuerunt. Al. Hartel stud. Dem. II 74 seq.

ἐκκλησίαν) *περὶ* — CIA I nn. 38 frg. e; 59,37; II1 nn. 18; 61; 65; 98; 310; 367; cf. Xen. Hell. I 7,7. Cui rei cum prytanibus ex officio opera danda esset, in eandem sententiam dicitur CIA I n. 37,22: *ἐξενε]γκέτω δὲ τ|αῦτα ἐς [τὸν] δῆμον [ἡ Αἰγη]ὶς π[ρ]υτα[νεί]α ἐπάναγκες, ἐπε[ιδὰν τάχιστα ἐσέλθῃ] ἐς τρίτην ἡ'μέραν.* Atque probuleuma populi iussu factum esse notatur formula: *ἐπειδὴ ὁ δῆμος ἐψήφισται τὴν βουλὴν προβουλεύσασαν ἐξενεγκεῖν — ἐψηφίσθαι τῆι βουλῆι* etc. nn. 76; 82 b; 126; 175 b; cf. praeterea *Ἀθήν.* VI 152,53 seqq.

Ceterum eius modi decreta quibus senatui aut imperabatur aut potestas dabatur rogationis examinandae et in proxima ecclesia proponendae quam late patuerint et quibus modis pertractari solita sint non meum est quaerere: de quo vid. Koehler Herm. V p. 18. Hartel Stud. üb. att. Staatsr. p. 182 sqq.

Vidimus prytanes contionum convocandarum potestatem habuisse: quod cum programmatis proponendi officium demonstrat, idem probatur notionibus *συνάγειν τὸν δῆμον* vel *ποιεῖν ἐκκλησίαν* de prytanibus frequenter usurpatis. Nam apud Harpocrationem (1) et Pollucem (2) eodem sensu illi tam *ἐκκλησίαν προγράφειν* quam *συνάγειν τὸν δῆμον* dicuntur[1], item Aesch. II 60 et 61: *προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο* et de eisdem contionibus II 53: *τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιεῖν.* Idem officium intellegitur Aesch. III 67: *ἐκκλησίαν ποιεῖν τοὺς πρυτάνεις τῇ ὀγδόῃ ἱσταμένου τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός*; Dem. XXI 8 (lex): *τοὺς πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ Πανδίων*; Dem. XXIV 21 (lex): *τοὺς πρυτάνεις ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν.* CIA I n. 40,52: *πε[ρ]ὶ δὲ [Ἡγ]ησιπόλε[ως χ]ρηματίσαι, ἐπειδὰν ἐσέλ[θῃ ἡ] π]ρυ[ταν]εία ἡ δευτ[έρα] μετὰ τὰς ἐν τῶι νεωρίωι ε[ὐθὺς] ἕδρας] ἐκκλησίαν [πο]ήσαντες*; n. 49,7-8: *[τὴν δ]ὲ Αἰαντίδα πρυτανείαν, ἐπει[δὰν — — | — — ἐκκλησίαν ποι]ῆσαι δέκα ἡμερῶν*; n. 55,8: *τὴν δ]ὲ ἐκκλησίαν ποιεῖν τοὺς πρυτάνεις*; cf. Thuc. IV 118 de quo infra.

---

[1] *συνάγειν τὸν δῆμον* legitur etiam apud Pollucem VIII 96 (cui sua debet Suidas s. v. *ἐπιστάτης*); *καὶ ὅταν οἱ πρυτάνεις τὸν δῆμον ἢ τὴν βουλὴν συνάγωσιν.*

Idque officium ut ad contiones ordinarias (cf. Harp. (1), Poll. (2), Dem. XXI 8, XXIV 21, ubi dies legibus definitus est), ita ad extraordinarias spectat. Quod testatur narratio Dem. XVIII 169: *Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, ἧκε δ' ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες τούς τ' ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν, οἱ δὲ τοὺς στρατηγοὺς μετεπέμποντο καὶ τὸν σαλπικτὴν ἐκάλουν. καὶ θορύβου πλήρης ἦν ἡ πόλις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑμεῖς δ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε, καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο* (cf. Dem. XIX 123). Nimirum incendebantur casae illae et tubicen advocabatur, quo populo in concilium conveniendi signa darentur.

* Commentationem meam iam vere anni 1879 absolutam fuisse et prelo tradi coeptam moneo.

p. 13 v. 20 sqq. De his veriora nunc edoctus sum: cf. tab. annorum.

p. 13 not. v. 1. Diem tituli n. 176 Usener p. 392 speciosa sane coniectura ponit *ε[ἰρεσιών]ηι*. Contra displicet quod Unger p. 426 suspicatur: *ἑ[νδεκάτ]ηι Θαργηλιῶνος, ἐνάτη[ι καὶ δε]κάτηι* errore lapicidae exaratum esse pro *ἐνάτηι καὶ εἰκοστῆι*.

De notione *μετ' εἰκάδας* numerandique ratione quae Usener p. 420 sqq. protulit, quo facilius in adhibendo hoc libello praesto sint, subiungo ipsius tabulam:

	Dies mensis	
	pleni	cavi
δεκάτη ὑστέρα	21	21
ἐνάτη φθίν. sive *μετ' εἰκ.*	22	excidit
ὀγδόη „ „ „ „	23	22
ἑβδόμη „ „ „ „	24	23
ἕκτη „ „ „ „	25	24
πέμπτη „ „ „ „	26	25
τετράς „ „ „ „	27	26
τρίτη „ „ „ „	28	27
δευτέρα „ „ „ „	29	28
ἕνη καὶ νέα	30	29

p. 14 n. 236. Hoc titulo quasi fundamento nititur Usener p. 394 cf. 400, U. Koehleri restitutionem secutus, ut evinceret hoc ipso anno ol. 116,4 vel potius ol. 117,1 introductum esse cyclum Metonis. Sane paenitet me quod iusto liberius usus sum varietate lectionis Velsenianae. — Supplementa ab Ungero p. 430/1 proposita nullo modo probari possunt, quia cum spatiis non conveniunt. De ipsa cycli ratione nunc doctis Useneri et Ungeri commentationibus illustrata quae ipse (p. 40 al.) dedi retractanda esse non ignoro.

p. 15 v. 5 leg. *καὶ* pro *μαὶ*.

p. 15 n. 238b. Usener p. 395 reposuit *Σκιροφοριῶνος τρίτηι] ἱσταμένου, ἐ[νάτηι τῆς πρ.* Atque confitendum est, si

titulus ad. ol. 118,2 revocatur, alium mensis diem vix inveniri posse. Atqui die tertio alicuius decadis num contio habita sit dubitare licet: cf. A. Mommsen Heortol. p. 94 et 295 et quae ipse exposui p. 55 sq. Difficultatem in anno constituendo ex scribae nomine oriundam Usener non attigit. Nostrae autem sententiae illud obstat, quod Stratocles certe ol. 125,2 = 279/8 in vivis non iam fuit. Itaque cum de Stratoclis nepote cogitari vix possit, scribam ol. 118,2 mortuum alterumque in eius locum suffectum esse sumendum erit.

p. 15 v. 3 ab im. ad n. 240 adde: idem [Plut.] vit. x or. p. 852a (ol. 118,2).

p. 17 n. 256. Unger restituit p. 433 *Ποσιδεῶν[ος δευτέραι μετ' εἰκάδας, ὀγδόε]ι κα[ὶ εἰκοστεῖ τῆς πρ.*

n. 256 b. Ex Useneri ratione numerandi difficultas facile solvitur. Supplementa titulorum huius anni, qualia Unger p. 432/3 proposuit, minus apta videntur, cum eis mira dierum per prytanias divisio efficiatur.

p. 18 n. 257. Miro consensu Usener p. 430 (cf. p. 396) et Unger p. 432 reposuerunt *Θαργηλιῶνος τετάρ]τει μετ' εἰκ[άδας, ἑβδόμει καὶ εἰκοστεῖ τῆς πρ.* Quae recte se habere non possunt, quia constanter scribitur *τετράδι ἱσταμένου* s. *ἐπὶ δέκα* s. *μετ' εἰκάδας.* — Quod si sequimur Useneri rationem numerandi, difficultates quas movi non iam extant; nam tum contio habita est die XXVI i. e. postridie Plynteriorum.

p. 18 n. 263. De die intercalato verba fecit Usener p. 411, cf. 398; Unger p. 434.

p. 21 n. 299. Multa de Nicia archonte *ὕστερον* protulit Unger p. 455 sqq. cf. 445. Cf. Usener p. 396.

p. 22 n. 299 b. De inscriptionis aetate v. quae dixit Koehler apud Ungerum p. 451 not. 17.

p. 22 n. 302. Optime titulum restituisse videtur Usener p. 397, cum scribit [*Μουνιχιῶνος* (sic pro *Ἐλαφηβολιῶνος*) *ἕνηι κα[ὶ νέ]αι.* — Contra Unger p. 446 aut singularem diei notationem aut errorem latere putat emendans *Ἐλαφηβολιῶνος νουμηνί]αι* pro *Μουνιχιῶνος νουμ.*

p. 23 n. 303. Varietas lectionis v. 3, quam immerito neglexi, supplementa mea confirmare videtur,

p. 23 n. 306. Emendationes huius tituli quasdam proposuit Unger p. 491 not. 43 (ubi pro n. 307 leg. n. 306).

p. 23 n. 307 v. 3 corr. „Annum fuisse intercalarem adparet.“ — Unger p. 491 proponit ἐπὶ τῆς[--- ἑβδόμης πρυτανείας - - Γαμηλιῶνος δεκάτηι] ὑστέραι, τετάρτηι καὶ εἰκοστῆι τῆς πρ., quod neque spatiis convenit neque rationi contionis in theatro Dionysii habendae; cf. quae de tempore eius contionis dixi p. 10 et 57.

p. 25 n. 320 b. Usener p. 397 diem primum intercalatum esse docet alterutri ex prioribus decadibus (I vel II): quod statuamus necesse est, si Useneri ratio numerandi probatur. Cf. praeterea Usener p. 431; Unger p. 434/5.

p. 27 n. 381. Quod contra Koehleri supplementum ab Usenero p. 397 (cf. p. 411) et Ungero p. 434 receptum: ἐνάτ[ηι καὶ δεκάτηι diximus, etiam nunc tenemus, Quamquam difficultates de quibus monui haud difficile solvuntur ex Useneri ratione, cum Boëdromionis dies ἐνάτη μετ' εἰκάδας δευτέρα ἐμβόλιμος (XXIII) anno communi facile respondere potuerit prytaniae tertiae diei vicesimo. Sane Boëdromionis dies XXIII est dies festus Eleusiniorum, quo die contionem habitam esse non verisimile est: agitur tamen h. l. de contione extraordinaria.

p. 28 n. 389. De δεκάτῃ ὑστέρᾳ et προτέρᾳ cf. Usener p. 425.

p. 32 n. 403. Eadem de errore in mensis notatione commisso Useneri opinio est p. 397 n. 10.

p. 36 n. 436. Usener p. 433 putat per errorem post ἐνάτει intercidisse καὶ εἰκοστεῖ, ut annus tituli fuerit communis.

p. 38 n. 492 extr. Chremotis annum 113,3 = 326/5 communem fuisse et Useneri et Ungeri rationes probant. Itaque in censum non veniunt nisi duo anni Hegemonis et Hegesiae 113,2 = 327/6 et 114,1 = 324/3: ad quorum alterum utrum decretum pertinet.

p. 39 ad Ἀθήν. VI 134 sq. n. 9. De mense deque prytaniae die nunc aliter sentio. Etenim cum mensis dies postponi mensis nomini soleat (unus obstat tit. n. 176), hoc

loco litteram extremam vs. 4 non initium vocis Γ[αμηλιῶνος], sed diei prytaniae (*E*) esse arbitror: ut lapicidae errore exciderit nomen mensis Elaphebolionis. Itaque prytaniae dies fuit anno intercalari ἐ[κτῃ καὶ εἰκοστῇ], anno communi ἐ[νάτῃ καὶ δεκάτῃ]. De anni genere cf. Usener l. l. p. 402; Unger l. l. p. 498.

p. 51 v. 2. Post verba Pollucis adde schol. Maximi Planudis ad Hermog. in Rhet. Gr. ed. Walz V p. 509,20. *ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐκκλησία] ὡρισμέναι ἦσαν ἐκκλησίαι κατὰ πρυτανείαν ἑκάστην τέσσαρες· δέκα δὲ οὐσῶν Ἀθήνησι φυλῶν ἐπρυτάνευον αἱ μὲν πρῶται λαχοῦσαι φυλαὶ τέσσαρες ἀνὰ τριάκοντα ἓξ ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ τριάκοντα πέντε· μετὰ οὖν τὰς ὡρισμένας τοῦ δήμου συνόδους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, εἴ τι ἀναγκαῖον ἐμπέσοι πρᾶγμα, περὶ οὗ τὸν δῆμον ἐχρῆν συνελθόντα γνῶναι, σύγκλητος ἐγένετο ἐκκλησία. προκατακεχρῆσθαι οὖν ἐστιν τὸ ἤδη τὰς ὡρισμένας ἐκκλησίας παρεληλυθέναι.*

p. 53 v. 6. Sextum exemplum post nn. 176 et 177 addendum n. 191 et *Bull. de corr. hell.* II p. 360 cf. 389.

p. 56. Conspectus dierum adiectis Useneri numeris sic constituendus est:

d. mens.	X tr.	XII tr.	d. mens.	X tr.	XII tr.
1	1	—	16	2	7
2	1	2	17	1	1
3	—	—	18	2	3
4	—	1	19	2	1
5	—	1	20	—	1
6	1	2	21	1	10
7	—	—	22(29)	1	5
8	1	2	23(28)	—	1
9	1	6	24(27)	1	3
10	1	1	25(26)	2	1
11	7	12	26(25)	4	7
12	1	2	27(24)	—	—
13	—	—	28(23)	1	8
14	3	1	29(22)	1	5
15	—	—	30	6	12

p. 61 v. 8. Adde decretum de Antiphontis iudicio vit. X orat. p. 833 f *προσκαλεσάσθων δ' αὐτοὺς οἱ θεσμοθέται ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ καὶ εἰσαγόντων ἐπειδὰν αἱ κλήσεις ἐξήκωσιν εἰς τὸ δικαστήριον περὶ προδοσίας.* Conferri potest quod in decreto de sociorum tributis facto CIA I n. 38 *fg* v. 12 sq. praecipitur *ο[ἱ δὲ ἐπιμεληταὶ ἐσαγό]ντων ἔμμηνα ἐς τὸ δ[ικαστήριον, ἐπειδὰν οἱ κ]λητῆρες ἥκωσι.*

p. 66 v. 5. Adde decreta collegiorum duo tertii saeculi nuper edita *'Αθήναιον* VIII p. 231. 235, alterum de Ammonis fano exstruendo factum *Ἑκα[το]μβαιῶνος ὀγδόει μετ' εἰκάδας ἀγορᾶι κυρ[ί]αι,* alterum thiasotarum Dianae factum *Σ[κιρ]οφοριῶνος ἀγορᾶι κυρίαι.*

p. 68 v. 23. Pro *[ἐ]ν τῆι* nunc *[α]ὐτῆι* dedit Kirchhoffius CIA IV 1 p. 9.

p. 79 v. 1. Diversa sententia est Hartelii *Stud. üb. attisches Staatsrecht* p. 173 sq.

p. 83 not. Cum Pollucis loco cf. non minus dubiae fidei testimonia Ammonii *περὶ διαφ. λέξ.* p. 47 Valck. *'Εκκλησία καὶ κατάκλησις διαφέρει. ἐκκλησίαν μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ 'Αθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν· κατάκλησιν δὲ, ὁπότε καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν συνεκάλουν πρὸς ἐπίσκεψιν μείζονα τῶν πραγμάτων·* et Hesychii *Κατακλησία· ὅταν μεῖζόν τι δέῃ πρᾶγμα ἐπικρῖναι, κατακλησίας ἐποίουν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκούντων.*

p. 101: 1—10 Ἐλ[αφηβολιῶνος in columna extr. pro *334* leg. *344.*

DE VERSUUM

DOCHMIACORUM ORIGINE.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS PICKEL

ISENACENSIS.

ARGENTORATI.

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

LIBER I.

DE VERSIBUS SYNCOPATIS QUI DICUNTUR.

CAPUT I.

§ 1.

Disciplinae metricae qui hoc tempore operam dederunt, cum id praecipue ut adsequerentur sibi proposuissent, ut numerorum diversorum a poetis antiquis intra eandem stropham coniunctorum aequalitatem cognoscerent vel restituerent, nova et clarissima lux affulsit huic arti lege syncopae, quam e veterum rhythmicorum praeceptis de syllabis longis trisemis et tetrasemis primum a Rossbachio vel Westphalio[1] erutam hic ita statuit[2]: „Sowohl im Inlaute, wie im Auslaute der Reihe kommt es vor, dass die ἄρσις oder der leichte Tacttheil eines Einzelfusses nicht durch eine eigne Silbe dargestellt ist. Im Auslaut nennt man dies Catalexis, für den Inlaut haben wir hierfür das der Grammatik entlehnte Wort Synkope übertragen. Der Zeitumfang jenes Tacttheiles wird entweder durch eine Pause oder durch Dehnung der vorausgehenden θέσις-Silbe ausgedrückt, die in diesem Falle den Umfang eines ganzen Einzelfusses erhält. Und zwar kann die Pause nur da stattfinden, wo die θέσις-Silbe ein Wort-

---

[1] Griech. Rhythm. p. 150 et 151. Metr. ed. I. vol. III praef. p. XX—XXII.

[2] Fragm. u. Lehrsätze der griech. Rhythm. p. 262.

ende bildet (bei einer τομή oder im Versende); bei einer Wortbrechung tritt Dehnung ein."

Hac lege et vera versuum non paucorum ratio aperitur, et eicitur e doctrina metrica versus antispasticus qui dicebatur, et liberantur strophae iambicae farragine intermixtorum versuum iambico-trochaicorum, iambico-creticorum, aliorum, itemque trochaicae creticorum, paeonicorum, aliorum ita, ut plane adstipuler legis auctoribus, cum eam in legibus principalibus referant artis metricae atque sic praedicent[1]: „Sie ist der Ariadnefaden, der uns aus dem wüsten Labyrinthe der Antispasten, Jambo-cretici, Ischiorrhogici zum klaren Blicke in die lichtvolle Ordnung und Einheit der Strophe führt."

Nihilominus haud paucae supersunt strophae, ad quarum plenam numerorum continuitatem restituendam hac lege destituti esse sibi videbantur illi viri docti atque non posse non alteram legem statuere, quam dicunt legem epimixeos numerorum alloeometricorum.[2] At careri posse hac lege plurimis locis contenderim, dummodo illa rectius statuatur quam a legis auctoribus est factum. Qui mihi in eo errasse videntur, quod non satis respecto discrimine rhythmorum descendentium et adscendentium normam ab illo genere derivatam immutatam ad hoc quoque adhibuerunt. Praeterea versuum haud paucorum naturam cognovissent, si de altera syncopae ratione voluissent accuratius quaerere, qua arsis sublata vacuo tempore est compensata.

In editione vero altera libri de re metrica conscripti tantum abest Westphal, ut hoc addat eiusque quod antea neglexit generis rhythmici respectu habito legem de syncopa propositam moderetur, ut in hac re non tam veterum rhythmicorum quam metricorum praecepta esse premenda statuat, inprimis Hephaestionis. Qui cum versus syncopatos asynartetos appellet, hoc nomen esse recipiendum.

Quidquid de Hephaestionis in rebus metricis auctoritate iudicatur, versuum syncopatorum rationis ignarissimum eum

---

[1] Metr. l. l. p. XXII.

[2] Metr. l. l. p. XIX et XX.

fuisse affirmaverim. Quod cum appareat ex versuum illorum definitione (Heph. cap. XV): *Γίνεται δὲ καὶ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνηται στίχου,* magis idem docet ratio, qua versus in cola dividit. Nam cum cola non finiat nisi ubi *τομή* est, fieri potest, ut eosdem versus, inter quos nullum discrimen intercedit, nisi quod diversis locis verba finiuntur, alios aliis colis esse compositos statuat. Luculentum exemplum est explicatio tetrametrorum trochaicorum syncopatorum horum a Sapphone compositorum:

ἔστι μοι καλὰ πάϊς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν, Κλεηὶς ἀγαπατά [1],

quorum priorem non male dicit constare *ἐκ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς* i. e. ex tetrapodia troch. catal. *ἔστι μοι καλὰ πάϊς* et ex dimetro acatalecto *χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν,* alterum vero, quo *τομή* posteriore loco fit, ex dimetro troch. acat. *ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν* et ex iambico hephthemimere *Κλεηὶς ἀγαπατά,* quae explicatio quamquam ne Westphalio quidem probatur, nihilominus is in ceteris omnibus Hephaestionem auctorem sequitur.

§ 2.

Prius quam altera libri de re metrica conscripti editio a Westphalio publici iuris facta est, Fridericus Goldmann [2] (id quod ego quoque proprio Marte conieceram), quam legem statuerant viri docti, arsi aliqua sublata praecedentem thesin fieri trisemam, eam ad iambicos quoque versus pertinere negavit. Nimirum versuum trochaicorum quidem, quorum rhythmus sit descendens, arsin suppressam ait Goldmann esse compensandam productione theseos praecedentis, quippe quae sit thesis eiusdem pedis, qui arsi careat. Idem vero si statuatur de versibus iambicis, rationem haberi neque rhythmi adscendentis, quo hi versus insignes sint, neque pedis, qui arsi

---

[1] *Κλεηὶς* restituit Ahrens pro *Κλεῖς* codd.

[2] De dochmiorum usu Sophocleo, Halis 1867, p. 67–69.

careat, cum compensetur arsis thesi praecedentis pedis prolongata, qui una mora hoc modo augeatur, qua mora pes sequens careat. Exempli gratia ex versu trochaico — ◡ | — ◡ | — ◡ sublata arsi secunda proficisci — ◡ | —˩ | — ◡, cum suppressa arsis intra eundem pedem compensetur; contra in iambico ◡ — | ◡ — | ◡ —, si secunda arsi syncopata una mora addatur thesi praecedenti (◡ —˩ | — | ◡ —), secundo membro adimi unam moram et iniusto modo integro membro primo insuper addi, ut iam versus non ex tribus pedibus paribus, ternarum scilicet morarum, constare videatur, sed ex pede quattuor et pede duarum et pede trium morarum. Quos pedes diversos si in eodem colo miscuerint poëtae, magnam inde numerorum exoriri inaequalitatem ab arte rhythmica alienam.

Itaque adscendentem versuum iambicorum rhythmum flagitare, ut arsi aliqua sublata non prior sed posterior thesis producatur. Sic compensari intra eundem pedem arsin syncopatam, cum thesis eiusdem pedis trisema fiat, sic et summam aequabilitatem restitui et omnes pedes esse pares, ternarum scilicet morarum, cum eodem modo atque in versibus trochaicis thesis trisema per se pedem efficiat: ◡ — | ⌞— ◡ —.

Haec fere Goldmann.

Qui haud scio an aptius quam tripodias prolaturus fuerit dimetros aut trimetros aut tetrametros, ut ostenderet in his dipodiarum aequalitatem restitui, quoniam constat versus et trochaicos et iambicos longiores plerosque in dipodias, non in singulos pedes esse secernendos, et quoniam multo frequentius occurrit id genus versuum syncopatorum iambicorum, quo arsis dipodiam incipiens id est arsis impari loco posita, quam id quo arsis loco pari collocata tollitur, ut in usitatissimo dimetro: ◡ — ◡ — | — ◡ —. Quem Westphal veteres non potuisse non ita secernere in duas partes contendit, ut prior sive thesis sit septem morarum id est *ποὺς ἑπτάσημος ἐν λόγῳ ἐπιτρίτῳ* ◡ — ◡ —˩, posterior sive arsis quinque morarum id est *πούς πεντάσημος παιωνικός* — ◡ —,[1] cum nostra legis mode-

---

[1] Metr. ed. I vol. III p. 139. System der antiken Rhythmik p. 67.

ratione accepta duae illae dipodiae inter se pares sint, senarum scilicet morarum: ⏑–⏑– ⏗⏑–. (6, 6)

His rationibus commoti conicimus legem syncopae sic esse statuendam:

Arsis per syncopam sublata potest compensari productione theseos eiusdem pedis, in versibus trochaicis praecedentis, in iambicis sequentis.

§ 3.

Hanc legis syncopae conformationem ex libello Goldmanniano cognitam in editione altera Westphal improbat tribus prolatis causis,[1] quarum primam et tertiam hic examinare liceat; de altera quid sit iudicandum, infra ex paragrapho 7 apparebit.

Primam profert causam analogiam, quae inter versus iambicos syncopatos vel, ut aptius dicatur, asynartetos intercedat et trochaicos. Et holocleros et syncopatos versus iambicos nihil esse nisi trochaicos anacrusi auctos. Eandem igitur rationem, quae sit inter versum holoclerum trochaicum et iambicum (–́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ et ⏑̄ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́) intercedere debere inter eosdem versus syncopatos (— ⏑ — — ⏑ — et ⏑ — ⏑ — — ⏑ —), qui ita sint describendi: — ⏑ ⏗ — ⏑ — et ⏑ — ⏑ — — ⏑ —.

Quod cum statueret, neglexit rationem, quam ipse olim amplexus erat in his disciplinis tractandis et omnibus sequendam proposuerat, ut nihil certo posset statui nisi quod veteres rhythmici, praeter ceteros qui primum inter eos obtinet locum Aristoxenus, vel praecepissent vel quod diligenter excussis eorum testimoniis posset erui, omnes autem leges aut ex recenti arte musica iis obtrusae aut ad propriam et peculiarem sententiam fictae abicerentur.[2]

Sane ista numerorum iambicorum ratio accommodata est ad hodiernae artis musicae praecepta, in qua lex valet,

---

1 Praef. p. X.

2 Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhythm. p. 7 et 8.

tactum quem dicunt nisi a thesi non posse incipere; ubi arsis initium faciat cantici, eam esse seiungendam tanquam anacrusin, quam nostrates dicunt *Auftakt*. Prorsus vero aliam fuisse rationem veterum, qui numeros ita mensi sint, ut modo a thesi modo ab arsi inciperent tactum, aperte, ut ambiguum esse non possit, demonstrant quae veteres rhythmici tradiderunt de differentia pedum rhythmicorum per oppositionem facta (*διαφορὰ ἀντιθέσει* sive *κατ' ἀντίθεσιν*), quam ultimam ex septem quas discernunt differentiis (*μεγέθει, γένει, ἄλογοι, ἀσύνθετοι καὶ σύνθετοι, διαιρέσει, σχήματι, ἀντιθέσει*) enumerant.

Aristox. *ῥυθμ. στοιχ.* 300 Mor. ex Marquardti emendatione hanc differentiam sic exponit: *Ἀντιθέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον ἔχοντες. Ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ἐν τοῖς ἴσοις μέν, ἄνισον δὲ* <*τάξιν*> *ἔχουσι τῶν ἄνω χρόνων* <*καὶ*> *τῶν*[1] *κάτω.*[2]

Cum his consentiunt ea quae ceteri rhythmici tradiderunt. Sunt vero haec:

Aristid. p. 51, 20 Westph. *ἑβδόμη ἡ κατὰ ἀντίθεσιν, ὅταν δύο ποδῶν λαμβανομένων ὁ μὲν ἔχῃ τὸν μείζονα χρόνον καθηγούμενον, ἑπόμενον δὲ τὸν ἐλάττονα, ὁ δὲ ἐναντίως.*

Mart. Cap. de nupt. Phil. et Merc. IX p. 366, 2 Eyssenhardt.: „Septima quae per oppositionem fit id est cum duobus pedibus acceptis unus habet prolixius tempus, quod praecedit ex ordine; illud autem tempus quod insequitur angustius, vel cum per contrarium ordinem tempora praedicta vertuntur."

Deinde Aristides discernit iambum a trochaeo ut diversum numerum p. 56, 7 Westph.: *Ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ γένει ἁπλοῖ μὲν πίπτουσιν οἵδε ῥυθμοί· ἴαμβος ἐξ ἡμισείας ἄρσεως καὶ διπλασίου θέσεως, τροχαῖος ἐκ διπλασίου θέσεως καὶ βραχείας ἄρσεως.*

Mart. Cap. p. 369, 25 Eyssenh.: „Nunc iambica memoremus. In quo genere numeri inconpositi erunt quattuor, conpositi per copulam duo, at vero per periodum sunt duo-

[1] Marquardt *τόν*.

[2] Cod. Vaticanus: *ἀνίσον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνῳ τὸν κάτω* Westphal eundem sensum restituit atque Marquardt scribens *ἀνίσως δὲ ἔχουσι τὸν ἄνω χρόνον καὶ τὸν κάτω τεταγμένους*.

decim. Qui igitur incompositi erant isti sunt: iambus ex dimidia elatione et positione quae gemina est. trochaeus ex duplici positione et elatione quae brevis est."

Denique Bacchius in *εἰςαγωγῇ τέχνης μουσικῆς* p. 67, 29 Westph. hoc tradit: *Ἴαμβος. σύγκειται δὲ ἐκ βραχέος καὶ μακροῦ χρόνου· ἄρχεται δὲ ἀπὸ ἄρσεως. . . . . Χορεῖος. συνέστηκε δὲ ἐκ μακροῦ καὶ βραχέος χρόνου· ἄρχεται δὲ ἀπὸ θέσεως. . . .* et p. 68, 11: *Μεταβολὰς οὖν πόσας λέγομεν εἶναι; Ἑπτά. Τίνας; Ταύτας· συστηματικὴν, γενικὴν, κατὰ τρόπον, κατὰ ἦθος, κατὰ ῥυθμὸν, κατὰ ῥυθμοῦ ἀγωγὴν, κατὰ ῥυθμοποιίας θέσιν·* et p. 68, 26: *Ἡ δὲ κατὰ ῥυθμοῦ ἀγωγὴν ποία; Ὅταν ῥυθμὸς ἀπὸ ἄρσεως ἢ θέσεως γένηται.*

Haec satis demonstrant veteribus iambos non fuisse trochaeos anacrusi auctos, sed diversos ab his numeros, neque seiunxisse eos arsin primam numeri, sed aut a thesi aut ab arsi visum esse incipere numerum. Atque quamquam cum ceteri viri docti tum ipse Westphal[1] ea re potissimum differre nostrae musicae et veterum rhythmicae rationem concedunt, tamen versus iambicos nihil esse nisi trochaicos anacrusi auctos quomodo contendere possit Westphal, valde miror.

Alii hanc numeri iambici explicationem repugnare veterum praeceptis videntur quidem sensisse, sed cum nimis inveteratum esset praeceptum hodiernae musicae quam quod ut abicerent a se possent impetrare, sese ipsi fefellerunt ita, ut dicerent hanc differentiam nullam fere vim habere, quippe quae ad externam tantum divisionem syllabarum, quibus rhythmus efficeretur, spectaret, ac nomina quidem et significationes versuum posset mutare, non posset evertere ipsius rhythmi vim ac naturam.[2]

Esse autem hoc discrimen inter rhythmum descendentem et adscendentem, ut in hoc secundi dipodiae pedes, in illo primi maiorem ferant ictum, quod primus Guilelmus Studemund

---

[1] Fragm. p. 228—233. Allg. Metr. p. 353 et 354. System der ant. Rhythm. p. 50 sqq.

[2] Bellermann, de metris Sophoclois veterum rhythmicorum doctrina explicandis, Progr. des Berlin. Gymnasiums zum grauen Kloster 1864 p. 17; Rossbach, griech. Rhythm. p. 162.

praeceptor meus descriptione versuum iambicorum significavit[1] et in scholis confirmavit, mihi quoque probatur.

Pernego itaque verum esse quod Westphal contra coniecturam nobis probatam protulit primum, versus iambicos esse trochaeos anacrusi auctos.

Tertio loco contra Goldmannum profert Westphal hymnos a Mesomede compositos. In quibus cum versus catalectici ita notis musicis sint instructi, ut paenultimam syllabam esse trisemam appareat, etiam in mediis versibus non sequentis, sed praecedentis theseos prolongatione arsin, quae sublata fuerit, esse compensatam dubium esse non posse.

Ac profecto si illud est verum, non potest non hoc concedi. Sed negaverim notationem esse eiusmodi, e qua necessario illud sequatur. Cum e Westphalii verbis, quomodo res sese habeat, non possit intellegi, paulo uberius capita rerum tangam.

In hymno a Mesomede in Musam tetrapodiis iambicis holocleris et catalecticis mixtis composito, cuius notationis maxima pars in codice Marciano Veneto saeculi XI est servata,[2] cum in versibus holocleris numerus syllabarum et

---

[1] De canticis Plautinis p. 22 sqq.

[2] Codex Marcianus Venetus graecus VI 10 membran. fol. saec. XI teste Rudolfo Schoellio, qui anno 1867 hunc librum obiter inspexit, in fine continet hymnos Mesomedis:

Εἰς μοῦσαν

ἴαμβος *ἴαμβος βακχεῖος*

ᘔζζ ΦΦ Φ ⊂⊂ σπον̄ Φ μ μ
ἄειδε μουσα μοι φίλη μολπῆς δ'ἐμῆς κατάρχου

ζ – ξ ζ ζη Η Ι Ι μ ζ Η Ι Φ⊂ Ρ μΦ⊂
αὔρη δὲ σῶν ἀπ' ἀλσέων ἐμὰς φρενας δονείτω etc. etc.

deinde *ὕμνος εἰς ἥλιον εὐφαμείτω πᾶς αἰθήρ κτλ.* soli versus 6—13
⊂ ι μ
(*φοῖβος ἀκερσεκόμας — αἴγλας πολυδερκεα πάγαν*) notis musicis instructi sunt.

ὕμνος νεμέσεως †
νέμεσι πτερόεσσα βίου ῥοπά κυανῶπι θεὰ θύγατερ δίκας
(sine notis musicis), explicit in columna priore ultimi folii sic:

ἃ τὴν μεγάλαν ορίαν βροτῶν
νεμέσεως αφαιρεῖς καὶ ταρτάρου †

notarum musicarum idem sit traditus (praeter eos locos, quibus librarii neglegentia notae aliquae sunt omissae), ex versibus catalecticis ei, quorum notatio integra est servata, maiore notarum numero sunt praediti ita, ut in syllabis duabus extremis quattuor notae legantur. Ex his quattuor notis iam Westphal contendit tres ad longam paenultimam pertinere: ex qua notatione apparere hanc esse trisemam.

Attamen notatio non ita tradita est, ut ex ea certo possit perspici, ad quas syllabas pertineant hae notae quattuor ultimae, cum librarius adeo neglegens in notis supra syllabas superscribendis fuerit, ut in versu primo tres vocis primae *ἄειδε* notas syllabae tertiae, duas vocis *μοῦσα* syllabae secundae superscripserit. Itaque etiam si in versibus catalecticis e quattuor illis notis tres paenultimae superscriptae essent, inde non certo concludi posset eas ad hanc syllabam ipsam pertinere. Sed ne sunt quidem superscriptae paenultimae. In eo quidem versu catalectico notis musicis instructo, quem Rudolfus Schoell exscripsit, vers. 4, ex quattuor notis ad duas syllabas ultimas pertinentibus prima supra syllabam antepaenultimam legitur, cuius nota in syllabam ultimam vocis praecedentis est promota, secunda supra syllabam paenultimam, tertia supra consonam *τ*, quarta supra vocalem ultimam, ut eodem iure atque ad paenultimam tres notas possimus referre ad syllabam ultimam.

Eadem fere ratio est duorum hymnorum a Mesomede in Solis et in Nemesis honorem conditorum, cuius notationem fere totam servavit codex Neapolitanus saec. XV. Compositi sunt hi hymni versibus logaoedicis acatalectis ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑̲ et catalecticis ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏑̲ mixtis. In his ex sedecim versibus catalecticis, quorum notatio servata est, quinque praebent notarum numerum duabus maiorem quam syllabarum. Etiam hic Westphal cum Frid. Bellermanno[1] et Rossbachio[2] tres notas ad paenultimam syllabam pertinere putat, cum accurata descriptione apographi,

[1] Die Hymnen des Dionysius und Mesomedes, Berolini 1840 p. 62.
[2] Griech. Rhythm. p. 86—88.

quod Bellermann sub finem editionis adiecit (tab. III), appareat tantum abesse ut propter notationem dubium esse non possit tres notas ad syllabam paenultimam pertinere, ut unius versus (hymn. in Solem v. 13) syllaba paenultima omni nota careat, et quamquam in universum in initium promotae sunt notae a librario scilicet providente, ne parum spatii sub finem relinqueretur, quo quattuor notae perscribi possent, in omnibus quinque paroemiacis (hymn. in Solem v. 13. 21. 23. 25; in Nemesin v. 9) syllaba ultima binis notis sit insignis. Est enim notatio horum versuum sic fere tradita:

I μ ϱ μ ι ζ ιμϱ ϱ⊂
Hymn. in Solem v. 13. *αἴγλας πολυδερκέα πάγαν*

⊂ P μ μ μ ⊂ ϱ μ μ ιλμ
v. 21. *γλαυκὰ δὲ πάροιθε σελάνα*

μ Iζ ιμ I Φ ⊂ ϱ μ ϱ⊂
v. 23. *λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων*

μ Iζ ι μ IΦ ⊂ ϱ μ ϱ ⊂
v. 25. *πολυοίμονα κόσμον ἑλίσσων.*

μ μ μ μμ μ ϱ μ⊂ ⊂Φ
Hymn. in Nemesin v. 9. *λήθουσα δὲ παρ πόδα βαίνεις.*

Maiore igitur iure quam Bellermann, Rossbach, Westphal statuere possumus, non paenultimam sed ultimam syllabam ita esse notatam, ut appareat hanc esse trisemam dubiumque esse non posse, sequentis non praecedentis theseos productione arsin, quae suppressa sit, esse compensatam, ut illa tetrapodia catalectica sic videatur describenda et notanda:

⏑ — ⏑ — | ⏑ — —
μ ζ H I Φ ⊂ P μΦ⊂
In Mus. 4. *ἐμὰς φρενὰς δονείτω.*

versus paroemiaci sic:

⏖ — ⏖ — | ⏖ — —
I μ ϱ μ ι ζ ι μ ϱϱ⊂
In Sol. 13. *αἴγλας πολυδερκέα παγάν.*

⊂P μ μ μ ⊂ ϱ μ μ ιλμ
21. *γλαυκὰ δὲ πάροιθε σελάνα.*

μI ζ ι μ I Φ ⊂ ϱ μϱ⊂
23. *λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων.*

μ Ι ζ ι μ Ι Φ ⊂ϱ μϱ⊂
25. πολυοίμονα κόσμον ἑλίσσων.

μ μ μ μ μ μ ϱ μ ⊂⊂Φ
In Nem. 9. λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις.

Cur ultimae horum versuum syllabae ternis (non binis) notis significatae sint, id peculiari olim indigebit disquisitione.

Argumentatio igitur a Westphalio instituta parum valet ad coniecturae nostrae vim imminuendam.

§ 4.

Probabiliter vero nos statuisse in versibus iambicis non eam thesin quae praecedit arsin syncopatam, sed eam quae subsequitur per τονῆς artificium produci, versiculo Aeschyleo mihi videtur non male demonstrari. Est tripodia iambica altero pede syncopata, cuius thesis prima est soluta, immixta strophae iambicae. Alio modo versiculus explicari ideo non potest, quia ne habeatur pro tripodia trochaica catalectica obstat versus in antistropha positi forma, in quo prima syllaba est producta (— ◡◡ — ◡ —); quominus autem habeatur pro tripodia iambica, in qua diiambi primi loco choriambus legatur, impedit forma versus in stropha positi, cuius syllaba prima est brevis (◡◡◡ — ◡ —). De versu vero dochmiaco ideo non est cogitandum, quod adeo nunquam singulos dochmios poetae tragici mediis canticis iambicis immiscuerunt, ut ipse Westphal cum colon dochmiis describeret,[1] in adnotatione dubitare se num recta sit haec explicatio confessus sit.

Legitur haec tripodia in Eumenidum parodi 381—388: 389—396 fine. Quae parodus in codice Mediceo sic fere est tradita:

str. μένει γὰρ· εὐμήχανοι
δὲ καὶ τέλειοι κακῶν τεμνήμονεσ σεμνὰι
κὰι δυσπαρήγοροι βροτõισ· ἄτιμ' ἀτίεται διόμεναι
λάχη θεῶν διχοστατõυ˜ τανηλίω λαμπαιδυσοδοπάιπαλα
δερκομένοισι κὰι δυσομμάτοισ ὁμῶσ.

---

[1] Metr. III[1] p. 241.

ant. *τίσ οὖν τάδ᾽ ὀυχάζετάι τι κὰι δέδοικε βροτῶν*
ἐμῶυ κλύων θεσμὸν τὸν μοιρόκραντον᾽ ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον· ἔπι δέμοι γέρασ παλαιὸν οὐ[1]
δἀτιμίασκυρῶ κάι περ ὑποχθόνα
τάξιν ἔχουσα κὰι δυσήλιον κνέφασ·

Haec parodus, quam iambicam esse primo obtutu apparet, ut in cola distribuatur, quae utrum per se positos versiculos effecerint an in longiorum versuum corpora sint contrahenda nihil ad rem refert, constat ex

⏑ – ⏑ –	└– ⏑ –	tetrapodia iamb. tertio pede syncopata
⏑ – ⏑ –	└– ⏑ –	„ „ „ „ „
⏑ – ⏑ –	└– └–	„ „ tertio et quarto pede sync.
⏑ – ⏑ –	⏑ – ⏑ –	tribus tetrapodiis iambicis non syncopatis
⏑ – ⏑ ⏑͡⏑	⏑ ⏑͡⏑ ⏑ –	
⏑ – ⏑ –	⏑ – ⏑ –	
⏑ – ⏑ – ⏑ –		tripodia iambica.[2]

Sequitur versiculus, de quo quaestio est

str. *δυςοδοπαίπαλα* ⏑ ⏑͡⏑ – ⏑ –

ant. *καίπερ ὑπὸ χθόνα* – ⏑͡⏑ – ⏑ –,

quem excipit hexapodia hac forma conspicua:

– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –.

Versiculus ille viros doctos multifariam vexavit. Qui cum metrum explicare non possent, cum antistrophae verba nihil habeant in quo offendas, vocem *δυςοδοπαίπαλα* esse mutandam putaverunt. Atque Weilius quidem quattuor finxit verba: *δυςποδοπαίπαλα, δυςμολοπαίπαλα, δυςκολοπαίπαλα, δυςποροπαίπαλα*, e quibus postremum etiam Heimsoeth[3] proposuit, quorum primum obscurius, tertium ieiunius, quartum remotius esse ipse verborum compositor intellexit, proponens quod superest *δυςμολοπαίπαλα*. Alii editores velut Godofr. Hermann, Dindorf, Ahrens, Franz, Bothe, Paley lectionem traditam servaverunt, fortasse dubii, quomodo illam vocem mutarent.

Concedendum est vocem illam offensione non carere; sed non tam eius metrum mihi difficultatem videtur praebere quam ipsius verbi compositio. Nam cum *παίπαλος* significet

[1] Exciderunt syllaba brevis et longa.
[2] In stropha pro *λαμπαι* cum Dindorfio *λάπᾳ* scribendum esse puto.
[3] Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus p. 106.

praeruptus, aptum sensum habet adiectivum compositum *ὀδοπαίπαλος*, quod quomodo cum praefixo *δυς* et ipso difficultatem significante possit coniungi equidem non intellego. Idem cadit in voces a Weilio fictas.

Hartungius, quem solum hoc offendit, locum sanavisse sibi visus est scribendo *ἀνάλιοι λαμπάδιων ὀδοπαίπαλα*, quam medelam et ideo repudiaverim, quod plena cum versu antistrophae responsio desideratur, et quod vocem illam traditam probabilius secernas in duas, in *δύςοδα* et *παίπαλα*. Quae coniectura mihi insuper commendari videtur verbis scholiastae clausulam sic explicantis: *δυςπαράβατα καὶ τραχέα ζῶσι καὶ τοῖς θνήσκουσι* (lege *τεθνηκόσιν*). Qui cum verba *δερκομένοισι* et *δυςομμάτοις* singulis verbis explicasset, eum duabus vocibus *δυςπαράβατα* et *τραχέα* duo verba interpretatum esse verisimile est.

Tripodiam igitur habes iambicam, in qua syncopae artificio arsis secunda est sublata, ita describendam ῡ ῶ ⏗ υ —, quae fortasse cum tripodia praecedente in hexapodiae corpus est coniungenda. Quod autem arsis prima in stropha est brevis, in antistropha producta, in versibus iambicis non potest offendere, quorum arsin primam ancipitem esse constat. Arsin vero brevem et longam sibi posse respondere, etiam si thesis eiusdem pedis sit soluta, illustretur hoc exemplo:

Eur. El. 1223 : 1229

str. *ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.* — ῶ υ — | υ — υ —
ant. *φονέας ἔτικτες ἀρά σοι.* υ ῶ υ — | υ — υ —.

Quamquam raro hanc responsionem poetas tragicos admisisse concedendum est. Et hanc ob causam et quod in iis versibus iambicis, qui ex dipodiis constant, arsin primam dipodiae poetae maluerunt syncopae lege tollere quam alteram, fit ut haec una tantum tripodia ad rationem nostram probandam possit proferri. Ad quam firmandam versus, in quibus arsi brevi respondet brevis, producta productae, ideo nihil valent, quod hi versus alio modo possunt explicari. Exempli gratia tetrapodia haec υυυ — υ — —, quae saepius in strophis iambicis invenitur, velut Eur. Troad. 581 : 586

str. *τέκεα. πρίν ποτ' ἦμεν.*
ant. *πόλεος. ἃ καπνοῦται.*

pro tetrapodia trochaica catalectica et potest haberi et a viris doctis habetur sic describenda: ⏕ ⏑ — ⏑ | ⏗ —, quae lege epimixeos numerorum alloeometricorum immixta sit strophae iambicae. Quem versum revera esse tetrapodiam iambicam, in qua arsis secunda et quarta sit syncopata (⏑⏕ ⏗ | ⏑ — ⏗), ego ideo persuasum habeo, quod ceteri versus strophae omnes sunt iambici.

De versibus vero a syllaba longa incipientibus huius generis, quos tragici, inprimis Aeschylus, clausulas saepissime esse voluerunt stropharum iambicarum, ipse ambigo, utrum in omnibus diiambi primi munere choriambus fungatur, cum haec mutatio etiam in versibus non syncopatis haud raro legatur, an nonnulli versus iambici arseos secundae syncopa insignes sic sint describendi:[1]

— ⏕ ⏗ | ⏑ — ⏗, velut Aesch. Choeph. 460:465
str. *ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.* ant. *εὐχομένοις δ'ἂν ἔλθοι.*
— ⏕ ⏗ | ⏗ ⏑ — | ⏑ — ⏗
velut Aesch. Pers. 1007:1013 str. *ζαπρέπον, οἷον δέδορκεν Ἄτα.*
ant. *δυςπόλεμον δὴ γένος τὸ Περσᾶν.*

§ 5.

Describemus igitur tetrapodiam eam, quam praeter ceteras frequentaverunt poetae scaenici, cuius tertia arsis per syncopam est sublata, velut Aesch. Ag. 414:431
str. *πόθῳ δ'ὑπερποντίας.* ant. *δόμων ἑκάστου πρέπει.*

---

[1] Hanc explicandi rationem non omnino esse reiciendam eo mihi videtur apparere, quod non raro hi versus leguntur in strophis, quae solis versibus syncopatis constant, deinde eo quod etiam hanc dipodiam iambicam adhibuerunt poetae, ex qua illum diiambum syncopatum ortum esse contendimus, — ⏕ ⏑ —, velut primam dipodiam dimetri — ⏕ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Eur. Med. 1255:1265
str. *σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς.* ant. *δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρύς,*
trimetri — ⏕ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Aesch. Suppl. 597
οὔτινος ἄνωθεν ἥμενου σέβει κάτω.
— ⏕ ⏑ — | ⏑ ⏕ ⏑ ⏕ | ⏑ ⏕ ⏑ — Aesch. Ag. 769:779
str. *δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἄνιερον.*
ant. *ὄμμασι λιποῦσ' ὅσια προσέβαλε, δύναμιν οὔ.*
— ⏕ ⏑ ⏕ | ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏕ ⏑ — Eur. Iph. Aul. 1487
ὦ πότνια πότνια μᾶτερ, ὡς δάκρυά γέ σοι.

Choeph. 436 et 437: 441 et 442

ἕκατι μὲν δαιμόνων ant. μόρον κτίσαι μωμένα
ἕκατι δ'ἁμᾶν χερῶν ἄφερτον αἰῶνι σῷ.

hoc modo:

ῡ — υ — | ⌞— υ —.

Constat versus ex duobus diiambis, altero holoclero, altero primo pede syncopato sive cretico qui dicitur. Nam creticus is quidem, qui aut versibus aut strophis iambicis immixtus legitur, mihi nihil aliud videtur esse quam diiambus, cuius prima arsis per syncopam est sublata et theseos primae productione compensata.[1] Differt autem creticus hic ab illo, qui versibus trochaicis occurrit coniunctus, eo quod in hoc secunda longa est trisema, cum sit ditrochaeus, cuius secunda arsis est syncopata, ita describendus:

— υ —⌟ (ortus ex — υ — υ);

in illo contra, ut iam diximus, prima longa est trisema

⌞— υ — (ortus est ex υ — υ —).

Diiambus, cuius arsis altera per syncopam est sublata, est is pes, qui bacchius appellari solet

υ — ⌞— (ortus ex υ — υ —).

Ut creticus ita etiam hic pes saepissime vice fungitur diiambi in versibus iambicis, primi potissimum in iis versibus, in quibus diiambi secundi loco creticus legitur (υ — — — υ —).

Versus vero usitatissimi, in quibus creticus aut bacchius diiambi vice funguntur, sunt hi:

Dimetri.

a) Is dimeter, quem supra descripsimus, constans e diiambo puro et cretico. Huius versus exempla congessit Westphal. Metr. III[1] p. 216.

b) Dimeter constans ex diiambo puro et bacchio, sive dimeter catalecticus (ῡ — υ — | υ — ⌞—), velut

Aesch. Pers. 1070 et 1071 ἰωὰ δὴ κατ' ἄστυ
ἰωὰ δῆτα, ναὶ ναί.

cfr. Westphal, Metr. l. l. p. 214.

---

[1] De compensatione arseos suppressae ante thesin solutam cf. § 7.

c) Dimeter constans ex bacchio et diiambo puro (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏑ —), velut

Aesch. Sept. 767 : 774 *βαρεῖαι καταλλαγαί.* ant. *θεοὶ καὶ ξυνέστιοι.*
cfr. Westph. l. l. p. 223.

d) Dimeter constans ex duobus bacchiis: (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏗), velut

Aesch. Choeph. 390 : 415 *ποτᾶται, πάροιθεν.*
ant. *ὅταν δ᾽ αὖτ᾽ ἐπαλκές.*
cfr. Westphal l. l. p. 223.

e) Dimeter constans ex bacchio et cretico (⏑ — ⏗ | ⏗ ⏑ —), velut

Aesch. Ag. 375 : 393
ἀτολμήτων Ἄρη. ant. *δικαιωθεὶς, ἐπεί.*
Exempla vide apud Westph. l. l. p. 220.

f) Dimeter constans ex cretico et diiambo puro (⏗ ⏑ — ⏑̄ — ⏑ —), velut

Aesch. Sept. 896 : 907 *σώμασιν πεπλαγμένους.*
ant. *κτῆμαθ᾽, ὥστ᾽ ἴσον λαχεῖν.*
Choeph. 31 : 41 *ξυμφοραῖς πεπληγμένων.*
ant. *τοῖς κτανοῦσί τ᾽ ἐγκοτεῖν.*
Eur. Alc. 214 : 228 *ἃ πάρεστι κοιράνοις.*
ant. *(ἔπρα)ξας δάμαρτος σᾶς στερείς.*

Videmus alteri versuum generi lucem afferri, versibus a syllaba longa incipientibus, qui leguntur strophis iambicis immixti: qui quidem vulgo versus trochaici habentur lege epimixeos numerorum alloeometricorum illis strophis inserti. Neque vero opus est hanc legem statuere; immo iambici sunt illi versus, in quibus creticus diiambi primi vice fungitur, qui quominus hoc loco fungatur, quid prohibeat, cum de loco secundo et tertio hoc a viris doctis concedatur, equidem non intellego.

Addo cum hac explicandi ratione apprime convenire, quod veteres numeros trochaicos, cum iambicis eos opponerent, *μέτρα ἀκέφαλα* appellabant.[1]

---

[1] Cfr. Christ, Metr.[2] p. 115 et 275; Die rhythmische Continuität der griechischen Chorgesänge p. 16.

g) Dimeter constans ex duobus creticis frequentissimus in Aeschyli fabulis (⌞ ᴗ — ¦ ⌞ ᴗ —), velut
Aesch. Pers. 126 : 133 *πᾶς γὰρ ἱππηλάτας.*
ant. *λέκτρα δ'ἀνδρῶν πόθῳ.*
cfr. Westphal l. l. p. 159.

Eodem modo atque dimetri sunt trimetri et tetrametri compositi, quorum versuum exempla hic proferri non opus est, cum numerus satis magnus a Westphalio sit congestus. Sufficiat nonnullos versus a cretico incipientes exscribere:

⌞ ᴗ́ — | ᴗ — ᴗ — | ᴗ — ᴗ —
Eur. El. 1194 *τίς ξένος, τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα.*

⌞ ᴗ — | ⌞ ᴗ — | ᴗ — ᴗ —
Aesch. Ag. 438 : 457 *καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορός.*
ant. *δημοκράντου δ'ἀρᾶς τίνει χρέος.*

⌞ ᴗᴗ | ᴗᴗ ᴗ — | ᴗ — ᴗ —
Soph. Ant. 360 : 370 *παντοπόρος ἄπορος ἐπ'οὐδὲν ἔρχεται.*
ant. *ὑψίπολις ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλόν.*

⌞ ᴗ — | ᴗ — ᴗ — | ᴗ̄ ᴗᴗ ᴗ — | ᴗ — ᴗ —
Aesch. Sept. 832 : 840 *ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ'ἀρά.*
ant. *ἐξέπραξεν, οὐδ'ἀπεῖπε πατρόθεν εὐκταία φάτις.*

⌞ ᴗ — | ᴗ — ᴗ — | ⌞ ᴗ — | ᴗ — ᴗ —
Aesch. Suppl. 796 : 806 *γυπιὰς πέτρα, βαθὺ πτῶμα μαρτυροῦσά μοι.*
ant. *ἐλθέτω μόρος, πρὸ κοίτας γαμηλίου τυχών.*

CAPUT II.

§ 6.

Absoluto eo syncopae genere, quo arsis suppressa thesi per *τονῆς* artificium amplificata compensatur, iam transeamus ad alterum, quo rhythmus vacuo tempore servatur.

Cuius generis et qui syncopae legem primi statuerunt et qui post eos de versibus syncopatis disseruerunt, etsi men-

tionem fecerunt,[1] tamen quibus locis hoc adhibitum sit, quaerere omiserunt, non neglegenter, sed consulto atque sine dubio ideo, quod posse discerni negabant, ubi thesis τρίσημος, ubi pausa esset statuenda, unus Bellermann, quod, si posset discerni, 'non iuvaret.'

Ac profecto prima quidem specie hac in re omnibus indiciis videmur esse destituti. Nam quae norma est statuenda, pausam nisi post verbi finem fieri non posse, eam inversam nihil valere re ipsa apparet, cum non sit cur caesura obstet, quominus syllaba sequens producatur. Tamen si non certum, at certe verisimillimum esset pausam esse statuendam, si aut strophae occurrerent aut versuum genera, in quibus certis aut omnibus ubi syncopa fit locis διαίρεσις esset observata. Cuiusmodi cum in poesi Graecorum neque strophae neque in eo quidem de quo solo agimus genere, in genere diplasio versus occurrant,[2] poeta Latinus versibus usus est, in quibus constanter eo loco, quo arsis est sublata, caesura fit.

Plautus enim genere versuum syncopatorum, quod unum composuit, ita usus est, ut eo loco, quo arsis excidit, vocem terminaret.[3] Sunt hi versus dimetri iambici catalectici cum syncopa arseos tertiae (⏑/⏑⏑ –⏑⏑ ⏑ — ¦ ⏑⏑ ⏑̲), qui aut peculiarem versiculum efficiunt, velut Stich. 6 c

Neque íd magís | fácimus,

aut copulati occurrunt cum dimetris iamb. acatalectis

(⏑/⏑⏑ –⏑⏑ ⏑/–⏑⏑ –⏑⏑ ⏑/–⏑⏑ –⏑⏑ ⏑ (⏑) | ⏑/–⏑⏑ –⏑⏑ ⏑ — | –⏑⏑ ⏑̲)

velut Stich. 3

De nóstris fáctis nóscimús, quarúm viri hínc | ápsunt,

---

[1] Rossbach, Griech. Rhythm. p. 150; Rossbach u. Westphal, Griech. Metr.[1] praef. XX; Westphal, Fragm. d. griech. Rhythm. p. 262; L. Bellermann, de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis p. 17; Goldmann, l. l. p. 69; Christ, Metr.[2] p. 94.

[2] In genere dactylico exstare versum, in quo constanter caesura observatur eo loco, quo arsis est suppressa, constat, ἐλεγεῖον scilicet sive pentametrum dactylicum.

[3] Cfr. Guil. Studemund, de canticis Plautinis p. 29—33. Idem in Festgruss der philol. Gesellsch. zu Würzburg (1868) p. 53—55.

Most. 1 *Serui qui quóm culpá carént | tamén malúm métuont,* aut denique cum aliis colis iambicis.

Maior numerus horum versuum cum quaternariis iambicis consociatorum occurrit intermixtus versibus qui dicuntur Reizianis (◡ — ◡ — ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — ◡) Aul. III, 2.

Cum horum versuum compositorum, qui antea a plerisque versus Reiziani habebantur et adhuc a nonnullis viris doctis habentur,[1] tum breviorum, qui posteriorem partem illorum efficiunt, naturam atque indolem primus perspexit Guilelmus Studemund, qui de iis disseruit in libellis commemoratis.

Quod religiosa caesurae observatio indicare videtur, in his versibus vacuo tempore, non thesi producta voluisse compensare Plautum arsin suppressam, id confirmatur eo quod saepe soluta est thesis, ante quam excidit arsis, in duas breves, velut Aul. 24

Mearum aédium ét conclávium mihi pérviám | fácitis?
28 *Si ad iánuam húc accésserís, nisi iússeró, | própius.*

De qua solutione in § 7 accuratius agetur.

§ 7.

Sed ne in Graeca quidem poesi desunt versus, in quibus vacuo tempore, non thesi trisema voluisse poetas rhythmi legem restituere certis indiciis probatur: versus dico insignes soluta thesi eius pedis, cuius arsis per syncopae artificium est sublata, cum nemo nesciat thesin trisemam in duas breves solvi non posse.

Frequentiores ex hoc genere sunt ii versus, in quibus non thesis eius pedis, qui arsi caret, sola, sed cum thesi una aut compluribus aliorum pedum est soluta, velut dimeter constans ex diiambo non syncopato et cretico primis thesibus solutis insignibus (◡́ ◡◡́ ◡ — | Λ ◡◡́ ◡ —) e. g. Eur. Suppl. 824

ἴδετε κακῶν πέλαγος, ὤ.

aut dimeter ille, qui vulgo pro trochaico habetur, etsi usitatissimus est in strophis iambicis, constans ex cretico, cuius

[1] Cfr. Christ, Metr.[2] p. 348.

theses sunt solutae, et ex diiambo puro (⋀ ⏘ ⏑ ⏘ | ⏑ — ⏑ —) e. g. Aesch. Choeph. 406 : 419 *ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραί.*
ant. *πάθομεν ἄχεα πρός γε τῶν.*
Eur. Hel. 203 : 222 *πόσις ὀλόμενος οἴχεται.*
ant. *διὰ δὲ πόλεας ἔρχεται.*[1]
Etiam thesis tertia est soluta (⋀ ⏘ ⏑ ⏘ | ⏑ ⏘ ⏑ —) Aesch. Choeph. 25 : 35 *ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.*
ant. *μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ.*
Eur. Hel. 202 : 221 *ὁ δ' ἐμὸς ἐν ἁλὶ πολυπλανής.*
ant. *χθόνα δὲ πάτριον οὐχ ὁρᾷς.*

Dimeter compositus creticis duobus, quorum prior thesi prima soluta est conspicuus (⋀ ⏘ ⏑ — | ⏙ ⏑ —), occurrit Soph. Oed. Col. 1678 : 1706 *τί γάρ, ὅτῳ μήτ' Ἄρης.*
ant. *ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει,*
dimeter constans ex eodem cretico et diiambo puro (⋀ ⏘ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —) Eur. Hel. 167 : 179 *πτεροφόροι νεάνιδες.*
ant. *κυανοειδὲς ἀμφ' ὕδωρ.*

E versibus longioribus legitur in Euripidis tragoediis tetrameter constans ex duobus diiambis et cretico, quorum theses sunt solutae, et diiambo holoclero (⏑⏘ ⏑⏘ | ⏑⏘ ⏑⏘ | ⋀ ⏘ ⏑⏘ | ⏑ — ⏑ —) velut Phoen. 1030 : 1054
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι ¦ φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν.
ant. *τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', ¦ ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται.*

Porro tetrameter constans ex cretico thesibus solutis insigni, bacchio, cretico, diiambo (⋀ ⏘ ⏑⏘ | ⏑ — ⏙ | ⏙ ⏑ — | ⏑ ⏗ ⏑ —) Hel. 201 : 220
θάνατον ἔλαβεν αἰσχύ|νας ἐμᾶς ὑπ' ἀλγέων.
ant. *δίδυμά τε Διὸς οὐκ εὐ|δαιμονεῖ τέκεα φίλα.*

Cum tribus diiambis holocleris ad tetrametrum consociatus

---

[1] Possis priores horum versuum per se etiam ita describere: ⏑ ⏘ ⋀ ⏘ | ⏑ — ⏑ —, ut constent ex bacchio solutis longis insigni et diiambo puro; sed nostra explicatio ideo praestare videtur, quod multo rariores supra vidimus esse eos dimetros, in quibus diiambum purum praecedit bacchius, quam eos, in quibus praecedit creticus. Versus ex Eur. Hel. exscriptos ne illo modo describas prohibet v. 203, in quo post syllabam tertiam non fit *διαίρεσις.*

est creticus, cuius thesis prima est soluta (◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —| ∧ ◡◡ ◡ — | ◡ — ◡ —) Eur. Phoen. 1748 et 1750

πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς. | ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.
σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς. | χόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν,

cum duobus diiambis et cretico puro (◡ — ◡ — | ⌞ ◡ — | ∧ ◡◡ ◡ — | ◡ — ◡ —) Aesch. Suppl. 780 : 787

μέλας γενοίμαν καπνὸς | νέφεσι γειτονῶν Διός.
ant. θέλοιμι δ' ἂν μορσίμου | προπρὸ τυχεῖν ἐν ἀρτάναις.

Trimetrum creticum, in quo tertii cretici thesis prima est soluta (⌞ ◡ — | ⌞ ◡ — | ∧ ◡◡ ◡ —), habes e. g. Aesch. Suppl. 423

μηδ' ἴδῃς μ' ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων.

Coniectura nostra et in versibus, de quibus supra diximus, et in omnibus versibus iambicis, in quibus thesis quae sequitur arsin suppressam est soluta, voluisse poetas vacuo tempore rhythmi legem restituere, firmatur eo, quod ubique διαίρεσις occurrit eo loco, quo tempus vacuum nobis statuendum est. Nam tempus vacuum statui non posse nisi in confinio duorum vocabulorum vel post verbi compositi priorem partem inter omnes constat.

Cum non sit verisimile poetas dedita opera voluisse theseos solutione indicare se hanc syncopae rationem adhibuisse, eos etiam in aliis versibus iambicis syncopatis ea usos esse contenderim. Quibus vero locis hoc syncopae genus praetulerint tritiori, ideo non certo potest statui, quod nullae strophae occurrunt ex solis versibus huius generis constantes, sed intermixti leguntur hi versus iis, quibus altera syncopae ratione arsis suppressa est compensata, et quod etiam responsionem versuum diverso genere syncopae insignium admiserunt poetae. Hoc vero certo potest statui, hac ratione non usos esse poetas in iis versibus, in quibus theses, inter quas excidit arsis, intra eiusdem vocabuli corpus leguntur.

Reliquum est, ut descriptione strophae, in qua ita permixtos esse versus iambicos et trochaicos putant viri docti, ut non stropha iambica, sed iambico-trochaica sit nominanda, illustremus, quam simplex iam fiat harum stropharum explicatio, cum ab initio usque ad finem solis decurrant iambis.

Eur. Phoen. 1019—1042 : 1043—1066:

ἔβας ἔβας,
ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας,
Καδμείων ἁρπαγά, πολύφθορος, πολύστονος,
μιξοπάρθενον δάϊον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινὺν
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν,
ὃς τάδ' ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων, ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις.
ἰήιον βοὰν [βοὰν], ἰήιον μέλος [μέλος]
ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ' ἦν ὅμοιος,
ὁπότε πόλεος
ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.

ant. χρόνῳ δ' ἔβα
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη.
ματρὶ γὰρ γάμους δυσγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων ξυνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν· δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας,
Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷμα λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο
τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

⏑ — ⏑ —́	**Monometer iamb.**
Λ— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**Tetrameter „**
— — ⏑́ Λ— ⏑ —́ | Λ— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ · ⏑ —́	**„ „**
Λ— ⏑ —̈ | ⏑ — Λ—́ | ⏑ — ⏑ —́ aut Λ— ⏑ — ⏑ — | Λ— ⏑ ⏑ — -	**Hexap. aut trimeter iambicus.**
Λ— ⏑ —́ | ⏑ — —́ | — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**Tetrameter iamb.**
⏑̄ — ⏑́ | Λ— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**„ „**
Λ ϖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**Dimeter „**
Λ ϖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**„ „**
Λ ϖ ⏑ ϖ́ | ⏑ ϖ ⏑ ϖ́ | ⏑ ϖ ⏑ ϖ́ | ⏑ — ⏑ —́	**Tetrameter „**
Λ— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**Dimeter „**
⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	**Tetrameter „**
Λ— ⏑ —́ | ⏑ — —́	**Dimeter „**
⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	**Tetrameter „**
Λ— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ ϖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	**„ „**
— — ⏑́ | ⏑ — —́	**Dimeter „**
— — —́ | ⏑ — ⏑́	**„ „**
⏑ ϖ ⏑ ϖ́	**Monometer „**
Λϖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	**Tetrameter „**

LIBER SECUNDUS.

DE VERSIBUS DOCHMIACIS.

---

§ 8.

Si non absurda sunt, quae supra de versibus iambicis syncopatis disputavimus, versus dochmiacos, de quibus diversissimae sententiae magis minusve probabiles a viris doctis et prolatae sunt et adhuc proferuntur,[1] nihil impedit quominus referamus in versuum iambicorum numerum, quibus et formae similitudine et crebra coniunctione sunt propinqui, statuentes dochmios esse tripodias iambicas arsi secunda syncopata conspicuas (– ◡◡ ∧ ⏗ – ◡◡ / ◡ – — ◡ –).

Nam quae res viros doctos praeter ceteras quominus de hac explicandi ratione cogitarent, prohibuit, eosve qui de ea cogitaverunt, ut rursus eam abicerent movit, quod thesis prima, quam esse producendam ita ut trisema fieret putabant, sae-

---

[1] Veterum opiniones post Seidlerum, Rossbachium, Westphalium collegit Guil. Kuehne *de dochmio quid tradiderint veteres,* Halis Sax. 1863, recentiorum L. Bellermann *de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis,* Progr. des Berl. Gymn. zum grauen Kloster 1864 p. 22—29, Goldmann *de dochmiorum usu Sophocleo* p. 31—32, cum illorum tum recentissimorum Ed. Schultze *de dochmio*, diss. Jenensis 1877 p. 6—32. Cfr. praeterea M. Lortzing *de numero dochmiaco* Berol. 1863. C. Löschhorn *quaestiones metricae* Magdeb. 1873. A. Vogelmann *Ueber Taktgleichheit in der antiken Metrik mit besonderer Rücksicht auf den Dochmius.* Festschr. der Gymnasien Württemb. zur 4. Säcularfeier von Tübingen, p. 39—51.

pissime occurrit soluta,[1] ea nostrae rationi non obstat, cum praesertim etiam in versibus iambicis haud raro viderimus occurrere thesin, post quam arsis excidit (cfr. p. 15 et 16), solutam, inprimis thesin primam. Atque cum eo, quod ibi observavimus, Aeschylum frequentasse potissimum versus hos ab arsi producta incipientes, apprime convenit Aeschyli usus versuum dochmiacorum arsi prima producta insignium, cum e 340 dochmiis Aeschyleis, qui prima thesi soluta sunt conspicui, 140 hanc exhibeant formam — ◡◡ — ◡̄ ◡◡̲, velut Sept. 130 *ῥυσίπολις γενοῦ | Παλλὰς, ὅ θ' ἵππιος | ποντομέδων ἄναξ.* Suppl. 402 *ἀμφοτέροις ὁμαί|μων τάδ' ἐπισκοπεῖ.* Ag. 1090 *μισόθεον μὲν οὖν | πολλὰ συνίστορα.* Choeph. 942 *δεσποσύνων δόμων.* Eum. 845 : 879 *Νύξ· ἀπὸ γάρ με τι|μᾶν δαναιᾶν θεῶν* (cfr. tab. II, 7 et 9).[2]

Reliqui poetae scaenici ut rarius versibus iambicis ab arsi longa incipientibus utebantur, ita malebant a syllaba brevi dochmios incipere, praeter ceteros Euripides. qui ex 593 dochmiis thesi prima sola soluta conspicuis, qui aetatem tulerunt, 106 tantum arsin primam productam esse voluit. Ex 93 versibus Sophocleis, quorum prima thesis est soluta, 37 exhibent arsin praecedentem longam, ex 43 dochmiis Aristophaneis 15 (cfr. tab. II, 7 et 9).

Deinde quod in versibus iambicis supra (§ 7) observavimus poetas raro eam thesin, quae excipit arsin syncopatam, solam solvisse, saepius tum, si etiam ea thesis, quae praecedit, est soluta, idem etiam in versibus dochmiacis occurrit. Ex 1900 dochmiis, qui in fabulis poetarum scaenicorum graecorum, in quibus proprium atque praecipuum locum eos habere constat, leguntur (505 in Aeschyleis, 244 in Sophocleis, 1069 in

---

[1] Christ, Metr.[2] p. 433—437; Rossbach, Griech. Rhythm. p. 160. Metr.[2] p. 698.

[2] Hos versus non tripodias iambicas esse, quae diiambi primi loco choriambum praebeant, eo mihi probari videtur, quod nullum eorum exemplum occurrit in strophis, quae dochmiis carent forma hoe oolera insignibus. Omnino, si tripodiae iambicae in duas partes vel in thesin et arsin secernendae sunt, mihi videtur pes primus efficere arsin, pedes secundus et tertius thesin, ut in hoc versiculo iambico eadem ratio valeat atque in singulis iambis et in trimetris iambicis, ut arsis praecedens cum thesi sequenti hanc rationem efficiat 1 : 2.

Euripideis, 82 in Aristophaneis), cum 1069 dochmii exhibeant primam thesin solam solutam (340 Aeschylei, 93 Sophoclei, 593 Euripidei, 43 Aristophanei; cfr. tab. I, 10 vel II, 10), non plus 22 thesin secundam praebent solam solutam (8 Aeschylei, 4 Sophoclei, 10 Euripidei; cfr. tab. I, 20 vel II, 20 et § 16), 159 et primam et secundam (28 Aeschylei, 19 Sophoclei, 104 Euripidei, 8 Aristophanei; cfr. tab. I, 15 vel II, 15 et § 12—15).

Et in iis dochmiis, qui duabus thesibus solutis decurrunt, et in iis, in quibus thesis altera sola est soluta, si recta est opinio nostra dochmios esse versus iambicos syncopatos, arsis sublata non longa trisema, sed vacuo tempore potest esse compensata, cum thesis eius pedis, cuius arsin per syncopae artificium esse sublatam censemus, in duas breves sit soluta. Oportet igitur in iis fiat caesura ante thesin alteram: id est in iis dochmiis, qui hac thesi sola soluta insignes sunt, post syllabam secundam (ῡ —, ῶ ῡ ⏑⏑̲), in iis, qui utramque solutam exhibent, post syllabam tertiam (ῡ ῶ, ῶ ῡ ⏑⏑̲).

Sed quomodo haec res sese habeat, priusquam quaeramus, omnino quid de caesuris in versibus dochmiacis sit statuendum, nobis exponendum est.

§ 9.

Atque exordiamur a dochmiis forma primitiva ῡ — — ῡ ⏑⏑̲ insignibus perlustrandis, sive ut breviter dicamus, a classe I. Huius classis dochmii in fabulis poetarum scaenicorum superstitibus leguntur 650 (129 in Aeschyleis, 128 in Sophocleis, 362 in Euripideis, 31 in Aristophaneis; cfr. tab. I, 5 vel II, 5).

Atque ex 129 exemplis Aeschyleis non plus quam 6 carent caesura, i. e. incisione post primam aut secundam thesin intercedente (classis I d), e quibus unum nominis proprii licentia excusatur: Choeph. 953 b *ὁ Παρνάσιος*, unum uno verbo pentesyllabo constat: Suppl. 757 c *μεμαργωμένοι*, cetera singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis vel syllaba ultima verbi praecedentis aut prima verbi sequentis (aut ῡ, — — ῡ — aut ῡ — — ῡ, —): Sept. 885 b *διήλλαχθε σὺν (σιδάρῳ ;)*, 890 b *τε πλευρωμάτων*, Choeph. 941 b (*θεόθεν εὖ φραδαῖ*)*σιν ὡρμη-*

μένος, 968 a *καθαρμοῖσιν ἀ(τᾶν ἐλατηρίοις).* 24 sunt incisi post utramque thesin (ῡ —, —, ῡ ᴗᴗᴗ, class. I c), velut Sept. 91 c *θεῶν ἢ θεᾶν,* 101 a *πέπλων καὶ στεφέων*; 33 post primam solam (ῡ —, — υ ᴗᴗ, class. I a), velut Prom. 588 a *κλύεις φθέγμα τᾶς (βούκερω παρθένου),* Sept. 122 b *γεννῦν ἱππιᾶν*; 66 post alteram solam (ῡ — —, ῡ ᴗᴗ, class. I b), velut Prom. 689 a *μολεῖσθαι λόγους,* Sept. 79 a *καθεῖται στρατός.* Itaque caesuram post secundam thesin solam praebet plus quam dimidia, post primam solam plus quam quarta, post utramque fere quarta pars dochmiorum classis I. Atque haec non solum ratio dochmiorum Aeschyleorum in universum spectatorum, sed singularum fabularum fere est, excepta una Supplicibus, qua in tragoedia numerus dochmiorum classis I a (6) maior, classis I c idem est atque versuum classis I b (4). Singula ex tabula I, 1—5 apparent.

Ex 128 dochmiis Sophocleis classis I in I a sunt referendi 33, velut Ai. 356 a *γένος ναΐας,* Ant. 1318 a *ἐμᾶς ἁρμόσει,* in I b 53, velut Ai. 365 b *ἄτριστον μάχαις,* Ant. 1287 a *προπέμψας ἄχη,* in I c 35, velut Ant. 1319 a *ἐγὼ γάρ σ', ἐγώ,* Oed. Col. 876 a *ὅσον λῆμ' ἔχων,* in I d 7, duo constantes verbo pentesyllabo, Ant. 1261 b *ἁμαρτήματα,* El. 1387 b *πανουργημάτων,* ceteri singulis verbis tetrasyllabis et singulis syllabis: Ai. 397 (*ἔλε*)*σθέ μ' οἰκήτορα,* Ant. 1265 b (*ὤμοι ἐμῶν ἄνολ*)*βα βουλευμάτων,* 1292 a *γυναικεῖον ἀμφ*(*ικνεῖσθαι* sqq.), Oed. rex 692 b *σε νοσφίζομαι* 1315 *δυσούριστον* [*ὄν*].[1] Etiam ex Sophoclis fabulis superstitibus in una Antigona maior numerus dochmiorum et classis I a et I c, quam I b occurrit, qua in fabula 15 versus classis I caesuram post primam thesin solam, 18 post primam et secundam, 12 post secundam solam exhibent. De ceteris vide tab. I, 1—5.

Eodem fere modo atque in fabulis Aeschyleis praevalet in Euripideis classis I b. Ex 362 dochmiis enim classis I in I b sunt enumerandi 169, velut Med. 1256 a *ἔβλαστεν, θεοῦ,* Hipp. 363 a *τυράννου πάθη,* in I a 80, velut Hipp. 831 b *τύχαν δαιμόνων,* Hec. 717 b *τεμὼν φασγάνῳ,* in I c 87, velut Med.

[1] *ὄν* addidit Hermann.

1276 *δοκεῖ μοι τέκνοις*, El. 1169 a *νέμει τοι δίκαν*, in Id 26. Ex his excusantur 6 nominis proprii licentia: Heracl. 86 b *Μυκηναῖος ὠ(νόμαζεν λεώς)*, El. 1157 a *Κυκλώπεια τ'οὐ(ράνια τείχε'* sqq.), Phoen. 176 a *Σελαναία χρυ(σεόκυκλον φέγγος)*, 187 b *Μυκήναισιν* [*εὔ(χεται*][1] *Λερναίᾳ)*, 188 b *'Αμυμωνίοις*, Ion 797 b *(αἰθέρα πόρσω γαί)ας Ἑλλανίας*. 3 constant ex singulis verbis pentesyllabis: Hipp. 370 *τελευτάσεται*, Ion 696 b *γεγωνήσομεν*, Bacch. 1199 c *κατειργασμένα*. Ex singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis constant Hipp. 362 *ἀνήκουσα τᾶς*, El. 1150 a *ἰάκχησε δέ*, Or. 320 a *ἀβάκχευτον αἵ*, 1358 a *καθαιμακτὸν ἐν*, Hec. 1061 *ἐξαλλάξω τάς*, Or. 151 c *ὅδ' εὐνάζεται*, ex verbo tetrasyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis (ῡ, — — ῡ —) Phoen. 335 b *(σὺν ἀλαλαῖσι δ'αἰ)ὲν αἱαγμάτων*, 1299 b *(αὐ)τίχ' αἱμάξετον*, ex verbo tetrasyllabo et syllaba prima verbi sequentis (ῡ — — ῡ, —) Hel. 677 b *ἐφαίδρυναν ἐν(θεν ἔμολεν κρίσις)*, El. 595 a *κασίγνητον ἐμ(βατεῦσαι πόλιν)*, Phoen. 325 a *δυςόρφναια δ'ἀμ(φιτρυχῆ τάδε)*, Bacch. 984 a *δοκεύοντα*, *Μαι(νάσιν δ'ἀπύσει)*, ex verbo trisyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis et verbo monosyllabo (υ, — — υ, —): Herc. 1054 b *(οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆ)νον αἰάξετ' ὦ*, Ion 724 b *(ἄλιας ἄλιας ὁ πά)ρος ἀρχαγὸς ὤν*, 1495 b *(γαμφηλαῖς φόνευ)μα θοίναμά τ'εἰς*. Ex verbo pentesyllabo denique et una syllaba brevi, cum ultima thesis sit soluta (υ — — υ υ, υ), constat Bacch. 980 a *ἀνοιστρήσατέ νιν*, ex verbo tetrasyllabo et duabus syllabis primis verbi sequentis (υ — — υ, υυ) Ion 767 a *διανταῖος ἔτυ(πεν ὀδύνα* sqq.).

Etiam ex Euripidis tragoediis in una tantum numerus dochmiorum classis I b inferior est numero classis I a eaque in fabula, in qua perpauci tantum dochmii forma primitiva insignes occurrunt, in Supplicibus, quae 3 dochmios classis I a, singulos classium I b et I c praebet. De ceteris cfr. tab. I, 1—5.

Aristophanes dochmios in quinque tantum comoediis adhibuit: in Acharnensibus, Nubibus, Avibus, Vespis, Pluto: atque dochmios classis I exhibent prima et tres posteriores

[1] *εὔχεται* addidit Matthiae.

31. Ex his in Ia sunt referendi 9, velut Ach. 566ab *ἰὼ Λάμαχ', ὦ | βλέπων ἀστραπάς*, in Ib 12; velut Av. 230b *ἀγροίκων γύας*, in Ic 6, velut Plut. 637ab *λέγεις μοι χαράν, | λέγεις μοι βοάν*, in Id 4, unus nomen proprium continens, Plut. 640b *(μέγα βροτοῖσι φέγ)γος Ἀσκληπιόν*, unus ex verbo pentesyllabo constans, Ach. 570b *βοηθησάτω*, duo ex verbo tetrasyllabo et monosyllabo: Ach. 491a *ἀναίσχυντος ὤν*, 567a *βοήθησον, ὦ*.

Ex 650 igitur dochmiis forma primitiva insignibus sunt referendi in Ia 155 sive pars fere quarta, in b 300 sive pars fere dimidia, in c 152 sive pars fere quarta, in d 43 sive pars fere decima tertia.

§ 10.

Eadem ratio, quam modo vidimus intercedere inter quattuor classes dochmiorum, qui formam primitivam exhibent, occurrit in iis, quorum thesis prima sola est soluta (⏑̄ ⏖ — ⏑ ⏖̱); hanc classem II nuncupabimus. Ex 1069 dochmiis, qui ad hanc classem pertinent, 489 i. e. dimidia fere pars incisi sunt post secundam thesin solam (⏑̄ ⏖ —, ⏑ ⏖̱, class. IIb): e 340 Aeschyleis 168, velut Sept. 83b *δέος· ὅπλων κτύπος*, Suppl. 687a *καρποτελῆ δέ τοι*; 41 Sophoclei ex 93, velut Ai. 880a *ἁλιαδᾶν ἔχων*, Oed. r. 1360b *ἀνοσίων δὲ παῖς*; 254 Euripidei ex 593, velut Med. 1283b *χέρα βαλεῖν τέκνοις*, Heracl. 92 *νεοτρεφεῖς; φράσον*; 26 Aristophanei ex 43, velut Ach. 361b *ὅ τι φρονεῖς ἔχει*, Av. 1262b *διογενεῖς θεούς*. 236 incisionem praebent post primam thesin solam (⏑̄ ⏖, — ⏑ ⏖̱, IIa): 79 Aeschylei, velut Suppl. 348a *πρόφρονι καρδίᾳ*; 18 Sophoclei, velut El. 1234c *ἐμόλετ' ἀρτίως*; 136 Euripidei, velut Hel. 627a *ἔλαβον ἀσμένα*, Or. 159b *θεόθεν ἐργμάτων*; 3 Aristophanei, Av. 1188a *πόλεμος αἴρεται*, Ach. 389b, Vesp. 744b. Post utramque thesin (⏑̄ ⏖, —, ⏑ ⏖̱, IIc) sunt incisi 237 : 60 Aeschylei, velut Sept. 95a *πότερα δῆτ' ἐγώ*; 24 Sophoclei, velut Ai. 888a *ἐμέ γε τὸν μακρῶν*; 146 Euripidei, velut Hipp. 574a *ἔνεπε τίς φοβεῖ*; 7 Aristophanei, velut Av. 1188b *πόλεμος οὐ φατός*. Caesura carent 107 : 33 Aeschylei, velut Ag. 1118a *κατολολυξάτω*, Suppl. 350a *λυκοδίωκτον ὡς*; 10 Sophoclei, velut

Eur. Phoen. 1019—1042 : 1043—1066:

ἔβας ἔβας,
ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας,
Καδμείων ἁρπαγά, πολύφθορος, πολύστονος,
μιξοπάρθενον δάϊον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινὺν
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν,
ὃς τάδ' ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων, ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις.
ἰήιον βοὰν [βοὰν], ἰήιον μέλος [μέλος]
ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ' ἦν ὅμοιος,
ὁπότε πόλεος
ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.
ant. *χρόνῳ δ' ἔβα*
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη.
ματρὶ γὰρ γάμους δυσγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων ξυνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν· δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας,
Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷμα λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο
τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

⏑ — ⏑ —́	Monometer iamb.
∧— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — —́	Tetrameter „
— — —́ ∧— ⏑ —́ | ∧— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ - ⏑ —́	„ „
∧— ⏑ —̋ | ⏑ — ∧—́ | ⏑ — ⏑ —́ aut ∧— ⏑ — ⏑ — | ∧— ⏑ ⏑ — -	Hexap. aut trimeter iambicus.
∧— ⏑ —́ | ⏑ — —́ | — ⏑ —́ | ⏑ — —́	Tetrameter iamb.
⏑̄ — —́ | ∧— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — —́	„ „
∧ ⏖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	Dimeter „
∧ ⏖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑́	„ „
∧ ⏖ ⏑ ⏖́ | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖́ | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖́ | ⏑ — ⏑ —́	Tetrameter „
∧— ⏑ —́ | ⏑ — —́	Dimeter „
⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	Tetrameter „
∧— ⏑ —́ | ⏑ — —́	Dimeter „
⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	Tetrameter „
∧— ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ ⏖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́	„ „
— — —́ | ⏑ — —́	Dimeter „
— — —́ | ⏑ — ⏑́	„ „
⏑ ⏖ ⏑ ⏖́	Monometer „
∧⏖ ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — ⏑ —́ | ⏑ — —́	Tetrameter „

Addendi sunt tres dochmii, in quibus non post verbum absolutum integrumve, sed post verbi compositi partem priorem caesura fit:

Aesch. Suppl. 646 a *Δῖον ἐπ|ιδόμενοι* || Eur. Herc. 1020 a *τὰ δ' ὑπερ|έβαλε παρέ(δραμε τὰ τότε κακά)* || Or. 1305 a *τὰν λιπο|πάτορα λιπό(γαμόν θ', ἃ πλείστους ἔκανεν Ἑλλάνων).*

Complectitur igitur classis III a 8 dochmios Aeschyleos, 4 Sophocleos, 55 Euripideos, 2 Aristophaneos, omnino 69 = fere 39 %, id est numerum multo maiorem, quam quem exspectes.

Praeter hanc caesuram simul alteram incisionem post arsin secundam solutam exhibent hi versus:

Aesch. Sept. 78 b *φοβερὰ μεγάλ' ἄχη* || 80 a *ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς* || 90 c *ὄρνυται ἐπὶ πόλιν* || Ag. 1101 *τί τόδε νέον ἄχος* || 1162 a *τί τόδε τορὸν ἄγαν* || Eum. 265 b *πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ* || Soph. Ant. 1310 *δείλαιος ἐγώ, αἰαῖ* || ant. 1332 *ὕπατος· ἴτω ἴτω* || 1321 a *ἄγετέ μ' ὅτι τάχος* || Oed. rex 661 ab *Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεος | ἄφιλος ὅ τι πύματον* || ant. 690 b *ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα* || 1330 ab *ὁ κακὰ κακὰ τελῶν | ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα* || Eur. Hipp. 830 b *μέλεα τάδε πάθη* || Heracl. 75 b *ἁμαλὸν ἐπὶ πέδῳ* || 86 a *ὄνομα τί σε, γέρον* || Herc. 910 b *τίνα με τίνα βοάν* || 920 c *μέλαθρα κακὰ τάδε* (vide tamen p. 39) || 1020 b (*τὰ δ' ὑπερέβαλε παρέ*)*δραμε τὰ τότε κακά* || 1085 a *τάχα* [*δὲ*][1] *φόνον ἕτερον* || Ion. 1455 a *τίν' ἀνὰ χέρα δόμους* || Troad. 287 a *φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα*[2] || 327 *ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ* || Hel. 685 a *τά τε* [*σὰ*][3] *κατὰ μέλαθρα* || 695 ab *ἔβαλε θεὸς ἀπό τε | πόλεος ἀπό* [*τε*][4] *σέθεν* || El. 592 *ἄνεχε χέρας, ἄνεχε* || 1151 b *σχέτλια, τί με, γύναι* || Iph. Taur. 829 b (*ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγε*)*τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος* || 834 *τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον*[5] || Or. 163 c (*ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό*)*φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι* || 199 a *πατέρα τέκνα τε τάδε* || 330 b (*ἔλακεν*

---

[1] *δὲ* addidit Hermann. [2] Sic Seidler emendavit verba ita tradita: *ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα.* [3] *σὰ* addidit Hermann. [4] *τε* inseruit Matthiae. [5] *τότ' ἔτι* Hartung scripsit pro *τὸ δέ τι.* Alio modo dochmium restituere studuerunt Hermann, qui scripsit *τότε σε, τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Koechly, quem secutus est Dindorf: *σέ, τὸν τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Bergk: *τὸν ἔτι βρέφος ἔλιπον*, quod Weil recepit.

ἔλυκε δε)ξάμενος ἀνὰ δάπεδον || Phoen. 296a *πότνια, μόλε πρόδρομος* || 1295a *πότερον ἄρα νέκυν ὀ(λόμενον ἀχήσω)* || 1300a *τάλανες, ὅ τι ποτὲ μο(νομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην)* || Bacch. 986c *δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος* || 1008b *ἐπὶ τὰ καλὰ βίον* || Arist. Ach. 361a *πάνυ γὰρ ἐμέ γε πόθος* || av. 239 *κλάδεσι νομὸν ἔχει* || 631a *ἣν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος.*

Addendi sunt nonnulli versus, in quibus caesura aut prima aut secunda inter duas verbi compositi partes fit. Atque prima quidem caesura fit post verbi compositi partem priorem in his dochmiis: Aesch. Sept. 106b *ἔπιδ' ἐπ|ιδε πόλιν* || Suppl. 363a *ἱερο|δόκα θεῶν* || 681b *δακρυο|γόνον Ἄρη* || Soph. Oed. Col. 1464a *κτύπος ἄ|φατος ὅδε δι(όβολος· ἐς δ' ἄκραν)* || Eur. Herc. 887b *γένος ἄ|γονον αὐτίκα* || Troad. 325b [*ἄναγ'*][1] *ἄν|αγε χορόν* || Hel. 690c *γάμον ἄ|γαμον ἐμόν*[2] || Phoen. 1306a *πότμος ἄ|ποτμος ὁ φόνος* || 1350 *ἄναγ' ἄν|αγε κωκυ(τόν,*[3] *ἐπὶ κρᾶτα λευ|κοπήχεις κτύπους)* || Bacch. 1021b *(γελῶντι προσώ)πῳ περί|βαλε βρόχον.*

Post syllabam tertiam finitur verbum, post quintam prior verbi compositi pars: Aesch. Sept. 85b *ὕδατος ὀρο|τύπου* || 902 *κτέανά τ' ἐπι|γόνοις* || Suppl. 349b *φυγάδα περί|δρομον*[4] || 382 *φύλακα πολυ|πόνων* || 634a *μήποτε πυρί|φατον* || Ag. 1121b *ἔδραμε κροκο|βαφής* || Soph. Ai. 357a *ἅλιον*[5] *ὃς ἐπ|έβας* || Ant. 1296b *(τίς ἄρα, τίς με πότ)μος ἔτι περι|μένει* || Oed. rex 690a *ἴσθι δὲ παρα|φρόνιμον* || Eur. Andr. 844a *ἀπόδος ἀπό|δος, ὦ (φίλος, ἵν' ἀνταίαν)*[6] || Phoen. 165a *πρὸς ἐμὸν ὁμο|γενέτο(ρα περὶ δ' ὠλένας)* || Ar. av. 1193 *ἀέρα περι|νέφελον.*

Continet igitur classis III c 15 dochmios Aeschyleos, 12 Sophocleos, 33 Euripideos, 4 Aristophaneos, omnino 64 = fere 38 %.

[1] *ἄναγ'* addidit Hermann. [2] *ἐμόν* scripsit L. Dindorf pro *αἰσχύνα*, quod e versu 687 videtur falso repetitum. [3] Ita Kirchhoff scripsit, cum codd. habeant: *ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν.* [4] Fortasse recipiendum est, quod Heimsoeth, ut plenam cum dochmio antistrophico v. 361 *μάθε γεραιόφρων* responsionem recuperaret, proposuit (Die Wiederherst. d. Dramen d. Aesch. p. 287): *φυγάδα πρόδρομος*, coll. Sept. 80 *πρόδρομος ἱππότας*, 211, Soph. Ant. 108, Eur. Iph. Aul. 424. [5] Hermann *ἅλιον* restituit, cum traditum sit *ἄλλαν.* [6] Ita Bergk scripsit, cum codd. praebeant: *ἀπόδος ὦ φίλος* (PC, *φίλ'* ceteri) *ἀπόδος ἵν' ἀνταίαν.*

Ergo, ut in classibus I et II, ita etiam in III numerus dochmiorum post primam thesin solam et dochmiorum post primam et secundam thesin incisorum idem fere est. Efficiunt autem in hac classe dochmii generum a et c non, sicut in I pariterque in II fit, dimidiam non prorsus partem, sed fere $^4/_5$ vel 78%. Ii vero versus, qui caesura carent, et versus post thesin secundam solam incisi, quorum numerus in classibus I et II par est dochmiis generum a + c, omnino 22% tantum efficiunt; sunt enim 37 dochmii, 8 Aeschylei, 7 Sophoclei, 20 Euripidei, 2 Aristophanei.

Atque huius numeri exigui 37 plus quam dimidia pars (26) incisa est post syllabam quartam; quos dochmios si detraxeris de summa (37), 11 tantum supersunt dochmii classis III b.

Ex his 37 versiculis autem 8 non sunt traditi tanquam dochmii, sed coniecturis virorum doctorum textui illati, alii falsa distributione mihi videntur esse orti. Inter ceteros sunt, qui etiam aliis difficultatibus laborent et facili modo, plerique transpositione verbi, possint sanari. Paucos qui restant alio modo posse explicari infra docebitur.

§ 12.

In eorum versuum numero, qui invitis libris ab editoribus sunt corrupti, non infimo loco sunt ii, in quibus viri docti aut proprio Marte aut apographa secuti idem vocabulum repetiverunt, quod librarios metri ignaros aut neglegentes vel consulto vel temere semel posuisse arbitrantur.

1) Ex hac classe primus est enumerandus

Aesch. Sept. 204 b, quem codex Mediceus talem fere exhibet:

(ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού-
σασα τὸν ἁρματό)κτυπον ὄτοβον,

ubi ad supplendum versum dochmiacum editores altero *ὄτοβον* in fine ex apographis recentioribus addito hunc dochmium effecerunt:

(ἁρματό)κτυπον ὄτοβον ὄτοβον

post syllabam brevem quintam incisum.

At nescio an in vocabulo *ἁρματόκτυπον* lateant duo verba,

accusativus substantivi κτύπος et genetivus ἁρμάτων ab hoc pendens. Quae coniectura eo commendatur, quod etiam altero eiusdem fabulae loco verbum κτύπος cum genetivo in unius verbi corpus comprehensum exhibet codex, v. 83, ubi pro ὅπλων κτύπος legitur οπλοκτύπος.[1]

Ab ὄτοβον suspicor alterum genetivum pependisse, fortasse vocabuli ὄχος genetivum plur., ut haec fere fuerit lectio genuina versus:

(ἀκού|σασα τὸν ἁρμάτων) κτύπον ὄχων τ' ὄτοβον.

Sane vocabula ἅρμα et ὄχος non eandem prorsus habere vim neque tautologiam molestam inlatam a nobis esse docere mihi videntur nonnulli loci Euripidei, in quibus ita sunt coniuncta haec verba, ut genetivus ἁρμάτων pendeat ab ὄχος sive quod idem fere significat, ὄχημα:

Eur. Suppl. 662 ἁρμάτων δ' ὀχήματα
ἔνερθε σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος. et Hipp. 1166 οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος. Emphasis enim, per quam sunt qui pleonastice hoc esse dictum velint, omnino abhorret ab his locis, quorum priore nuntius exercitus aciem describit, altero nuntius Theseo interroganti, quo modo Hippolytus interierit, respondet. Hic locus fortasse indicat verbo ὄχος proprie non tam currum, quam equos raedae adiunctos significari. His enim, non currui mortem Hippolyti Euripidem in culpam convertere voluisse apparet et e nuntii narratione et ex his Hippolyti moribundi verbis (1240): στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι, μή μ' ἐξαλείψητ'. Hanc fuisse propriam verbi ὄχος notionem confirmare videtur locus, quo ἁρμάτων ὄχος coniunctum legitur cum ἐξελαύνειν, quod sine dubio aptius de equis quam de curru dicitur, Eur. Phoen. 1190 ἰδόντες ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους. Quo sensu haud scio an poetae verbum non usurpaverint, nisi ubi cum genetivo

---

[1] Quod Dindorf in poet. scen. Graecorum editione notavit primam manum imposuisse verbo ἁρματοκτυπον accentum in paenultima syllaba, id falsum videtur esse, cum et in apographo a Merkelio confecto et in editionis Ritschelianae adnotatione critica vocabulum legatur proparoxytonon.

ἁρμάτων coniunxerunt; ubi solum posuerunt, significaverunt cum equis raedam, quae iis est iuncta.

Sententia igitur loci, de quo agitur, si quid video, haec est: „O fili Oedipi, timeo audito raedarum strepitu equorumque fremitu“, cum qua apprime versus sequentes congruunt:

ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι,
ἱππικῶν τ' ἄπνον πηδαλίων διὰ
στόμια πυριβρεμετᾶν χαλινῶν,

quorum primo depingitur raedarum crepitus, duobus posterioribus fremitus equorum.

Addo commendari coniecturam meam eo, quod fere nulla mutatione adhibita plena antistrophae responsio restituitur, quae cum versu strophae, sicut a plerisque editoribus scribitur, nisi gravioribus mutationibus effici non potest. Nam cum tres primi versus antistrophae fere sic traditi sint:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον
ἀρχαῖα βρέτη πίσυνος θεοῖς
νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς
νειφομένης βρόμος ἐν πύλαις,

ad responsionem restituendam editores non solum verba πίσυνος et θεοῖς transposuerunt, qua transpositione omni modo opus est, sed praeterea verba νιφάδος et ὅτε, et inseruerunt ante ὀλοᾶς praepositionem ἀπὸ, quae aptius deest, ut ita scriberent:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη, θεοῖς | πίσυνος, ὅτε νιφάδος
ἀπ' ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

Versum vero strophae, qualem nos emendavimus, antistrophico parem efficimus praeter illam necessariam transpositionem sola formae θεοῖς in θεοῖσι mutatione adhibita, quam formam iam Seidler de vers. dochm. p. 56 proposuit, ut scribamus:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη θεοῖ|σι πίσυνος νιφάδος
ὅτ' ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

2) Secundus versus, in quo recentiores editores contra libros verbum geminaverunt, hic est:

Eur. Herc. 921 [*λέγε,*] *λέγε, τίνα τρόπον* | (*ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ*
μέλαθρα κακὰ τάδε
τλάμονές | *τε παίδων τύχαι;*),

ubi *λέγε* Dindorf ad explendum dochmium repetivit.

Sed possunt etiam alio modo versus in metrum dochmiacum redigi. Cum exploratum sit stropharum huius cantici lacera esse membra,[1] possis etiam putare plures syllabas ante *λέγε* intercidisse ita, ut prima huius vocis syllaba non sit theseos primae solutae brevis altera, sed arsis secunda versus dochmiaci. Fortasse exciderunt verba, quibus ut „celeriter, quam celerrime“ enarret nuntius a choro monetur, quod idem exempli gratia fit Iph. Aul. 1539, ubi his verbis Clytaemnestra nuntium, ut celeriter narret, impellit: *μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ' ὅσον τάχος.* Metro convenit *διὰ τάχους,* quod et Soph. Ai. 822 et Trach. 595 et aliis occurrit locis, vel *ὅτι τάχος,* quod Sophocles scripsit in stropha dochmiaca Ant. 1323 *ἄγετε μ' ὅτι τάχος, ἄγετε μ' ἐκποδών.* Praestare tamen mihi videtur repetitio imperativi *λέγε*, sed ita effecta, ut uno verbo, fortasse *τάχος,* alter ab altero separetur, ut ita locus sit scribendus et distinguendus:

λέγε [τάχος, λέγε], τί|να τρόπον ἔσυτο θεό-
θεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ | *τάδε τλάμονές*
τε παίδων τύχαι;

Non alienum videtur ab hoc loco pauca, quae de hac verborum repetitorum collocatione habeo, exponere.

Euripides, qui repetitionum rhetoricarum amantissimus est, cum plerumque simplicissimum genus adhiberet, quod fit per figuram geminationis verbi alterius post alterum,[2] multis aliis locis hanc figuram rhetoricam artificiosa verborum collocatione ita variavit, ut uno aut compluribus verbis interpositis verba repetita separaret.[3] E. g. unum verbum intercedit Alc. 252 *ὁρῶ δίκωπον ὁρῶ σκάφος,* Iph. Taur. 835 *ἔλιπον ἀγκάλαισι*

---

[1] cfr. Wilamowitz-Moellendorf, anal. Eur. p. 61. [2] velut Hipp. 848 et Andr. 854 *ἔλιπες ἔλιπες ὦ,* Ion 690 *ἄτοπος ἄτοπα γάρ,* 724 *ἄλιας ἄλιας ὁ πάρος.* [3] vid. Lud. de Sybel, de repetitionibus verborum in fabulis Euripideis p. 9.

νεαρὸν τροφοῦ νεαρὸν ἐν δόμοις; duo verba sunt interposita Suppl. 377 *ἄμυνε ματρὶ, πόλις, ἄμυνε, Παλλάδος*. Sive hac sive illa figura uteretur, observavi Euripidem in iis quidem canticis dochmiacis, in quibus dochmii thesibus solutis decurrentes praevalent, quae crebris verborum repetitionibus sunt nobilitata, hanc regulam esse secutum, ut verba in eodem versu dochmiaco geminata ita collocaret, ut prius initium faceret dochmii. Loci hi sunt: Hipp. 580 *ἔνεπε δ'ἔνεπέ μοι*, Hel. 635 *ἔβαλον ἔβαλον ἀ|δονὰν* sqq., Hipp. 848, Med. 1252 b, Andr. 844, 854, Hec. 689, Herc. 910, Ion. 690, 724, Troad. 325, 1217, Hel. 670, 685, El. 585, Or. 149ab, 163ab, 175, 195, 330, 1305, 1307, Phoen. 1287, 1299, 1306, 1350, Bacch. 1042, 1182, 1199 (cf. etiam Troad. 287 *φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα | τιθέμενος πάντων*).

Tribus dochmiis videtur Euripides neglexisse hanc regulam: Ion. 776, 790, Bacch. 986 c, e quibus priores etiam ideo offendunt, quod carent caesura post tertiam syllabam brevem.

3) Primum ex his locis, Eur. Ion. 776, qui in eodem genere dochmiorum est, unde progressi sumus, in quibus vocabulum ab editoribus repetitum est, facili modo utroque vitio licet liberare ita, ut vocem, quam esse repetendam probabile est, separemus uno verbo interposito alteram ab altera. Ubi cum codices exhibeant

(*τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν*) *ἄκρον ἔλακες* (*ἄχος ἐμοὶ στένειν*),

non repetemus cum Seidlero, quem plerique editores sunt secuti, *ἔλακες* post alterum, sed ante *ἄκρον* hoc modo:

(*τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν*) [*ἔλακες*] *ἄκρον ἔλακες* (*ἄχος ἐμοὶ στένειν*).

4) Etiam alter locus, Ion. 790, qui in editionibus sic legitur:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκ*)*νον ἔλαβεν ἄρα βίο*(*τον*, [*ἐν*] *ἐρημίᾳ*),

ubi *ἐν* addidit Seidler, *ἄτεκνον* in codice P ter legitur, facili verborum transpositione potest sanari, ita ut aut scribatur:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον*) *ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλα*(*βεν ἐν ἐρημίᾳ*)

aut, si magis placet artificiosior illa collocatio verbi geminati:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον*) *ἄτεκνον ἔλαβεν ἄτεκ*(*νον ἐν ἐρημίᾳ*).

Locum tertium, Bacch. 986c *δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος*, in suspenso relinquo, utrum exceptionis loco habeamus an vis ei afferenda sit; equidem non ausim invitis codicibus quicquam novare.

5 et 6) Eur. Hel. 650, quem versum codices sic dant:

πόσιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον,

ut dimetrum dochmiacum efficeret, Seidlerus (de vers. dochm. p. 67) duplicavit verbum *ἐμόν*, quae coniectura plerisque editoribus est probata, Hermanno ita, ut transponeret geminatum *ἐμόν* post alterum *ἔχομεν*. Scribit igitur Seidler versum sic:

πόσιν ἐμὸν ἐμὸν ἔχο|μεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον

Hermannus *πόσιν ἔχομεν ἔχομεν | ἐμὸν ἐμὸν, ὃν ἔμενον.*

Quas emendationes reiciendas esse puto ideo, quia mihi verbum ab his geminatum adeo indignum videtur esse, quod repetitione urgueatur, ut omnino omitti possit. Multo dignius quod duplicetur mihi esse videtur verbum *πόσιν*, quod si repetieris, habebis dimetrum dochmiacum hunc:

πόσιν [πόσιν] ἔχομεν | ἔχομεν, ὃν ἔμενον

omnibus numeris absolutum. Nam apte syllaba extrema ancipite dimeter dochmiacus secernitur a sequentibus.

Qui verbum *ἔχομεν* urguere maluerit, hunc dimetrum dochmiacum possit restituere:

ἔχομεν ἔχομεν ἐμὸν, | ὃν ἔμενον πόσιν.

7 et 8) His locis addiderim versum, in quo vocabulum semel positum non ab editoribus propter causas metricas est geminatum, sed a librario falso mihi repetitum esse videtur. Legitur is dochmius Eur. Herc. 1059 sic in codd.:

(εὕδει; ναί, εὕδει) ὕπνον ὕπνον ὀλόμενον,
ὃς ἔκανεν ἄλοχον, ἔ(κανε δὲ τέκεα, τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας),

ubi in duobus trium dochmiorum thesibus solutis insignium caesuram, quam desideramus, esse omissam videmus.

Sed locus ideo offendit, quod duae ultimae verbi *τοξήρει* syllabae in metrum dochmiacum non possunt redigi. Suspicor cum Hartungo delendum esse alterum *ὕπνον*, et mutandum

ὀλόμενον in *ὀλοὸν* (cuius verbi vice etiam alio loco Euripideo, Or. 1364, librarii falso *ὀλόμενον* scripserunt, ubi genuinam scripturam Hermann restituit) addendumque ad *τέκεα* articulum *τὰ* et verba sic transponenda:

εὕδει; ναί, εὕδει | ὀλοὸν ὕπνον, ἄλοχον
ὃς ἔκαν' ἔκανε δὲ [τὰ] | τέκεα τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας.

Iam examinemus ceteros locos contra librorum auctoritatem a viris doctis ita temptatos, ut caesura post tertiam brevem neglegeretur:

9) Parodi virginum Thebanarum in Aeschyli Sept. versus primus, v. 78, in codice Mediceo sic legitur:

θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη,

quem ut in dimetrum dochmiacum cogeret, Dindorfius ante *θρέομαι* inseruit *νεόκοτα*:

[νεόκοτα] θρέομαι | φοβερὰ μεγάλ' ἄχη.[1]

Νεόκοτα ἄχη dici explicat „ratione habita priorum eventorum, quae praecessisse ex prologo Eteoclis spectatores cognoverant". At cum Eteocles in prologo ne uno quidem verbo priores calamitates tetigerit, sed angustiis, quibus urbs premeretur, expositis adhortatus sit cives, ut suo quisque officio fungeretur, reiciendum esse censeo hoc adiectivum.

Mihi eius modi coniectura videtur et metro et sensui satisfacere:

Θρέομαι [ἄνι' ἄνια] | φοβερὰ μέγαλ' ἄχη,

cum meminerim locorum Aeschyleorum Pers. 256 *ἄνι' ἄνια κακὰ νεόκοτα,* 1055 et 1061 *ἄνι' ἄνια,* ubi fortasse *κακὰ* est addendum.

10) Aesch. Sept. 239 b in editionum recentiorum plerisque legitur:

(ποτίφατον κλύον)σα πάταγον ἀναμίξ,

[1] Plerique editores ante Dindorfium pro *θρέομαι* ex apographis, quae versum sic exhibent: *θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλα τ' ἄχη,* interpolatum scilicet per correctorem metri dochmiaci ignarum, receperunt *θρεῦμαι,* ut versum restituerent constantem e spondeo et dochmio.

quod Heimsoeth proposuit, cum codex exhibeat:

ποταίνιον κλύουσα πάταγον ἄμμιγα.

Quae coniectura etsi plena cum versu antistrophico v. 233 *διὰ θεῶν πόλιν | νεμόμεθ' ἀδάματον* responsione restituta commendatur, tamen dubiae fidei ideo est, quod reiecta forma usitata *ἄμμιγα* (cfr. Soph. Trach. 839 *μελαγχαίτα τ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει*) forma introducitur in Aeschyli orationem ea, cuius neque in huius neque in ceterorum poetarum tragicorum fabulis ullum legitur exemplum. Cum locum esse corruptum ab interpolatore, qui violenter eum in trimetrum iambicum redigere voluerit, nemo non videat, num facili remedio genuina scriptura restitui possit dubito. Probabilis emendatio cum in promptu non sit, peritioribus sanandum commendaverim locum.

§ 13.

Altera classis efficitur iis dochmiis, quos falsa distributione ortos esse confido. In horum numerum referendi mihi videntur quattuor loci, Aesch. Ag. 1407 : 1426, Soph. Oed. Col. 1479, Oed. rex 1313—1320, Eur. Iph. Taur. 871.

1 et 2) Aesch. Ag. 1407 : 1426 recentiores editores ita distinguunt:

(*τί κακόν, ὦ γύναι,*) *χθονοτρεφὲς ἐδανὸν*
(*ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὀρμενον*),
ant. (*μεγαλόμητις εἶ,*) *περίφρονα δ'ἔλακες·*
(*ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται*),

ut locus constet ex binis dochmiis, qui creticum cingant, recte improbata Seidleri divisione, qui *ἐδανὸν ἢ ποτόν: ἔλακες ὥσπερ οὖν* dochmium efficere censet, cui quattuor syllabae breves *χθονοτρεφὲς: περίφρονα δ'* sint praemissae. Ut reliquis locis plerisque, quibus Seidler quattuor syllabas breves praecedere dochmio ait (de dochm. p. 153—156), velut Soph. Oed. Col. 1447 : 1462, Eur. Med. 1280 : 1291, El. 1149 : 1157, Or. 171, etiam hoc loco dochmius et creticus vel quattuor syllabae breves et dochmius ad tetrapodiam iambicam sunt consociandi. Locus igitur sic est distribuendus:

τί κακὸν, ὦ γύναι,	ant. μεγαλόμητις εἶ,
χθονοτρεφὲς ἔδανὸν ἢ ποτὸν	περίφρονα δ' ἔλακες· ὥσπερ οὖν
πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον.	φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαί- νεται.

3) Soph. Oed. Col. 1479 distributio Dindorfii et complurium aliorum editorum:

(ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται) διαπρύσιος ὄτοβος.
(ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων)

ideo mihi non probatur, quod antistropha nisi gravissimis mutationibus adhibitis aequari non potest. Ubi cum codd. haec dent:

ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' εἴτ' ἄκραν ἐπιγύαλον
ἐναλίῳ ποσειδαωνίωι θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων ἱκοῦ,

non solum ἰὼ cum Hermanno esset geminandum et lacuna, qua dochmius exciderit, post βᾶθ' statuenda, quo loco deesse aliquid manifestum est, sed etiam mutandum ἄκραν in ἄκρον, ποσειδαωνίᾳ in Ποσειδαονίῳ, delendum denique verbum τυγχάνεις, quod omnino nihil habet offensionis, ut haec antistrophae sit forma:

ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' | ⏑̄ ⏖ ⏖ ⏑ ⏖ | εἴτ' ἄκρον ἐπὶ γύαλον
ἐναλίῳ Ποσει|δαονίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν | ἁγίζων, ἱκοῦ.

Etsi nisi gravioribus remediis locum sanari non posse perspicuum est, certe praestat ea emendandi ratio, quae quam proxime accedat ad lectionem traditam. Hanc mihi videtur nactus esse Meinekius, qui stropham et antistropham eo modo pares effecit, ut in stropha post ὄτοβος voculam ὦ insereret, in antistropha cum illis ἰὼ geminaret et pro παῖ βᾶθι scriberet πρόβαθι et Ποσειδανίῳ pro Ποσειδαωνίωι et lacunam post βᾶθ' statueret, ut iam versus constaret e tetrametro iambico et quinque dochmiis. Quod autem tetrametrum iambicum consociatum statuit dochmiis, eo minus offendit, quia etiam in altera strophae parte praecedit dochmios hic versus (v. 1484 : 1497) et in stropha praecedente (1447—1456 : 1462—1471) insertus est dochmiis. Emendatio Meinekiana haec est:

ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖϑις ἀμφίσταται δια-
πρύσιος ὄτοβος ὤ.
ἵλαος, ὦ δαίμων, | ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις | ἀφεγγὲς φέρων.
ant. ἰὼ ἰὼ πρόβαϑι βᾶϑ' ∪ — εἴτ' ἀκρᾶν ἐπὶ
γύαλον ἐναλίῳ
Ποσειδανίῳ | ϑεῷ τυγχάνεις
βούϑυτον ἑστίαν | ἁγίζων, ἱκοῦ.

Ipse Meinekius proponit duo verba, quibus lacuna apte expleatur, ἀγρόϑεν et οἴκοϑεν. Ut denique plena responsio restituatur, fortasse in stropha pro ἀμφίσταται est scribendum περιίσταιται; cfr. Suidam s. v. ὄτοβον· περιίσταται διαπρύσιος ὄτοβος.[1]

4—7) Luculentissimum huius classis exemplum est Soph. Oed. rex 1313 : 1321, quo loco, ut vulgo distribuitur, duo dochmii, qui arsibus solutis insignes sunt, et in stropha et in antistropha carent caesura post syllabam tertiam, quae tamen alia distinctione utrobique restituitur. Ita enim locus in editionibus circumfertur distributus:

(ἰὼ σκότου)
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, | ἐπιπλόμενον ἄφατον,
(ἀδάματόν τε καὶ | δυςούριστον [ὄν]).
ant. (ἰὼ φίλος,)
σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος | ἔτι μόνιμος· ἔτι γὰρ
(ὑπομένεις με τὸν | τυφλὸν κηδεύων),

ubi in stropha traditum est ἐπιπλώμενον et ἀδάμαστον, deest ὄν, quod Hermann addidit, in antistropha με pro ἐμέ Erfurdt restituit.

Possit vero eodem iure, quo diiambus ἰὼ σκότου: ἰὼ φίλος, interiectio ἰώ sola praemitti versibus dochmiacis, quod aliis locis haud paucis fieri constat; quod si fit, in omnibus dochmiis, quorum altera longa est soluta, caesura est observata. Distinctio enim haec efficitur:

[1] Aliter antistropham restituere student Hartung, Schenkl (Philol. XVII, 241), Goldmann de dochm. usu Soph. p. 78.

(ἰώ) σκότου νέφος ἐμὸν ἀ|πότροπον ἐπιπλόμενον
ἄφατον ἀδάματόν | τε καὶ δυσούριστον ὄν.
ant. *(ἰώ) φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος·*
ἔτι γὰρ ὑπομένεις | με τὸν τυφλὸν κηδεύων.

Quae distributio sine dubio gravi interpunctione post vocabulum *μόνιμος* quo enuntiatum finitur intercedente commendatur. Versus alter constat e dochmio, quem excipit tetrapodia iambica tertio pede syncopata, quae coniunctio occurrit e. g. Aesch. Choeph. 940 : 950 *ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν | ὁ πυθοχρήστας φυγάς*: ant. *προσαγορεύομεν | βροτοὶ τυχόντες καλῶς*, Eur. El. 1152 : 1162 *πατρίδα δεκέτεσιν | σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν*: ant. *πόσις, ὅ τί ποτε τὰν | τάλαιναν ἔσχεν κακόν*, Phoen. 1287 : 1299, aliis locis, ubi plerique viri docti versum secernunt in duos dochmios iambum includentes. Fortasse omnibus his locis aptius secernitur dochmius a tetrapodia.

8 et 9) Eur. Iph. Taur. 871 et 872 cum vulgo ita distinguantur:

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυ|γες ὄλεθρον ἀνόσιον
(ἐξ ἐμᾶν | δαϊχθεὶς χερῶν),

constat locus e dimetro dochmiaco et uno cretico et dochmio, quibus e dochmiis duo priores, qui thesibus solutis decurrunt, caesura post primam thesin carent.

Idem tamen locus potest etiam ita distingui, ut creticus non inseratur, sed praecedat tribus dochmiis isque thesibus solutis insignis: *παρὰ δ' ὀλίγον*.[1] In primo trium dochmiorum sequentium deest quidem caesura; sed iam Weil aptius verba ita collocari vidit, ut adiectivum a substantivo verbo interposito seiungeretur. Ipse ita transponit verba *ἀνόσιον ἀπέφυγες | ὀλε-*

---

[1] Minus placet Schoenii et Koechlyi divisio, qui utroque *δεῖν' ἔτλαν*, quod codd. in versu praecedente exhibent, retento verba *παρὰ δ' ὀλίγον* cum voce extrema *ξύγγονε* in versus dochmiaci formam coniungunt, sic scribentes:

ὦ μελέα δεινᾶς | τόλμας· δεῖν' ἔτλαν,
δεῖν' ἔτλαν, ὤμοι | ξύγγονε. παρὰ δ' ὀλίγον,

ubi offendit litterae *ε* in altero *ἔτλαν* productio.

θρον sqq. Nos ὄλεθρον in initio versus collocantes hos dochmios restituimus:

ὄλεθρον ἀπέφυγες ἀν|όσιον ἐξ ἐμᾶν
δαϊχθεὶς χερῶν.

§ 14.

Quoniam locos pertractavimus, in quibus aut lectio tradita servanda erat aut nihil mutandum, nisi quod ante nos alii metri causa mutaverunt, nunc eos perlustrabimus locos, quibus facili transpositione caesura post tertiam brevem potest restitui. Sunt vero hi: Soph. El. 1266, Eur. Herc. 745. 1023, Phoen. 299, Bacch. 1007.

1) Soph. El. 1266 legitur cum Dindorfio in plerisque editionibus

τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, | εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν,

cum prima manus codicis Laurentiani scripserit ἐπόρσεν, quod ab eadem aliave manu correctum est in ἐπῶρσεν.

Quem dochmium quominus statuamus et caesura post tertiam syllabam incisum fuisse et in syllabam ancipitem exiisse ita, ut θεὸς per synizesin tanquam una syllaba brevis pronuntiaretur, maxime impedit versus strophae, v. 1246, cuius thesis extrema in duas breves est soluta.

Conicio facili transpositione pronominis σε ita esse scribendum:

εἰ θεὸς ἐπόρισεν σ'.[1]

2) Pluribus agendum est de secundo loco graviter corrupto, Eur. Herc. 745, qui cum sit traditus:

πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος (οὔποτε διὰ φρενὸς
ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ),

facili modo possit sanari ita, ut cum Fixio ἂν post φρενὸς inseratur et verba ἔμολε et πάλιν transponantur.

At iam Pflugk recte observavit interpretationi vulgari, quam verba tradita solam admittunt: „Venerunt rursus, quae

[1] Simili modo etiam Bergkium emendasse Goldmann de dochm. usu Sophocl. p. 29 docet, sed ita, ut tripodiam iambicam restitueret hanc:

εἰ θεός ἐπῶρσέ σε.

prius nusquam animo speravit se passurum, domino huius terrae," ut dominus terrae sit Lycus, cui imminere, quam nunquam metuerit, ultionem chorus praedicet, obstare verbum *πάλιν*. Ad quod tuendum nihili est, quod Matthiae profert, ad *πάλιν* pertinere idem, quod Spohn lect. Theocr. spec. I p. 32 de *αὖθις* et *ἄψ* particulis monuerit, quas poni, quando fiat aliquid, quod nondum sit factum, per illud autem ipsum, quod fiat, aliud quid in pristinam restituatur condicionem aut quod sit interea factum, iam reddatur irritum. Sententiae vero, quam Pflugk facili mutatione verbi *ἤλπισεν* in *ἤλπισ(α) ἄν* infert loco „Rediit, quod nusquam speravi fore ut mihi contingeret, rex terrae huius" (scil. Hercules), Wecklein in tertia editione obstare verbum *παθεῖν* recte adnotat. Sed utcunque interpretaris, unum me quidem offendit vocabulum *πάρος*, quod ad *οὔποτ' ἤλπισεν* vel *ἤλπισ' ἄν* additum non solum inutile, sed etiam molestum videtur esse.

Difficultates tolli posse negaverim, nisi, uter hoc loco ab Euripide possit nominari *ἄναξ γᾶς*, Lycus an Hercules, quaesiverimus.

In priore fabulae parte verbum *ἄναξ* (v. 589, 602, 707) nec non *κοίρανος χθονὸς* (v. 138) Lycum significat. De eodem vero quomodo viri docti potuerint cogitare v. 735 et 736: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον εἰς Ἅιδαν,* equidem vix intellego. Nam primum offendit epitheton *μέγας,* tum *ὁ πρόσθ' ἄναξ* Lycus, dum vivit, inepte appellatur, cum praesertim is v. 768 iterum *ἄναξ* et *ὁ καινὸς* quidem nominetur. Hic locus manifesto indicat, quis solus *ὁ πρόσθ' ἄναξ* possit appellari, Hercules scilicet, qui Lyco ita opponitur, ut hic *ὁ καινός,* ipse *ὁ παλαίτερος ἄναξ* nominetur. Iam quae fuerit sententia versuum 735 et 736, verbum *πάλιν,* in quo neminem virorum doctorum haesisse miror, indicat: Non Lyci morte sed Herculis ex Orco reditu laetatur chorus, quam sententiam effeceris scribendo: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον ἐξ Ἅιδου.*

Ut iam ad eum locum redeamus, unde progressi sumus, qui in antistropha respondet versibus 735 et 736, vox *πάλιν* manifestum vestigium mihi videtur continere, hic quoque non

tam gaudio mortis Lyci quam reditus Herculis motum chorum lacrimas fundere: ut sententia illa, quam Pflugk restituit, insit in versibus. Sed ὁ γᾶς ἄναξ simpliciter positum non de Hercule, sed de Lyco modo vidimus posse dici. En, habes, quo referas verbum πάρος, quod cum verbo ἤλπισεν coniunctum offendit. Hercules ut in stropha ὁ πρόσθ' ἄναξ, ita in antistropha ὁ πάρος γᾶς ἄναξ nominatur.

Locus iam ita mihi videtur esse restituendus:

ἔμολε πάλιν ἔμολεν, | οὔποθ' ἃ διὰ φρενῶν
ἤλπισ' ἄν, ὁ | πάρος γᾶς ἄναξ.

3) Eur. Herc. 1023 Dind. pro σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τε(κόμενος, ὦ τάλαν) scripserim:

σὺ δὲ τρίγονα τέκνα τε(κόμενος, ὦ τάλαν),

qua collocatione apte verbum compositum τρίγονα urgetur, cum conferatur hoc loco Hercules, qui tres liberos suos occiderit, cum Procna unius filii interfectrice.

4) Eur. Phoen. 299 b verba (τί μέλλεις ὑπώ)ροφα μέλαθρα περᾶν fortasse ita transponenda sunt:

(τί μέλλεις ὑπώ)ροφα περᾶν μέλαθρα,

qua transpositione apte separatur adiectivum a suo substantivo verbo interposito.

5) Eur. Bacch. 1007 (τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύ-ου)σα, τὰ δ' ἕτερα μεγάλα transposuerim ita:

(τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύου)σα, τὰ δὲ μέγαλ' ἕτερα.

Facili denique mutatione sanantur hi duo loci:

1) Ar. av. 1193 b, ubi pro lectione tradita ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο restituerim: ὃν Ἔρεβος τέκετο.[1]
2) Eur. Iph. Taur. 877, qui locus in codicibus et in plerisque editionibus ita legitur:

(τίνα σοι πόρον εὑρομένα) πάλιν ἀπὸ πόλεως, (ἀπὸ φόνου πέμψω | πατρίδ' ἐς Ἀργείαν),

quamquam absurdum est ἀπὸ πόλεως.

[1] Aoristum augmento syllabico carentem in stropha dochmiaca adhibuit e. g. Euripides Iph. Taur. 854 ἐγὼ δ' ἁ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ

E coniecturis, quas recentiores viri docti temptaverunt, ambigo utrum amplectar Koechlyanam ἀπὸ ξένας, ad quod πόλεως ut glossema sit additum, an eam, quam Wecklein (Stud. zu Eurip. p. 396) proposuit: αὖ πάλιν ἀπ' ὀλέθρου.[1]

§ 15.

Ex 39 igitur dochmiis classis III, in quibus videbatur esse omissa caesura post tertiam syllabam brevem (cfr. p. 38), 11 tantum supersunt: 3 Aeschylei, 1 Sophocleus, 6 Euripidei, 1 Aristophoneus, e quibus 7 exhibent incisionem post priorem duarum brevium syllabarum, in quas thesis altera est soluta, id est post quartam dochmii syllabam:

1) Aesch. Suppl. 691 b (πρόνομα δὲ βοτὰ τώς) πολύγονα τελέθοι,

2) Ag. 1173 a ἐπόμενα προτέροις (τάδ' ἐφημίσω), quem locum editores aut cum Pauwio restituerunt ita: ἑπόμενα προτέροισι(ι τάδ' ἐφημίσω) aut cum Weilio ita: ἑπόμενα προτέροις (τάδ' ἐπεφημίσω),

3) Eum. 256 b (λάθῃ φύγδα βὰς) ματροφόνος ἀτίτας,

4) Soph. El. 1246 a ἀνέφελον ἐπ|έβαλες, (οὔποτε καταλύσιμον),

5) Eur. Or. 177 a ἐρεβόθεν ἴθι, μόλε (μόλε κατάπτερος),

6) Hel. 694 b κακόποτμον ἀραίαν,

7) Ar. Ach. 390 a σκοτοδασυπυκνότριχά (τιν' Ἄϊδος κυνῆν); duo ante ultimam longam solutam sive post syllabam sextam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

8) Eur. Or. 150 b χρέος ἐμόλετέ ποτε,

9) Hel. 627 c περί τ' ἐπέτασα χέρα[2];

duo tantum versus Euripidei exhibent caesuram post secundam thesin solutam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

---

[1] Minus placent coniecturae Bergkiana πάλιν ἀποστελῶ σ' et Schmidtiana πάλιν ἀποπρὸ νεώ σ'. [2] Ita Hermannus scripsit, cum traditum esset περιπετάσασα χέρα.

10) Eur. Or. 150a *λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ τι (χρέος ἐμόλετέ ποτε),*
11) Hel. 696 *ὅτε μέλαθρα λέχεά (τ' ἔλιπον οὐ λιποῦσ').*

Hic numerus exiguus non solum dochmiorum post syllabam quartam, sed etiam dochmiorum post secundam thesin solutam incisorum, quo loco dochmiorum et forma primitiva et thesi prima sola soluta insignium maximam partem caesuram exhibere ostendimus, satis demonstrare mihi videtur poetas consulto et abstinuisse in dochmiis thesibus solutis decurrentibus hac caesura et incidisse omnes hos dochmios post primam thesin.

Cur autem in hac dochmiorum classe a regula generali recesserint poetae, vix aliam puto causam posse reperiri, quam quod necesse fuerit vacuo tempore compensari arsin inter duas theses solutas per syncopam sublatam.

Stabilitur igitur denuo coniectura nostra, pede dochmio qui dicitur effici tripodiam iambicam syncopa arseos secundae conspicuam.

Paucos illos versus undecim, qui huic coniecturae obstare videntur, ne opus quidem est omnes mutari. Possint enim ii, qui a syllaba brevi incipiunt, esse tripodiae iambicae primo pede syncopatae (∧ ϖ ᴗ ϖ ᴗ $\overset{\smile\smile}{-}$), quos versus haud raro occurrere consociatos dochmiis infra exponetur. Favet autem huic explicationi, quod nullus horum versuum cohaeret cum versu praecedente eiusdem vocabuli vinculo, sed omnes a prima novi vocabuli syllaba incipiunt, ut quominus initio coli pausa statuatur, nihil impediat. Nec dubitamus hoc modo explicare versus, qui in canticis occurrunt, quorum dochmiis etiam aliae tripodiae iambicae aut *ὁλόκληροι* aut extra pedem secundum syncopatae admixtae sunt. Itaque illum versum ex Aesch. Ag. prolatum:

1173a *ἑπόμενα προτέροις* nec non strophicum:
1162 *τί τόδε τορὸν ἄγαν (ἔπος ἐφημίσω:),*

a quo altera pars strophae continens chori cantum incipit, sic describemus: ∧ ϖ ᴗ ϖ ᴗ —, cum praesertim etiam prior pars, quae vaticinia Cassandrae complectitur, a tripodia iambica incipiat:

v. 1156a (ἰώ) γάμοι γάμοι Πάριδος (ὀλέθριοι φίλων).
ant. 1167 (ἰώ) πόνοι πόνοι πόλεος (ὀλομένας τὸ πᾶν).

Idem cadit in versus tres ex Eur. Or. allatos, qui in cantico leguntur, cuius initium facit tripodia iambica primo pede syncopata Λ— | ᴗ — | ᴗ —

v. 140 σῖγα σῖγα, λεπ(τὸν ἴχνος ἀρβύλης).
ant. 153 πῶς ἔχει; λόγον (μετάδος, ὦ φίλα).

Hanc unius alteriusve ex illis undecim dochmiis rationem esse persuasum habeo ac perpaucos superesse, in quibus mutatione indigeat lectio tradita.

Probatur igitur omnino haec regula, in versibus dochmiacis thesibus solutis decurrentibus fieri caesuram post tertiam syllabam. Omnes coniecturae, quibus dochmii hac forma insignes efficiuntur carentes illa caesura, ob id ipsum sunt reiciendae: Velut Aesch. Ag. 1410, ubi hoc est traditum:

δαμοθρόους τ' ἀρὰς
ἀπέδικες ἀπέτεμες· ἄπολις δ'ἔσει,

et Weiliana coniectura: (δαμόθροός γ'ἀρὰ) σ'ἀπέδικέ σ'ἀπέταμεν
et quod Dindorf in adnotat. poet. scaen. Graec. proponit:

(θαμόθροός σ' ἀρὰ) ἀπέδικεν ἀπέταμεν· (ἀπόπολις δ'ἔσει).

Fortasse facili mutatione lectionis Weilianae scribendum est:

σ' ἀπέδικέν σ' ἀπέταμ', | ἀπόπολις δ'ἔσει.

Item Soph. Oed. R. 1350, ubi hoc fere traditum est:
(ὄλοιθ' ὅςτις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας) νομάδος ἐπιποδίας (ἔλαβέ μ' ἀπό τε φόνου),
irrita est et Elmsleiana coniectura, quam Dindorf recepit:

νομάδ' ἐπιποδίας

et Bothiana, quae Bergkio et Hartungo est probata:

νομὰς ἐπιποδίας.

Item Ar. av. 1265 (μηδέ τιν' ἱερόθυτον) ἀνὰ δάπεδον ἔτι non cum Meinekio ἂν ante ἔτι inserendum est ad dochmium explendum, sed fortasse cum Christio (Metr. ed. alt. p. 439) scribendum

ἀνὰ [τὸ] δάπεδον ἔτι.

§ 16.

Nunc perlustremus pauca dochmiorum exempla, quorum thesis secunda sola est soluta. Ne in horum quidem fere ullo omissam esse caesuram ante thesin solutam (id est post syllabam secundam) par est. Exempla vero haec sunt:

1) Aesch. Sept. 86 b *θεαί τ', ὀρόμενον*, nisi pro *ὀρόμενον* malis legere *ὄρμενον* || 2) 127 a *σύ τ', ὦ Διογενές* || 3) Suppl. 430 b *δίκας ἀγομέναν* || 4) ant. 435 b *μένει δορὶ τίνειν* || 5) 635 b *κτίσαι μάχλον Ἄρη* || 6) ant. 648 b (*δυςπόλεμον, τὸν οὔ*)*τις ἂν δόμος ἔχοι* || 7) et 8) Eum. 791 a : 821 a *ἰὼ μεγάλα τοι* || 9) Soph. Ai. 879 b *τίς ἂν φιλοπόνων* || 10) Ant. 1289 *τί φῄς, τίνα λέγεις* (*νέον μοι νέῳ*[1]) || 11) Eur. Ion. 784 a *πῶς φῄς; ἄφατον ἄρ*(*ρητον ἀναύδητον*) || 12) Troad. 247 *τοὐμὸν δὲ τίς ἄρ' ἔλα*(*χε τέκος, ἔνεπε*) || 13) Hel. 655 b (*ἐμὰ δὲ δάκρυα χαρ*)*μονᾶν πλέον ἔχει* || 14) Iph. Taur. 840 *πρόσω τάδ' ἐπέβα*, quod Nauck et Weil ita transponunt: *τάδ' ἐπέβα πρόσω* || 15) Or. 146 a *λεπτοῦ δόνακος, ὦ* || 16) ant. 158 a *ὕπνου γλυκυτάταν* || 17) 344 a *λάβροις ὀλεθρίοι*(*σιν ἐν κύμασιν*) || 18) 1267 *κόρας διάδοτε δι*(*ὰ* e.q.s. cfr. p. 57) || 19) 1306 a *δόρει*[2] *παρὰ ποταμόν* || Huc addiderim hos versus Sophocleos a me supra (p. 48) restitutos 20) et 21) Soph. Oed. rex 1313 : 1321 (*ἰώ*) *σκότου νέφος ἐμὸν ἀ*(*πότροπον, ἐπιπλόμενον*) ant. (*ἰώ*) *φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐ*(*πίπολος ἔτι μόνιμος*) et 22) Euripideum Hel. 650 *πόσιν* [*πόσιν*] *ἔχομεν* (cfr. p. 43.)

Tres versiculos, qui huic regulae obstare videntur, Aesch. Eum. 840 b : 873 b (*πνέω τοι μένος*) *ἅπαντά τε κότον*, Eur. Hipp. 815 c (*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ, σᾶς χερὸς*) *πάλαισμα μελέας*, ut taceam quam male ex parte traditi sint, contenderim non dochmios esse, sed tripodias iambicas tertio pede syncopatas (⏑ — ⏑ ⏖ ⏗).[3] Ceterum non male Engerus locum Euripideum sic restituit (Philol. XII p. 418):

(*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ σᾶς πάλαι*)*σμα μελέας χερός.*

---

[1] Ita fere Hermannus restituit dochmios sic traditos: *ὦ παῖ τίνα λέγεις μοι νέον λόγον.* [2] *δόρει* Hermannus scripsit pro *δορὶ* tradito. [3] De hac forma cfr. § 18.

§ 17.

Praeterea versuum dochmiacorum originem iambicam probare mihi videtur crebra omnium numerorum iambicorum cum iis consociatio, quae et ita fit, ut iambis solis integri versus efficiantur a dochmiis, quos aut praecedunt aut sequuntur, separati, et ita, ut iambi in unius versus corpus cum illis sint redigendi. Neque infimum locum in his versibus iambicis obtinent tripodiae et ὁλόκληροι et syncopatae. De quibus fusius disserendum esse mihi videtur et quod cognatione proxima cum dochmiis sunt coniunctae et quod cum ὁλοκλήρων tum syncopatarum tam magnam partem viri docti coniecturis removerunt, ut Seidler, Hermann, Dindorf, Christ, cum magnum numerorum iambicorum per dipodias decurrentium cum dochmiis coniunctorum cumulum congesserint, pauca tantum tripodiarum cum iis consociatarum exempla admittant [1] atque ne haec quidem omni dubitatione carere putent.

Tripodias Sophocleas in integrum restituit Goldmann.[2] Quamquam modum excessit, cum retineret haec cola etiam si in antistropha legeretur dochmius. E. g. ut respondeat facit Ant. v. 1340 (ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ) ἑκὼν κατέκτανον, ubi pro κατέκτανον Dindorf cum Hermanno scribit κάκτανον, versui 1319 (ἐγὼ γάρ σ', ἐγὼ) ἔκανον, ὦ μέλεος. item Oed. r. 1360 νῦν δ' ἄθλιος μέν εἰμ' (ἀνοσίων δὲ παῖς), versui 1340 ἀπάγετ' ἐκτόπιον (ὅτι τάχιστά με), quo loco plerique editores dochmium restituerunt cum Elmsleio ἄθλιος mutantes in ἄθεος. item 1365 (εἰ δέ τι πρεσβύτερον) ἔφυ κακοῦ κακόν versui 1345 (τὸν καταρατότατον,) ἔτι δὲ καὶ θεοῖς, ubi editores cum Hermanno ἔτι pro ἔφυ scribunt.

Itaque valde dubito, num servari possit lectio tradita Eur. Or. 336 πορεύων τις ἐς | δόμους ἀλαστόρων, cui respondet in stropha v. 321 μελάγχρωτες Εὐ|μενίδες, αἵτε τόν, quam tripodiam ut in metrum dochmiacum redigerent editores δόμους

---

[1] Seidler, de vers. dochm. p. 119; Hermann, elem. doctr. metr. p. 258; Dindorf, praef. poet. scaen. Graec. p. 48; Christ, Metr.[2] p. 443.

[2] De dochm. usu Sophocl. p. 35; quaest. Sophocl. p. 15—32.

mutaverunt aut in *δόμον* aut in *δώματ'* aut in *ὄμματ'* (Wecklein, anal. Eurip. p. 197).

Deinde dubito, utrum Eur. Or. 1247 : 1267 codicum lectio sit tuenda:

1247 ∪ — ∪ ⏑⏑ ∪ — | ∪ ⏑⏑ ⋀– ∪̄ —
τὰ πρῶτα κατὰ Πελασ|γὸν ἕδος Ἀργείων
ant. 1267 ∪ — ⋀ ⏑⏑ ∪ ⏑⏑ | ∪ — ∪ — — —
κόρας διάδοτε[1] *δι|ὰ βοστρύχων παντᾶ,*

an in stropha Hartungi coniectura, quae in plerisque editionibus legitur, sit recipienda:

τὰ πρῶτ' ἀνὰ Πελασ|γὸν ἕδος Ἀργείων,

in antistropha cum Bergkio *βοτρύχων* pro *βοστρύχων* scribendum.

Fidei tamen minus dubiae mihi videntur esse e. g. hae tripodiae *ὁλόκληροι*, quae aut versiculos peculiares efficiunt aut cum praecedente vel sequente dochmio copulandae sunt:

Aesch. Suppl. 430 *ἀπὸ βρετέων βίᾳ δίκας ἀγομέναν*
ἱππηδὸν ἀμπύκων.
ant. 435 *ὁπότερ' ἂν κτίσῃς, μένει δορὶ τίνειν*
ὁμοιίαν θέμιν,

ubi *ὁμοιίαν* Klausenus restituit, cum cod. Med. praebeat *ὁμοίαν*. Eundem versum Bamberger ita in metrum dochmiacum redigere studuit,[2] ut retenta in antistropha codicis scriptura pro *ἱππηδὸν* in stropha scriberet *ἱππαδὸν* coll. *ὁμιλαδὸν, ἰλαδὸν.*

Soph. El. 1245 *ὀτοτοτοτοῖ τοτοῖ* (cod. *ὀτοττοῖ*)
ant. 1265 *ἔφρασας ὑπερτέραν*, nisi in stropha malis scribere *ὀτοτοτοῖ τοτοῖ*, in antistropha *φράσας* pro *ἔφρασας*.

Eur. Ion. 796 *ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην | αἰθέρα πόρσω γαίας Ἑλλανίας* || Iph. Taur. 651 (cfr. p. 61) *ὦ σχέτλιοι πομπαί. φεῦ φεῦ, διόλλυσαι.*

Cum dochmiis sequentibus conectendae videntur esse hae tripodiae in singulorum versuum corpora:

∪ — ∪ — ∪ — | ∪ ⏑⏑ ⋀– ∪ —

---

[1] Codd. *κόραισι δίδοτε*, quod Canterus mutavit. [2] Opusc. phil. p. 111.

Aesch. Ag. 1114 : 1125 *ἰή, παπαῖ παπαῖ,* | *τί τόδε φαίνεται;* ant. *ἆ ἆ, ἰδοὺ ἰδού,* | *ἄπεχε τᾶς βοὸς,* quos versus in metrum dochmiacum licet redigere facili exclamationis *ἰή* in *ἠέ* mutatione || Eur. Hipp. 594 *τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφη|νε, διὰ δ' ὄλλυσαι,* ubi Seidler pro *κρυπτὰ γὰρ* scripsit *κρύπτ' ἄρα,* quod cum alii tum Dindorf receperunt[1] || Hipp. 821 *κατακονὰ μὲν οὖν* | *ἀβίοτος βίου* || ant. 840 *τίνος κλύω, πόθεν* | *θανάσιμος τύχα* || Troad. 1227 (*αἰαῖ, πικρὸν*) *ὄδυρμα γαῖά σ', ὦ* | *τέκνον, δέξεται,* ubi verbis *πικρὸν* — *ὦ* reliquias effici duorum dochmiorum Hermannus censet, quos restituere studet: (*αἰαῖ* υ —) *πατρίδι πατρίδι, γᾶ* | *πικρὸν ὄδυρμά σ', ὦ.*

υ — υ — υ — | υ ω͡ ⋀‾ — —

Eur. Hec. 1084 *τέκνων ἐμῶν φύλαξ*[2] | *ὀλέθριον κοίταν.*

Sequitur tripodia dochmium, cum quo conectenda est:

υ ω͡ ⋀‾ υ — | υ ω͡ υ — υ —

Eur. Iph. Taur. 649 *σεβόμεθ', ἐς πάτραν* | *ὅτι πόδ' ἐπεμβάσει.* (Vide p. 61).

— ω͡ ⋀‾ υ ω͡ | υ ω υ — υ —

Eur. Hec. 703 *ὤμοι, αἰαῖ, ἔμαθον*[3] | *ἐνύπνιον ὀμμάτων,* quo in versu Hermann *ἐνύπνιον* cum forma inusitata *ἔνυπνον* mutavit, quam plerique editores receperunt. 715 b *οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκ|τά. ποῦ δίκα ξένων;*

— ω͡ ⋀‾ ω —[4] | υ — υ — — —

Eur. Troad. 286 *ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖ|σε διπτύχῳ γλώσσᾳ.*

---

[1] Weil in mus. Rhen. XXII p. 351 proponit *τὰ κρύπτ' ἀμπέφη|νε,* Barthold in mus. Rhen. XXXI p. 337 *τὰ κρύπτ' ἐκπέφη|νε* coll. v. 42, 368 etc. [2] Hartung hunc dochmium restituit: *τέκνων μου φύλαξ.* [3] Versum dimetrum dochmiacum hac forma insignem: — ω͡ ⋀ ω͡ υ ω͡ | υ ω͡ ⋀‾ υ — statui posse negaverim ideo, quod syllaba longa in thesi secunda versus dochmiaci posita non solet vocali sequente corripi. [4] De hac forma dochmiaca vide § 21.

§ 18.

Tripodiarum iambicarum syncopatarum duplex est ratio. Per syncopae enim artificium possunt sublatae esse aut singulae arses aut complures. Atque earum, in quibus una arsis est syncopata, tria genera sunt discernenda:

a) ea cola, in quibus syncopata est arsis prima, quae speciem prae se ferunt tripodiarum trochaicarum catalecticarum (⋀⏗ ⏑ – ⏓ –);

b) ea, quorum secunda arsis sublata est, id est dochmii;

c) tripodiae arsi tertia sublata insignes (⏓ ⏖ ⏑ ⏗ ⋀–).

Ex his tribus colis consentaneum est nullum frequentius ad eiusdem versus corpus cum dochmio coniungi quam dochmium ipsum. Sed ne reliquarum quidem formarum cum dochmiis coniunctarum desunt exempla.

Tripodias prima arsi per syncopam orbatas cum dochmiis coniunctas collegerunt Seidler, de vers. dochm. p. 114, 160 et Christ, Metr.[2] p. 441 (cfr. etiam supra p. 53 sq.), quamquam uterque eas habet pro tripodiis trochaicis catalecticis. Quarum cum dochmiis consociationem hic explicare studet ex cognatione, quae inter versus trochaicos et creticos intercedat, quos saepissime occurrere coniunctos cum dochmiis constet; quam explicandi rationem non vereor ne sint qui meae praeferant.

Atque praecedit quidem e. g. haec tripodia dochmium:

⋀– ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ – ⏑ –

Eur. Heracl. 82 *λαόν; ἢ πέρα|θεν ἀλίῳ πλάτᾳ* || ant. 103 *χειρὶ δαιμόνων* | *ἀπολιπεῖν σφ' ἕδη* || Ion. 799 *οἷον οἷον ἄλ|γος ἔπαθον, φίλαι* || 1467 a *ἀλίου δ' ἀνα|βλέπει λαμπάσιν,* quod colon ut in metrum dochmiacum redigeret, Hermann *ἀλίου* mutavit in *ἀελίου* || Or. 140 *σῖγα σῖγα, λεπ|τὸν ἴχνος ἀρβύλης* || ant. 153 *πῶς ἔχει; λόγου* | *μετάδος, ὦ φίλα* (cfr. p. 54).

In fine adhaeret dochmio tripodia: ⏑ ⏖ ⋀– ⏓ – | ⋀– ⏑ – ⏑ – Aesch. Sept. 566 *ἀνοσίων ἀνδρῶν.* | *εἴθε γὰρ θεοί* || ant. 629 *ἐπιμόλους· πύργων* | *δ' ἔκτοθεν βαλών*[1] || Eur. Alc. 394

[1] Cfr. tamen p. 63.

ἰώ μοι τύχας. | *μαῖα δὴ κάτω* || ant. 407 *νέος ἐγώ, πάτερ* | *λεί-πομαι φίλας* || Hec. 1033 *θανάσιμον πρὸς Ἅι|δαν, ἰὼ τάλας,* quem versum non intellego quo iure Wecklein pariterque alii editores habeant pro dochmio, ita ut prima syllaba interiectionis *ἰώ* producatur. Hartung, ut restitueret dochmium, scripsit *Ἅι|δαν, ὤ, φεῦ, τάλας* || Andr. 834 *καλύπτειν πέπλοις* | *στέρνα; δῆλα καί,* in quo versu Hartung *στέρνα* mutavit in *στῆθος* || Phoen. 293 *γονυπετεῖς ἕδρας* | *προςπίτνω σ', ἄναξ,* qui versus etiam dimeter dochmiacus esse potest et vulgo habetur.

Quod tripodias primo pede syncopatas nisi thesibus non solutis insignes proferre non possumus, cum tripodias non syncopatas omnes et eas, in quibus thesis prima sola, et eas, in quibus complures sunt solutae, viderimus esse copulatas cum dochmiis, inde fit, quod tripodiae, quarum thesis secunda sola est soluta, omnino raro occurrunt, tripodiae autem syncopatae primo pede, quarum thesis prima est soluta, a dochmiis hac forma conspicuis ⏑ ⏖ ∧⏗ ⏑ — non possunt discerni. In versiculis utraque thesi soluta decurrentibus caesura praebere potest indicium, utrum dochmium habeas an tripodiam primo pede syncopatam. Haec enim est statuenda, ubi deest caesura post syllabam tertiam. Contra ei versus, qui exhibent illam caesuram, possunt videri et tripodiae primo et tripodiae secundo pede syncopatae, nisi verbi vinculo cum versu praecedente cohaerent; quae coniunctio prohibet, quominus ante versum pausa statui et versiculus pro tripodia primo pede syncopata possit haberi.

Tripodiae tertio pede syncopatae ubi dochmiis vel tripodiis secundo pede syncopatis praecedunt, cum iis efficiunt has hexapodias in fabulis poetarum tragicorum frequentes: ⏑ — ⏑ ⏖ ⏗ | ⏓ ⏖ ∧⏗ ⏑ —, quarum maximam partem haud scio an viri docti malint sic in dipodias secernere: ⏑ — ⏑ ⏖ | ⏗ ⏑ ⏖ | ⏗ ⏑ —. Cui distributioni fortasse illa praestat his locis:

Aesch. Sept. 167 *ἰὼ τέλειοι* | *τέλειαί τε γᾶς* || ant. 175 *λυτήριοί τ' ἀμ|φιβάντες πόλιν* || Eum. 148 *ὕπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα* || ant. 154 *τί τῶνδ' ἐρεῖ τις* | *δικαίως ἔχειν,* aliis.

Sequitur dochmium tripodia iambica tertio pede syncopata fortasse Eur. Hipp. 837 *μετοικεῖν σκότῳ | θανὼν ὁ τλάμων*, qui versus vulgo pro dimetro dochmiaco habetur. Quodsi putamus Euripidem nonnunquam adeo neglegenter leges metricas observasse, ut in stropha dochmium, in antistropha hunc versiculum scriberet, haud scio an huc referri possit etiam El. 1161 *πέλεκυν ἐν χεροῖν | λαβοῦσα. τλάμων*, cui versui respondet in stropha v. 1151 *σχέτλια, τί με, γύναι, | φονεύεις, φίλαν.*

Tria genera versuum syncopatorum coniuncta sunt Eur. Heracl. 81—82 : 102—103:

⏒ — ⏑ — ⏗ | Λ⏗ ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏑⏑ ⏗ ⏑ —
ξύνοικον ἦλθες | λαόν; ἢ πέρα|θεν ἁλίῳ πλάτᾳ.
ant. *καὶ μὴ βιαίῳ | χειρὶ δαιμόνων | ἀπολιπεῖν σφ' ἕδη.*

Omnia genera tripodiarum iambicarum, atque in his etiam tripodia *ὁλόκληρος* sunt conglomerata Eur. Iph. Taur. 647 – 656, quo loco diversissimis coniecturis partim a grammatices regulis pariter atque a sensu abhorrentibus viri docti metrum dochmiacum restituere studuerunt:

⏑ ⏑⏑ ⏗ ⏑ ⏑⏑ | Λ⏗ ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑⏑ Λ⏗ ⏑ — | ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | — — ⏑ —
— ⏑⏑ ⏗ — —
— — ⏑ — ⏑ — aut ⏗ ⏗ | ⏑ — ⏑ —
— — ⏗ ⏗ ? (Vide § 19)
⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏗
⏑ ⏑⏑ Λ⏗ ⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑⏑ Λ ⏑⏑ ⏑ —
⏑ ⏑⏑ Λ⏗ ⏑ — | ⏑ — ⏗ ⏑ —

ΧΟ. σὲ δὲ τύχας μάκαρος, | ὦ νεανία,
σεβόμεθ', ἐς πάτραν | ὅτι πόδ' ἐπεμβάσει.
ΠΥ. ἄζηλά τοι φίλοισι, θνησκόντων φίλων.
ΧΟ. ὦ σχέτλιοι πομπαί.
φεῦ φεῦ, διόλλυσαι.

αἰαῖ αἰαῖ.
πότερος ὁ μέλλων;
ἔτι γὰρ ἀμφίλογα | δίδυμα μέμονε φρήν,
σὲ πάρος ἢ σ' ἀνα|στενάξω γόοις.[1])

§ 19.

Ad tripodias iambicas binis arsibus suppressis insignes fortasse revocandae sunt exclamationes quaedam, velut *οἰοῖ δᾶ, φεῦ* Aesch. Eum. 841 : 874 et *αἰαῖ αἰαῖ*, ubi haec verba sola colon efficiunt neque cum sequentibus ad dochmii formam sunt comprehendenda, velut in stropha, quam modo descripsimus, Eur. Iph. Taur. 653, nec non Andr. 828 et quae verba iis hoc loco respondent in stropha v. 825 *ἰώ μοί μοι*, quas exclamationes tripodiam iambicam secundo et tertio pede syncopatam efficere suspicor (⏑̄ — ⋀⏗ ⏗).

Eiusmodi colon dochmium excipit Eur. Hipp. 672 *ἐτύχομεν δίκας, | ὦ γᾶ καὶ φῶς*, ubi plerique editores cum Heathio scribunt *ἰώ* pro *ὦ*.

Praecedit tripodia primo et secundo pede syncopata (⏗ ⏗ ⏑ —) e. g. dochmium Hipp. 866 *φεῦ φεῦ. τόδ' αὖ | νεοχμὸν ἐκδοχαῖς*. Valde dubiae fidei sunt exempla tria Sophoclea, quae Goldmann (quaest. Soph. spec. p. 17) defendit, cum respondeant in antistrophis dochmii: Ai. 879 *τίς ἂν δή μοι*, quo in colo editores cum Hermanno *δῆτα* pro *δή* scribunt, quia in

[1] V. 648, ut dimeter dochmiacus restitueretur, sic a viris doctis est temptatus: Seidler: *σὺ δὲ τύχας μάκαρος, | ἰὼ νεανία* || Hermann, quem sequitur Hartung: *σὲ δὲ τύχας μάκαρ, | σὲ δ' ὦ νεανία* || Kirchhoff et Dindorf: *σὲ δὲ τύχας μακαρίας, ὦ νεανία* || Schoene: *σὲ δ', ὁ τύχας μακάρι|ος, ὦ νεανία* || Koechly: *σὲ δὲ τύχας, μακάρι|ος ὦ νεανία.*

V. 652 emendandi haec mihi innotuerunt temptamina: Monk: (*φεῦ, φεῦ*) *σὺ δὲ διόλλυσαι* || Kirchhoff: *φεῦ φεῦ ἀπόλλυσαι* || Schoene: *φεῦ, σὺ διόλλυσαι.*

V. 654 Dindorfio videtur esse mutilus, sive *μέλλων* retineatur sive *μᾶλλον* (intellecto *διολλύμενος*) cum Musgravio scribatur. Alii haec proposuerunt: Schoene: *πότερος ὁ μὴ μέλλων* || Weil: *πότερον οὖν μᾶλλον* || Bergk: *πότερος ὁ μᾶλλον μέλων* || Koechly: *πότερος ὁ μέλεος ὤν* || Hartung: *πότερος ὁ μᾶλλον αὖ.*

antistropha v. 925 legitur dochmius hic: *ἔμελλες, τάλας* || Ai. 926 *στερεόφρων ἐξ|ανύσσειν κακάν*, quem versum editores cogunt in dimetrum dochmiacum, qui in stropha occurrit, scribendo: *στερεόφρων ἄρ' ὤδ' | ἐξανύσειν κακάν* || Oed. r. 1315 *δυσούριστον*, ad quam vocem *ὄν* esse addendum iam p. 47 diximus.

Tripodiam primo et secundo pede syncopatam, in qua vacuo tempore poetam voluisse rhythmi legem restituere solutae theses, ante quas exciderunt arses, indicant, insertam esse opinor dochmiis Eur. Or. 185 : 206

⏑ ⏖ ∧ ⏖ ⏑ ⏖ | ∧ ⏖ ∧ ⏖ ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏗ ⏑ —

str. *στόματος ἀνακέλαδον | ἀπὸ λέχεος, ἥ|συχον ὕπνου χαράν.*
ant. *ἄγαμος, ἔπιδ', ἄτεκνος | ἄτε βίοτον ά| μέλεος εἰς τὸν αἰ(ὲν ἕλκω χρόνον).*[1]

Conglomeratae denique mihi videntur esse diversae huius generis tripodiae in stropha dochmiaca Aeschylea Sept. 563—567 : 626—630, quam sic descripserim:

⏑ — ⏗ ⏑ — | ⏑ — ∧⏗ ⏑ —
— ⏖ ∧⏗ ⏑ — | ⏑̄ ⏖ ∧⏗ ⏑ —
∧ ⏖ ⏑ ⏖ ⏗ | ⏑ — ⏑ — ⏗ aut ∧ ⏖ ⏑ ⏖ | ∧⏗ ⏑ — | ⏑ — ⏗
⏑ ⏖ ⏗ — — | ∧⏗ ⏑ — ⏑ — aut ⏑ ⏖ ∧⏗ | — — ∧⏗ | ⏑ — ⏑ —
— ⏖ ⏗ ⏑ — ⏗

str. *Ἱκνεῖται λόγος | διὰ στηθέων,*
καὶ τριχὸς ὄρθιος[2] *| πλόκαμος ἵσταται,*
μεγάλα μεγαλη|γόρων κλυούσας[3]
ἀνοσίων ἀνδρῶν. | εἴθε γὰρ θεοὶ[4]
τούσδ' ὀλέσειαν ἐν γᾷ.

ant. *κλύοντες θεοὶ | δικαίας λιτὰς*
ἁμετέρας τελεῖθ', | ὡς πόλις εὐτυχῇ,

---

[1] Ut dochmios restitueret, Hermannus in stropha particulam *δὲ* inter *ἀπὸ* et *λέχεος* inseruit, in antistropha scripsit: *ἄγαμος ἐπεὶ, ἄτεκνος, | ἀτρέμα βίοτον ἁ* e. q. s. [2] Med. *τριχὸς δ' ὀρθίας*, quod Blomfieldus mutavit. [3] Med. *κλύων*. [4] Med. *ἐι θεῶι* (correctum *θεοὶ*).

δορίπονα κάκ' ἐκ|τρέποντες ἐς[1] *γᾶς*
ἐπιμόλους· πύργων | δ' ἔκτοθεν βαλὼν
Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ.

§ 20.

Ceteri numeri iambici, ad quos refero omnes versus bacchiacos, creticos, antispasticos, trochaicos, logaoedicos qui habentur cum dochmiis coniunctos, quomodo cum his sint conexi, apparebit stropharum nonnullarum dochmiacarum descriptione.

Aesch. Prom. 574—588 : (593— 608):

Ὑπὸ δὲ κηρόπλασ|τος ὀτοβεῖ δόναξ
ἀχέτας | ὑπνοδόταν νόμον.
ἰὼ ἰὼ πόποι,
ποῖ μ' ἄγουσιν ᴗ —
τηλέπλανοι πλάναι;[2]
τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ταῖςδ' ἐνέζευ-
ξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν,[3]
ἐή,
οἰστρηλάτῳ δὲ
δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;
πυρί [με] φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ[4]
ποντίοις | δάκεσι δὸς βοράν,
μηδέ μοι φθονήσῃς
εὐγμάτων, ἄναξ.
ἄδην με πολύπλανοι πλάναι
γεγυμνάκασιν, οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπη
πημονὰς ἀλύξω.
κλύεις φθέγμα τᾶς | βούκερω παρθένου;

---

[1] *ἐς* deest in Mediceo. [2] Med. *ἰὼ ἰὼ ποῖ ποῖ ᾽πόποι ᾽πόποι πῇ μ' ἄγουσι.* [3] Editores cum Hermanno *πημοναῖσιν* mutant in *πημοσύναις*, in ant. *φοιταλέοισιν* in *φοιταλέοις*, haec verba cum sequentibus exclamationibus ad dochmium consociantes Med. *ἓ ἕ.* [4] *με* addidit Elmsleius.

υ ϖ Λ̲̄ υ — | υ ϖ Λ̲̄ υ —	Dim. dochmiacus.
Λ̲̄ υ — | υ ϖ Λ̲̄ υ —	Creticus + dochmius, vel pentapodia iamb.
υ ϖ Λ̲̄ υ —	Dochmius.
Λ̲̄ υ — ⊔ υ —	Dim. cret. vel tetrapodia iamb.
⏗ ϖ Λ̲̄ υ —	Dochmius.
υ ϖ Λ̲̄ υ ϖ Λ̲̄ | υ ϖ ⊔ υ — —	Tetrameter bacchiacus vel duae tetrap. iamb.
υ — ⊔ υ — — | υ — ⊔ υ — ⊔	" " "
υ —	Iambus.
⊔ — υ — ῡ	Tetrap. iamb catal.
— ϖ Λ̲̄ ῡ —	Dochmius.
ʹυ ϖ υ — | υ — ⊔	Tetrap. iamb.
υ ϖ Λ̲̄ υ — | υ ϖ ⊔ υ —	Dimet. dochmiacus.
Λ̲̄ υ — | υ ϖ Λ̲̄ υ —	Cret. + dochm., vel pentap iambica.
Λ̲̄ υ — | υ — —	Tetrap. iamb.
Λ̲̄ υ — υ —	Trip. iamb.
υ — υ ϖ | υ — υ —	Tetrap. iamb.
υ — υ — | υ — υ — | υ — υ —	Hexapod. iamb.
Λ̲̄ υ — | υ — ⊔	Tetrap. iamb.
υ — Λ̲̄ υ — | Λ̲̄ υ — Λ̲̄ υ —	Dochm. + dim. creticus vel + tetrapod. iamb.

Soph. Oed. Col. 1447—1456 (:1462—1471):

Str. *Νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι*
[νέα] βαρύποτμα κακὰ | παρ' ἀλαοῦ ξένου,
εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει.
μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι.
ὁρᾷ ὁρᾷ πάντ' ἀεὶ | χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖ|θις αὔξων ἄνω.
ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

υ ϖ υ ϖ | υ — υ —	Tetrapodia iambica.
Λ ϖ υ ϖ υ ϖ | υ ϖ ⊔ υ — aut (in antistr.):	Trip. iamb. primo pede sync. + dochmius; in antistr. fortasse dim. dochm.
υ ϖ Λ ϖ υ ϖ | υ ϖ Λ̲̄ υ —	
Λ̲̄ υ — | υ — Λ̲̄ υ —	Creticus + dochm., vel pentap. iamb.

ῡ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	Duae tetrap. iamb.
⏑ – ⏑ – | Λ– ⏑ – | Λ ⏖ ⏑ – | Λ ⏖ ⏑	Diiambus + trim. creticus, vel duae tetrapodiae iamb.
⏑ ⏖ Λ– ⏑ – | ⏑ – Λ– ⏑ –	Dim. dochmiacus.
– ⏖ Λ– – – –	Dochmius hypercatal. vel tetrap. iambica.

Ex strophis dochmiacis Euripideis locum habeat Hipp. (362–372): 669–679:

Ant. τάλανες ὦ κακοτυχεῖς
γυναικῶν πότμοι.
τίνας νῦν τέχνας | ἔχομεν ἢ λόγους
σφαλεῖσαι κάθαμ|μα λύειν λόγου;
ἐτύχομεν δίκας, | ὦ γᾶ καὶ φῶς.[1]
πᾶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς ἢ τίς ἂν βροτῶν
πάρεδρος ἢ ξυνερ|γὸς ἀδίκων ἔργων
φανείη; τὸ γὰρ | παρ' ἡμῖν πάθος
παρὸν δυςεκπέρατον ἔρχεται βίου.
κακοτυχεστάτα | γυναικῶν ἐγώ.

Λ ⏖ ⏑ – | Λ ⏖ ⏑ –	Dim. cret. vel tetrap. iamb.
⏑ – – ⏑ –	Dochmius.
⏑ – Λ– ⏑ – | ⏑ ⏖ Λ– ⏑ –	Dim. dochmiacus.
⏑ – – ⏑ | ⏑ – Λ– ⏑ –	" "
⏑ ⏖ – ⏑ – | – – – –	Dochm. + trip. iamb. secundo et tertio pede syncopata.
Λ– ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –	Creticus + dochmius, vel pentap. iamb.
Λ– ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –	" " "
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	Hexapod. iambica.
⏑ ⏖ Λ– ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ – ῡ –	Dim. dochmiacus.
⏑ – – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –	" "
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	Hexap. iamb.
⏑ ⏖ Λ– ⏑ – | ⏑ – Λ– ⏑ –	Dimeter dochmiacus.

[1] Fortasse cum Heathio est scribendum ἰὼ pro ὦ (cfr. p. 62). Versus strophici traditio est corruptissima.

§ 21.

De natura iambica versus dochmiaci quoniam omnis videtur dubitatio remota esse, non iam est cur reiciamus eas formas dochmiacas, quae multis viris doctis adeo mendosae videbantur esse, ut eas coniecturis tollere studerent, eos dico dochmios, quorum arsis prima aut altera non una, sed duabus syllabis brevibus efficitur, id est eos, quorum pes primus aut tertius est anapaestus „cyclicus“. Quamquam maiore in iis admittendis cautione opus esse existimo, quam qua Goldmann utitur, qui hanc formam locis Sophocleis nonnullis inculcat, qui alio modo explicandi sunt. Veluti Soph. Oed. Col. 1447 et 1448 : 1462 et 1463 statuit hunc dochmium (de dochm. us. Soph. p. 19):

⏖ ⏖́ ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏖ ⏑ —

⏑ — — ⏑ — | ⏑ — — ⏑ —

ant.: *μέγας ἴδε μέγας ἐρεί|πεται κτύπος ἄφατος | ὅδε διόβολος· ἐς δ'| ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλ|θε κρατὸς φόβαν*

qui locus quomodo sit distinguendus modo ostendimus. Certa vero exempla dochmiorum, quorum pes tertius efficitur anapaesto cyclico, mihi videntur haec esse: Aesch. Suppl. 349 *ἴδε με τὰν ἱκέτιν (φυγάδα περίδρομον)* || ant. 361 *σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου (μάθε γεραιόφρων)* || Eur. Med. 1259 (*κάτειρ|γε, κατάπαυσον ἔξ)ελ' οἴκων φονίαν (τάλαινάν τ' Ἐρι|νὺν ὑπ' ἀλαστόρων*), ubi Seidler restituere studuit dochmium purum transponendo: (*ἔξ)ελ' οἴκων τάλαι|ναν φονίαν τ' Ἐρι|νὺν ὑπ' ἀλαστόρων*, quod vulgo in editionibus legitur. In versu antistrophae, v. 1269, qui ita est traditus: (*μιά|σματ' ἐπὶ γαῖαν αὐ)τοφόνταις σύνοι(δα* [aut *συνῳδὰ*] *θεόθεν πίτνοντ' | ἐπὶ δόμοις ἄχη*), pro *ξυνῳδά*, quod editores plerique receperunt, restituenda mihi videtur forma *ξυναοιδά*, quam altero loco Euripideo, ubi est tradita, Herc. 787 *λιποῦσαί μοι ξυναοιδοί* metrum tuetur, qua recepta plena cum versu strophico responsio efficitur || Troad. 286 *ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖ(σε διπτύχῳ γλώσσᾳ)*.

Dochmiorum, quorum pes primus efficitur anapaesto cyclico, certa exempla proferre possum nulla.

§ 22.

Probasse mihi videor dochmium esse tripodiam iambicam secundo pede syncopatam atque hunc in modum describendam:

⏓ ⏖ ∧⏖ ⏓ ⏖

Hoc colon societatem init et cum aliis tripodiis iambicis id est cum pedibus iambicis novem morarum et cum pedibus sex morarum iambicis (dipodiis puris, bacchiis, creticis). Singulos iambos dochmiis adnexos cum his in tetrapodiarum corpus esse coniungendos puto. Hexapodias denique iambicas, quae in strophis dochmiacis occurrunt, in suspenso relinquo utrum malis constare ex duobus pedibus novenarum morarum:

⏑ — ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — ⏑ —,

an ex tribus senarum morarum:

⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —.

Mihi illud praestare videtur.

§ 23.

Superest, ut de loco Aristoxeneo quid censeamus explicemus, quem sunt qui ad versum dochmiacum pertinere putent. Legitur is locus in fine libri *ῥυθμικῶν στοιχείων*, ubi Aristoxenus de magnitudine pedum rhythmicorum locutus cum de pedibus ternas, quaternas, quinas, senas moras continentibus disseruisset, pedem octo morarum commemorat his verbis: *Ὥστε πέμπτοι ἂν εἴησαν οἱ ἐν ὀκτασήμῳ μεγέθει. ἔσονται δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει, ἐπειδήπερ* .... (Cetera desunt). Quo loco ii ex viris doctis, qui dochmium non esse versum syncopatum neque novem, sed octo morarum putant (nixi locis, de quibus cf. Christ[2] p. 462 sq.), rationem suam firmari contendunt, cum haec verba vix in alium pedem cadere possint atque in dochmium. At non satis respexerunt verba *ἔσονται δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει*, quae quid significent, ex iis apparet, quae Aristoxenus de pedibus *ἐν ἑξασήμῳ μεγέθει* disputat. Verba rhythmici haec sunt: *ἔστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦτο δύο γενῶν κοινόν, τοῦ τε ἰαμβικοῦ καὶ τοῦ δακτυλικοῦ.*

ἐν γὰρ τοῖς ἓξ τριῶν λαμβανομένων λόγων, τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ πενταπλασίου, ὁ μὲν τελευταῖος ῥηθεὶς οὐκ ἔρρυθμός ἐστι, τῶν δὲ λοιπῶν ὁ μὲν τοῦ ἴσου λόγος εἰς τὸ δακτυλικὸν γένος ἐμπεσεῖται, ὁ δὲ τοῦ διπλασίου εἰς τὸ ἰαμβικόν. Pes, quem *οὐκ ἔρρυθμον* Aristoxenus appellat, est eiusmodi, ut thesis quinque moris, arsis una mora constet ⊔⊔ ᴗ aut ᴗ ⊔⊔; pes autem *τοῦ ἴσου* id est qui ad genus dactylicum pertinet est is, in quo et thesis et arsis trium est morarum: ⌴ ⌴; denique pes *τοῦ διπλασίου* sive generis iambici is, in quo thesis cum arsi comparata rationem habet 2 : 1. sive 4 : 2 ⌴ — aut — ⌴. Iam quod ait scriptor pedes octasemos omnes esse generis dactylici, de quibus pedibus cogitet, apertum est. Sunt enim ei pedes, in quibus et thesis et arsis quattuor sunt morarum ⌴ ⌴. Alii vero pedes rhythmici octasemi non exstant, cum neque pes, cuius thesis septem, arsis unius, neque pes, cuius thesis sex, arsis duarum, neque pes, cuius thesis quinque, arsis trium sit morarum, ad legem rhythmicam adaptari possit.

INDEX

VERSUUM DOCHMIACORUM, QUOS TABULAE CONTINENT.

(Numeris utor editionis quintae poetarum scaenicorum Graecorum Dindorfianae, a cuius lectione ubi recessi, in adnotatione significavi.)

Aesch. Prom. 570; 574, 575 bc, 576 c, 580 b, 582 abd, 588 a : 593, 594 bc, 595 b, 600 b, 603 abd, 608 a; 689 bc.[1]

Sept. 78—94, 96—99, 101, 106 b—116, 121—122, 124—125, 127—130, 132—135, 141—143, 145, 149, 152, 154—157, 158, 160, 163—165; 166, 171 : 174, 181 || 203—205, 206 b : 211—213, 214 b; 219—221 : 226—228; 233—234 : 239—240 || 417—420 : 452—455; 482—483 : 522—523; 563—564 : 626—627; 686—687 : 692—693; 698—700 : 705—707 || 874, 876 ab : 880, 885 ab; 888 a, 890 c, 894 : 900 a, 901 c, 905.[2]

Suppl. 347 b—351 a : 359 b—362 a, 363 a; 370 b—371 : 381 b—382; 392—396 b : 402—406 b; 430, 432 : 435, 437 || 630, 634 a, 635—636 a : 643, 646—648 a; 656 ab; 661 a; 666 a; 679, 681 : 689, 691; 736—737, 738 b : 743—744, 745 b; 751—752 a : 758—759 a.[3]

Ag. 1090 : 1095; 1100 b, 1104 : 1107 b, 1111; 1114 b, 1117 b—1118 a, 1121—1123 a, 1124 b : 1125 b, 1128 b—1129 a, 1132—1134 a, 1135 b; 1136 b—1137, 1141, 1143 a, 1144 : 1146 b—1147, 1151, 1153 a, 1154; 1156 b, 1158, 1162, 1164 a, 1166 : 1167 b, 1170, 1173 b, 1175—1177 || 1407 a, 1408 b—1409 : 1426 a, 1427 b—1428.[4]

Choeph. 156—157, 159, 161 || 935—937, 941 : 946—948, 952; 942—943, 945 : 962—963; 953—954, 956 b, 960—961 : 965 a, 966 a, 967 a, 968 a—969, 971—972.[5]

---

[1] De Prom. 574—588 : 593—608 cfr. p. 64.

[2] De Sept. 78 cfr. p. 44; 125 b *πύλαις ἑβδόμαις* lego; de v. 204 cfr. p. 38 sq.; de v. 239 cfr. p. 44 sq. De v. 563—567 : 626—630 cfr. p. 63.

[3] De Suppl. 431 : 436 cfr. p. 57: de v. 691 b cfr. p. 52.

[4] Ag. 1147 cum Blomfieldo scribo *περίβαλον γάρ οἱ*; de v. 1173 cfr. p. 52 et 53; de v. 1407 : 1426 cfr. p. 45; de v. 1410 cfr. p. 54.

[5] Choeph. 157 cum Bambergero ita transpono verba: *κλύε δέ μοι σέβας | κλύ' ὦ δέσποτ' ἐξ*. V. 954 b cum Rossbachio scribo *χθονὸς ἐπορθίαζεν*. V. 960 a cum Heimsoethio pro *ἄξιον δ'* scribo *θέμις δ'*. V. 965 dubius utrum lectio tradita esset servanda an cum Heimsoethio mutandum *ἀμείψει χρόνος* non recepi.

Eum. 143, 146 : 149, 151; 156 a : 163 a; 171, 172 b : 176, 177 b || 255 -256, 257 b—260, 262 b—263, 265—266 a, 268 b, 270 ac, 275 || 778, 781, 784, 792 : 808, 811, 814, 821; 838, 840 a, 842, 845—846 : 871, 873 a, 875, 879—880.[1]

Pers. —

Soph. Ai. 348—350 : 356—358; 364—366 : 379—381; 394—395, 396 b : 412—413, 414 b || 879—884, 886 b, 888, 889 b, 900, 910 : 925—929, 931 b, 934, 935 b, 946, 954.

Ant. 1261—1262, 1264—1266, 1268 - 1269, 1273 b, 1276 : 1284—1285, 1287—1289, 1291—1292, 1296, 1300; 1307—1311 : 1329—1333; 1317—1325 : 1339—1340 a, 1341 b—1346.

El. 1234, 1240, 1250 : 1255, 1262, 1266, 1270; 1385 1388 : 1392, 1395 c.[2]

Oed. Col. 833—836, 841—842 : 876—879, 884—886 || 1449 b, 1450 b, 1455 : 1464, 1465 b, 1470; 1477 b—1481, 1484 : 1490 b—1495, 1499 ab; 1556, 1559 : 1568, 1570.[3]

Oed. rex 656—657 : 685 686; 661—662 : 690—691 || 1313 - 1315 : 1321—1323; 1329 - 1330, 1340—1346 : 1349, 1360—1366.[4]

Phil. 395, 400 b—402 : 510, 516 b—517.

Trach. —

Eur. Alc. 394 a, 395 b, 403 a : 406 a, 407 b, 414—415 a.

Med. 1251 b—1254, 1256 a, 1257 - 1260 : 1261 b—1264, 1266 a, 1267 - 1270; 1273 - 1276, 1279—1280 a, 1281 : 1282—1283, 1286—1287, 1290—1291 a, 1292.[5]

Hipp. 363—365, 366 b, 367 b, 369—370, 372 : 669—672, 673 b, 674 b, 676—677, 679 || 571—574, 579—580, 585, 586 b, 592—593 a, 594—595 || 811—812, 814 - 815 ab, 816; 817—818, 821 b—822, 825—826 : 836—837, 840 b—841, 845; 830—832; 854—855; 866 b - 870; 882—884.[6]

Heracl. 75, 82 b—83, 86 : 95, 103 b—104, 107; 91.[7]

---

[1] De Eum. 256 b cfr. p. 52; de v. 840 b : 873 b cfr. p. 55.

[2] De El. 1246 cfr. p. 52; de 1266 cfr. p. 49.

[3] De Oed. Col. 1447—1456 : 1462 - 1471 cfr. p. 65; de 1479 sq. cfr. p. 46.

[4] De Oed. reg. 1313 : 1321 cfr. p. 47. Hi versus non sunt recepti in tabulam; de v. 1350 cfr. p. 54.

[5] Med. 1252 a scribo *'Αλίου* pro *'Αελίου*. De v. 1259 : 1269 cfr. p. 67.

[6] De Hipp. 362 - 372 : 669 - 679 cfr. p. 66; v. 593 b retineo lectionem traditam; cfr. p. 58. De v. 815 c cfr. p. 55; de v. 837 cfr. p. 61; v. 840 a scribo cum C *τίνος δὴ κλύω;* v. 848 tetrapodia iambica est, non dochmius; falso igitur p. 33 enumeratus est. V. 883 et 884 restituo cum Hartungo sic: *καθέξω δυσεκ|πέρατον κακὸν | ὀλοόν, ὦ πόλις.*

[7] De Heracl. 81—82 : 102—103 cfr. p. 61.

Andr. 834 a. 838 ac, 844—845, 849—850, 854 a, 855—860, 865.

Hec. 181, 183, 186, 191 || 684, 687, 689—690, 694—696, 701, 703 a, 704 a, 706, 710—711, 715 a, 716—720 || 1025—1031, 1033 a, 1034, 1056—1057, 1060—1063, 1066, 1068, 1074, 1084 b; 1106.[1]

Suppl. 1072, 1074—1075, 1078—1079.[2]

Herc. 735—739. 743 b—745, 746 b : 750—753, 757 b – 758, 759 b || 875—878, 884—885, 887a, 888 a, 900—903; 910 b, 912 b, 917—922 || 1017, 1020—1024, 1026. 1035, 1042—1044, 1045 b – 1046, 1052—1054, 1056, 1058, 1059—1060. 1070—1071, 1074, 1080—1081 a, 1085—1086 || 1178, 1180, 1182—1183, 1192 b—1194, 1210—1212.[3]

Ion. 677—679, 681 – 684, 686, 690 : 696 – 697, 700—702, 704, 709; 714 – 715, 719—724: 764, 767, 776, 784, 790, 791 b, 797, 799 b || 1445, 1449, 1452 a, 1453, 1454 b—1455, 1458, 1460—1461, 1467 b, 1470, 1474, 1495.[4]

Troad. 239, 242, 245, 247, 253—254, 256, 262, 265, 272, 276, 284, 286 a, 287, 290, 292 || 308, 310, 313 : 325, 327, 329 || 1216—1217 : 1227 —1228 a; 1230, 1239.[5]

Hel. 627 ab, 629, 635, 640, 643 a, 645, 649—651, 655, 659, 661 b—662 b, 666—667, 670, 673—674, 676—677, 682, 685—687, 690, 694 a, 695, 696 bc.[6]

El. 585, 587, 589 b, 591—595 || 1148—1149 a, 1150—1154 a : 1155—1156 a, 1157—1162 a, 1163—1164; 1169—1171.

Iph. Taur. 643, 646 ac, 651, 655—656 || 830, 834—835, 840, 842, 844, 846—847, 849 bc, 853—854, 856—860 || 870, 871 b—873, 877, 882 bc, 885, 891 ac, 895, 899.[7]

Or. 140 b—144, 145 b—152 : 153 b—156, 157 b—164; 166, 168, 171 b, 175—178, 180, 185 a, 186 : 187, 189, 193, 197—199, 201, 206 a, 207 || 317 b—327, 330 : 331 : 333 b—344, 346—347 || 1247 b—1250, 1254 b —1255, 1261, 1265 : 1269, 1270 bc, 1274 b—1275, 1281, 1285; 1289—1290;

---

[1] De Hec. 703 b et 715 b cfr. p. 58; v. 1031 alterum ὀλέθριον delendum esse puto. De v. 1033 b cfr. p 60.

[2] Suppl. 1074 per calami lapsum p. 36 omissus est.

[3] De Herc. 735—739 cfr. p. 50; de v. 745 cfr. p. 49 sq; de v. 921 sq. cfr. p. 41; de v. 1023 cfr. p. 51; de v. 1059 cfr. p. 43.

[4] De Ion. 776 et 790 cfr. p. 42; de v. 799 et 1467 a cfr. p. 59.

[5] Troad. 247 scribo Κασσάνδραν.; v. 1227 retineo formam στέναζον cum V.

[6] De Hel. 627 c cfr. p. 52; de v. 650 p. 48; de 694 b cfr. p. 52; de 696 a cfr. p. 53.

[7] De Iph Taur. 647—656 cfr. p. 61; v. 859 scribo cum Schoenio et Hartungo δόλιον ἀγόμαν; de v 871—872 cfr. p. 48; de v. 877 cfr. p. 51.

1305—1310 || 1353—1354, 1357—1358, 1361 ac, 1365 : 1537—1538, 1541 —1542, 1545 ac, 1548.[1]

Phoen. 103—104 a, 108, 110, 114—116; 127 b, 130, 149, 156; 165 —166, 169 ab; 175—177 a; 183, 184 b, 187—189 a, 192 || 293, 296—300 || 318 - 319, 322—325, 329, 335, 345, 346 b - 349, 354 || 1287 a, 1288 a, 1289, 1291, 1295, 1299 a, 1300 a, 1301, 1303, 1306; 1341, 1345, 1350 —1351 ab.[2]

Bacch. 977—980, 981 b—982 a, 983—987, 988 b—991 : 997—998 a, 1000, 1001 b—1002 a, 1003—1008, 1009 b—1010; 1018 b—1021 ab, 1022; 1035 —1036; 1041—1042 || 1169—1170 a, 1171, 1175, 1177, 1182 : 1183—1184 a, 1186, 1192, 1194, 1199.[3]

Rhes. 131—134, 136 ac : 195—198, 200 ac || 692, 694, 696, 698, 700, 703 : 710, 711 b—712, 714, 716, 718, 721.

Iph. Aul. et Cycl. —

Ar. Ach. 358—361 : 388—390; 490—491, 494—495; 566—568, 570—571.[4]

nub. 1162—1164, 1167, 1169.

vesp. 730, 732 b, 736 : 744, 747 b, 749; 869 b, 873; 886 b, 890.

av. 228, 230, 234, 236, 239 || 631—634 || 1188—1195 : 1262—1268.[5]

Plut. 637, 639—640.

---

[1] De Or. 140 cfr. p. 59; de v. 150 et 177 a cfr. p. 52 et 53; de v. 185 : 206 cfr. p. 63; de v. 336, de v. 1247 a, de v. 1267 cfr. p. 56 sq.

[2] De Phoen. 299 b cfr. p. 51; de v. 1351 cfr. p. 37.

[3] De Bacch. 1007 cfr. p. 51; v. 1169 cum Hartungo scribo *τίνα θροεῖς αὐδάν;*

[4] De Ar. Ach. 390 a cfr. p. 52.

[5] De Ar. av. 1193 b cfr. p. 51; de v. 1265 cfr. p. 54.

P. 32—35 hi dochmii classis III omissi sunt:

Soph. Oed rex 690 a *ἴσθι δὲ παραφρόνιμον* || Eur. Herc. 758 a *ἄφρονα λόγον οὐρανί(ων μακάρων κατέβαλ')* || 1211 a, quem versiculum ita restituo: *φόνιον ἐπὶ δρόμον, ἀ(νόσιον ἐξάγει)* || Suppl. 1074 *(ἰὴ) σχέτλια τάδε παθών* (in tabulis numeratus est hic dochmius) || Or. 185 a *στόματος ἀνακέλαδον* || ant. 206 *ἄγαμος, ἔπιδ', ἄτεκνος* || 1249 a *πότνια; παραμένει.*

Falso vero ibi adscriptus esse videtur Aesch. Ag. 1101, quod colon iam cum sequente iambo in tetrapodiam iambicam coniungendum esse censeo.

Ad dochmios classis IV p. 55 fortasse adiciendus est Soph. Ant. 1273 *θεὸς τότ' ἄρα τότε*, nisi is cum Erfurdtio ita scribendus est: *τότ' ἄρα τότε θεός*.

Denique addendus est Soph. Oed. Col. 1464 b (*κτύπος ἄφατος ὅδε δι*)*όβολος· ἐς δ' ἄκραν* et 1494 b *Ποσειδανίῳ* et pag. 82 Eur. Phoen. 1299 (*αὖ*)*τίχ' αἱμάξετον* est delendus et adiciendus Herc. 1194 b (*ἦλθε ξὺν θεοῖ*)*σι Φλεγραῖον ἐς*.

DE VOCABULIS GRAECANICIS

QUAE TRADUNTUR

IN INSCRIPTIONIBUS CARMINUM

HORATIANORUM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

EDUARDUS ZARNCKE

LIPSIENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

§. I.

Notum est Horatii carminum inscriptionibus in codicibus aliquot Graeca addi adiectiva, quae adposita esse videantur ad universam singulorum carminum indolem designandam. Quae notationes unde originem ducant et quo iure illis carminibus attribuantur, operae pretium videtur diligentius perscrutari.

Est autem in significationibus addendis nulla in eis codicibus qui in censum veniunt constantia: cum neque omnes codices constanter epitheta illa praebeant, verum pars ea exhibeat pars omittat, neque in eiusdem carminis significatione omnes ubique consentiant. Atque codices hi sunt — utor notis editionis Kellerianae maioris —:

A = cod. Parisinus 7900ª saec. IX—X olim Puteaneus.

B = cod. Bernensis 363 saec. IX olim Floriacensis.

F = liber archetypus codicum Parisinorum 7974 et 7971 saec. X *φ* et *ψ*, alterius olim Puteanei, alterius olim Floriacensis.

λ = codex Parisinus 7972 saec. X olim Mentellianus.

γ = cod. Parisinus 7975 saec. XI.

τ = cod. Turicensis Carolinus 6 saec. X olim Mentellianus.

π = cod. Parisinus 10310 saec. X.

Quibus in codicibus epitheta graecanica leguntur haec:[1]

allegorice	*γτ* II 20 (allegorice vel paraenetice *γ*)
antapodotice	*Fγπ* III 9

[1] De epithetis graecis, quae in antiquioribus editionibus Horatii (veluti in Pulmanniana, Cruquiana et non paucis ex sequentibus) leguntur, accuratius aliquando agendum erit; propter editionum penuriam Argentorati hunc laborem perficere non potui. — Sero vidi codicem Horatii Oxoniensem (*Queen's College* P. 2) saec. X, quem contulit E. C. Wickham in editione Horatii (Oxonii 18 4, vol. I p. 388 sqq.) fere constanter eadem atque codicem *F* in carminum inscriptionibus praebere epitheta graecanica, nisi quod aliquanto plura quam *F* omisit Oxoniensis.

apotelestice	*Fλ* III 30
dicanice	*Fλπ* II 2
diastolice	*Fλγ* III 19
encomiastice	*AB* II 2 *ABλγ* IIII 2. 4 (prosphonetice encomiastice). 8. 14
enthusiastice	*Fλγ* II 19
erotice	*ABλγ* IIII 1 (euctice erotice). 10. 11 *Fλγ* I 8. 13 *Fλ* I 19
eucharistice	*Fλγ* I 36
euctice	*ABλγ* IIII 1 (euctice erotice) *Fλ* II 5 *Fλγ* I 30. 31
hymnus	*ABτ* III 25 *Fλ* I 21 *Fγ* III 22 *Fλγ* I 10. 12 (prosphonetice hymnus)

hypothetice	*ABr* III 27 *Fλ* I 6 *Fλγ* I 15. II 16.18 (paraenetice vel hypothetice). III 16
lerke	*Fλ* I 23
mentice	*Fλγ* III 15
paean	*ABλ* IIII 5 (paeanis species proseuctice)
palinodia	*Fλγ* I 16
paraenetice	*ABγ* III 28. 29 (prosphonetice paraenetice *γ*) *ABλγ* IIII 7. 12. 13 *Fλ* I 4. 7. 14 *Fλγ* I 9. 17. 18. 33. II 3 (paraenetice immo [*om.* λ] symbuleut.). 9. 18 (paraen. vel hypothetice). 20 (allegorice vel paraenet. *γ*) III 12. 14. 17. 21 *γι* II 17 (paraen. vel symbuleutice *γ*)
pragmatice	*B* I 1 *Fλγ* I 11. II 7 (pragm. vel prosphon. *γ*) *Fλ* III 1 *γ* II 1

prosagoreutice	*Fλγπ* II 8
proseuctice	*Aλγ* IIII 3 *ABλγ* IIII 5 (paeanis species proseuctice *ABλ*). 6 *Fλ* III 23 *Fλγ* I 35. III 13. 18 *Fλτ* I 2 [*Fγ* carmen saecul.]
prosphonetice	*ABλγ* IIII 4 (prosphonetice encomiastice) *Fλ* I 3. 5. 20 *Fλγ* I 12 (prosphonetice hymnus). 32. 37. 38. II 4. III 11. 27. 29 (prosph. paraenetice *γ*) *Fγτ* II 6 *γτ* II 7 (pragmatice vel prosphonet. *γ*) *γ* II 2. 14. III 23 *τ* II 12
protreptice	*τ* II 4
syllogistice	*Fλ* III 28
symbuleutice	*Fλγ* II 3 (paraenetice immo [*om.* *λ*] symbul.). 17 (paraenetice vel symbul. *γ*)
threnus	*Fλγ* I 24

In ponendis autem neglegendisve illis inscriptionibus qualis sit codicum ratio, ex tabula quam p. 8—13 subieci elucebit.

Ex hoc indice primum notabilis in memoria codicum discrepantia apparet. Differt enim priorum trium librorum memoria a quarti ita ut in illis varia sit et parum constans secundum diversas codicum stirpes, in quarto libro una et eadem sine lectionum varietate. Atque cum in tribus prioribus libris duas praecipue familias discernamus, quarum altera (*AB*) graecanicas inscriptiones praeter carmina I 1. II 2. III 25. 27—29 nusquam, contra altera (*F*) eas in plerisque carminibus exhibeat, in quarto libro condicio plane commutata apparet; ibi enim altera (*AB*) fere ubique titulis Graecis instructa est, altera (*F*) eis praeter unam (IIII 10, si Kellero fides habenda est) caret. Quam rem explicavit Kiesslingius in „commentatiuncula de Horatianorum carminum inscriptionibus“ [1], cuius verba haec sunt: „Is liber unde per priores tres libros tituli carminum in commune codicum *AB* archetypum transscripti sunt, etsi iam in priore parte mancus fuisse videtur, defecit certe in tertii libri fine, atque quarti libri praescripta ex alio codice suppleta sunt. Idem vero accidit in codicis *F* archetypo, ut liber ille unde inscriptiones describebantur in tertii libri exitu desineret. Desumpta igitur sunt ea praescripta ex codicibus qui tres priores carminum libros solos complectebantur. Tales autem extitisse codices vel id documento esse potest quod in libris nonnullis velut *Aλ* in tertii odarum libri fine diversorum lyricae poeseos generum enumeratio inserta est . . . . quae res quemadmodum permira est in medio exemplari, ita qui usu venire potuerit sua sponte intellegitur, si hoc loco codicum aliquod genus desiisse statuimus. Atque quod illi codices hoc loco defecerint, non casui tribuendum esse videtur, sed inde certe explicari potest quod prima carminum Horatianorum editio in tribus prioribus libris continebatur.“

Haec Kiesslingius; nobis autem paullo longius progredi

[1] Index scholarum in universitate litteraria Gryphiswaldensi per semestre aestivum anni MDCCCLXXVI habendarum p. 10.

Carmen	A	B	F
I 1	—	pragmatice	—
2	—	—	proseuctice
3	—	—	prosphonetice
4	—	—	paraenetice
5	—	—	prosphonetice
6	—	—	hypothetice
7	—	—	paraenetice
8	—	—	erotice
9	—	—	paraenetice
10	—	—	hymnus
11	—	—	pragmatice
12	—	—	prosphonetice hymnus
13	—	—	erotice
14	—	—	paraenetice
15	—	—	hypothetice
16	—	—	palinodia
17	—	—	paraenetice
18	—	—	paraenetice
19	—	—	erotice
20	—	—	prosphonetice
21	—	—	hymnus
22	—	—	—
23	—	—	lerke
24	—	—	threnus
25—29	—	—	—
30	—	—	euctice
31	—	—	euctice
32	—	—	prosphonetice
33	—	—	paraenetice
34	—	—	—
35	—	—	proseuctice
36	—	—	eucharistice
37	—	—	prosphonetice
38	—	—	prosphonetice

λ	γ	τ	π	Grammaticorum testimonia.
—	—	—	—	'pragmatice' Acro
proseuctice	—	proseuctice (?)	—	
prosphonetice	—	—	—	'proseuctice' Diomedes
paraenetice	—	—	—	
prosphonetice	—	—	—	
hypothetice	—	—	—	
paraenetice	—	—	—	
erotice	erotice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
hymnus	hymnus	—	—	
pragmatice	pragmatice	—	—	
prosphon. hymnus	prosphon. hymnus	—	—	
erotice	erotice	—	—	ἐρωτικῶς Acro
paraenetice	—	—	—	
hypothetice	hypothetice	—	—	'hypothetice' Acro
palinodia	palinodia	—	—	'palinodia' Porphyr.
paraenetice	paraenetice	—	—	'paraenetice' Acro
paraenetice	paraenetice	—	—	
erotice	—	—	—	'erotice' Acro
prosphonetice	—	—	—	
hymnus	—	—	—	
—	—	—	—	
lerke	—	—	—	
threnus	threnus	—	—	θρῆνος Porphyr.
—	—	—	—	27 'protreptice' Porph.
euctice	euctice	—	—	
euctice	euctice	—	—	
prosphonetice	prosphonetice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
—	—	—	—	
proseuctice	proseuctice	—	—	
eucharistice	eucharistice	—	—	
prosphonetice	prosphonetice	—	—	
prosphonetice	prosphonetice	—	—	

Carmen	A	B	F
II 1	—	—	—
2	encomiastice	encomiastice	dicanice
3	—	—	paraenetice immo symbuleutice
4	—	—	prosphonetice
5	—	—	euctice
6	—	—	prosphonetice
7	—	—	pragmatice
8	—	—	prosagoreutice
9	—	—	paraenetice
10	—	—	—
11	—	—	—
12	—	—	—
13	—	—	—
14	—	—	—
15	—	—	—
16	—	—	hypothetice
17	—	—	symbuleutice
18	—	—	paraenetice vel hypothetice
19	—	—	enthusiastice
20	—	—	paraenetice
III 1	—	—	pragmatice
2	—	—	—
3—8	—	—	—
9	—	—	antapodotice
10	—	—	—
11	—	—	prosphonetice
12	—	—	paraenetice
13	—	—	proseuctice
14	—	—	paraenetice

λ	γ	τ	π	Grammaticorum testimonia.
—	pragmatice	—	—	'pragmatice' Acro
dicanice	prosphonet.	—	dicanice	
paraenet. symbuleutice	paraenet. immo symbuleutice	—	—	
prosphonet.	prosphonet.	protreptice	—	
euctice	—	—	—	
(prosphonetice)	prosphonetice	prosphonetice	—	
pragmatice	pragmatice vel prosphonetice	prosphonetice	—	
prosagoreutice	prosagoreutice	—	prosagoreutice	
paraenetice	paraenetice	—	—	
—	—	—	—	
—	—	—	—	
—	—	prosphonetice	—	
—	—	—	—	
—	prosphonetice	—	—	
—	—	—	—	
hypothetice	hypothetice	—	—	
symbuleutice	paraenetice vel symbul.	paraenetice	—	
paraenetice vel hypothetice	paraenetice vel hypothetice	—	—	
enthusiastice	enthusiastice	—	—	
paraenetice	allegorice vel paraenet.	allegorice	—	
pragmatice	—	—	—	
—	—	—	—	
—	—	—	—	
—	antapodotice	—	antapodotice	
—	—	—	—	
prosphonetice	prosphonetice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
proseuctice	proseuctice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	

Carmen	A	B	F
III 15	—	—	mentice
16	—	—	hypothetice
17	—	—	paraenetice
18	—	—	proseuctice
19	—	—	diastolice
20	—	—	—
21	—	—	paraenetice
22	—	—	hymnus
23	—	—	proseuctice
24	—	—	—
25	hymnus	hymnus	—
26	—	—	—
27	hypothetice	hypothetice	prosphonetice
28	paraenetice	paraenetice	syllogistice
29	paraenetice	paraenetice	prosphonetice
30	—	—	apotelestice
IIII 1	euctice erotice	euctice erotice	—
2	encomiastice	encomiastice	—
3	proseuctice	—	—
4	prosphonetice encomiastice	prosphonetice encomiastice	—
5	paeanis species proseuctice	paeanis species proseuctice	—
6	proseuctice	proseuctice	—
7	paraenetice	paraenetice	—
8	encomiastice	encomiastice	—
9	—	—	—
10	erotice	erotice	erotice
11	erotice	erotice	-
12	paraenetice	paraenetice	—
13	paraenetice	paraenetice	—
14	encomiastice	encomiastice	—
15	—	—	—
c. saecul.	—	—	proseuctice

λ	γ	τ	π	Grammaticorum testimonia.
mentice	mentice	—	—	
hypothetice	hypothetice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
proseuctice	proseuctice	—	—	
diastolice	diastolice	—	—	
—	—	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
—	hymnus	—	—	
proseuctice	prosphonet.	—	—	
—	—	—	—	
—	—	hymnus	—	
—	—	—	—	
prosphonet.	prosphonet.	hypothetice	prosphon. (?)	
syllogistice	paraenetice	—	—	
prosphonet.	prosph. paraenetice	—	—	
apotelestice	—	—	—	
euctice erotice	euctice erotice	—	—	
encomiastice	encomiastice	—	—	
proseuctice	proseuctice	—	—	
{prosphonetice encomiastice}	{prosphonetice encomiastice}	—	—	
{paeanis species proseuctice}	proseuctice	—	—	
proseuctice	proseuctice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
encomiastice	encomiastice	—	—	
—	—	—	—	
erotice	erotice	—	—	
erotice	erotice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
paraenetice	paraenetice	—	—	
encomiastice	encomiastice	—	—	
—	—	—	—	
—	proseuctice	—	—	

licet. Neque enim in fine demum tertii libri, sed iam ante extremum librum tertium illum codicem, unde *AB* codicum archetypus descriptus est, defecisse partemque extremam ex alio codice[1] suppletam esse facile aliquis concludat. Etenim exceptis carminibus I 1 (pragmatice *B*) et II 2 (encomiastice *AB*) sub finem demum tertii libri *AB* tales inscriptiones exhibere incipiunt (III 25. 27—29); atque statim post carmen III 30 *A* eundem addit quem alii libri conspectum vocabulorum graecanicorum cum explicatione latina: in *B* is recensus omittitur. quo in codice omnino carmina neque omnia leguntur et ordo carminum mutatus est. Itaque veri simillimum videtur in libro illo, quem auctor archetypi codicum *AB* transscripsit, neque epitheta graecanica addita fuisse (rara enim exempla I 1 et II 2 casu magis sive servata sive ex altero exemplari intrusa non curo) et ultimam partem tertii libri (inde a carmine fere vicesimo quinto) defecisse.

Videamus porro, quoad singuli codices in libris tribus prioribus inter se aut consentiant aut dissentiant.

1) Cum codicibus *AB* de quibus modo vidimus non cohaeret *F* codex archetypus codicum φ et ψ: quem codicem in tribus prioribus libris plerumque instructum esse verbis illis graecanicis, carere fere in quarto libro iam supra monui. Paucis autem locis, ubi et *AB* et *F* inscriptionem Graecam exhibent, inter se discrepant (II 2. III 27—29). Codicem *F* in epithetis graecanicis constanter sequitur codex λ, nisi quod bis (III 9. 22) inscriptione Graeca omnino caret.[2] Idem autem λ ad finem tertii libri eundem epithetorum illorum recensum exhibet quem praeterea in uno codice *A* invenimus. Quod non difficile est ad explicandum. Nam in quarto libro, ubi codicem *F* verbis illis uno loco excepto carere dixi, λ cum in ceteris illum sequatur, tamen notulas graecanicas easdem atque *A*

---

[1] De hoc codice, qui et ipse tres libros habuisse videtur, infra disserendum erit.

[2] Nam in carminis II 6 inscriptione nota codicis λ apud Kellerum errore sive editoris sive typographi post *F* excidisse videtur.

et *B* addit. Has igitur qui codicem λ curavit scribendum, supplevisse censendus est ex libro eius familiae ad quam *AB* pertinent: atque indidem indicem illum epithetorum quem ante librum quartum perscriptum legebat. repetisse. Praeterea codicem *F* sequitur codex π in paucis illis quae exhibet epithetis (II 2. 8. III 9. 27).

2. Codicis γ in epithetis graecanicis haec cum ceteris ratio est: a) plerumque γ consentit cum *F* (et λ): I 8—13. 15—18. 24. 30—33. 35—38. II 3. 4. 6. 8. 9. 16. 18. 19. III 9. 11—19. 21. 22. 27. b) consentit cum *F* et τ ita, ut diversas quas hi codices praebent notas coniunctas dittographiae modo ('paraenetice vel symbuleutice' sim.) adiciat: II 7. 17. 20. c) semel notas codicum *AB* et *F*λ coniunctas praebet: III 2?. d) semel consentit cum *AB* contra *F*λ: III 28. e) bis dissentit a ceteris codicibus, cum verbum graecanicum diversum praebeat: III 23 ubi cum *F*λ discrepat, et II 2 ubi neque cum *AB* neque cum *F*λπ facit. f) bis solus inscriptionem graecanicam servat: II 1. 14. Reliquis locis desunt epitheta Graeca.

3. De τ codice haec monenda sunt: bis consentit cum *F*λ (γ): I 2 [1] II 6 (quibus locis nulla est lectionum discrepantia); bis cum *AB*: III 25 et (contra *F*λγπ [?]) III 27. Ter eam notam exhibet quam tamquam variam lectionem notat γ: II 7. 17. 20. Semel dissentit ab *F*λγ inter se consentientibus (II 4); semel solus epitheton habet: II 12. Cetera carmina carent inscriptione Graeca.

Videmus utrumque codicem γ et τ medium quendam locum tenere inter familias *F*λ et *AB*: ut tamen neque cum altera utra constanter faciant et sibi propria uterque nonnumquam habeat. Praeterea γ cum in universum *F* pressius sequatur, exemplar codicis τ simile adhibuisse et varia inde epitheta suis iunxisse videtur his locis:

II 7: pragmatice *F*λ prosphonetice τ pragmatice vel prosphonetice γ.

[1] Quamquam ex Kelleri adnotatione „Proseuctice tetracolos ad Augustum *F*τ (sed in τ evanuerunt plurimae litterae)" vel id addubitari potest, num nota „proseuctice" in τ tradatur.

II 17: symbuleutice *Fλ* paraenetice *r* paraenetice vel symbuleutice *γ*.

II 20: paraenetice *Fλ* allegorice *r* allegorice vel paraenetice *γ*.

Neque enim veri simile est dittographiam iam in communi archetypo librorum *Fλ*, *γ*, *r* extitisse (quemadmodum sane duplex lectio traditur et in *Fλ* et in *γ* II 3: „paraenetice immo symbuleutice" cf. 18. IIII 1) a *γ* solo servatam, cum *Fλ* et *r* alteram utram notasse satis habuerint: tum enim mirum esset quod ne uno quidem ex eis de quibus agitur locis *F* et *r* inter se consentiunt.

Is autem liber, unde et *r* fluxit et variae illae in *γ* lectiones, similis fuit ei codici, unde finem tertii libri in *AB* suppletum esse vidimus. Quo fit ut III 25. 27 *AB* cum *r* consentiant contra *Fλγ*. Neque aliunde explicandum videtur, quod semel certe III 28 *γ* accedit ad *AB*, recedit a *Fλ*; ubi eodem ni fallor libro usus est, unde varias lectiones illas enotavit. A codice *r* in hac re auxilium peti nequit: qui codex post III 27, 55 deficit nec libri IIII nisi exigua fragmenta continet. Sed cum omnino rarae sint in *r* inscriptiones, etiam de eis quae in prioribus carminum titulis *γ* diversa habet a reliquis quos sequi solet codicibus (III 23. II 2) dubitari licet, num ad eundem fontem referenda sint: de eis quae *r* soli propria sunt (II 4. 12), ne dubitari quidem licet. Contra anceps est iudicium de eis epithetis quae solus *γ* notat (II 1. 14): quia casu fieri potuit, ut in *F* omitterentur.

Ceterum praeter codices etiam apud grammaticos veteres quamvis levia similis memoriae vestigia deprehenduntur. Quorum unus, Diomedes (saeculi fere IIII grammaticus) tertiam libri primi oden „proseucticen" nominat[1], qua in re

[1] Diomed. III de metris Horatianis (Keil, Gramm. Lat. I p. 522,7): „nona decima ode Horatianum metrum habet et constat ex Glyconio et Asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuctice Vergilii. Alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres: *mater saeva Cupidi-*

discrepat cum nostris codicibus *Fλ* (reliqui enim carent epitheto), quibus „prosphonetice" est. Alter, Porphyrio, Horatii interpres (saec. III ?), tres nobis tradit huius generis significationes: 1) ad carm. I 16 palinodia, 2) ad carmen I 24 *θρῆνος*, utrumque cum *Fλγ* consentiens, denique 3) ad carmen I 27 protreptice, ubi in codicibus inscriptio Graeca deest. Secutus igitur est eandem fere quam nostri codices memoriam: nam I 27 „protreptice" vix est cur negemus neglegentia librarii in archetypo familiae *F* omissum esse.

Tertio loco accedunt scholia quae Acronis nomen ferunt. Ubi quae extant epitheta pragmatice I 1. II 1; erotice I 19 [ἐρωτικῶς I 13]; paraenetice I 17; hypothetice I 15 non differunt a nostris codicibus: pleraque in *Fλγ*, vocabulum „pragmatice" I 1 et II 1 in singulis codicibus *B* et *γ* redeunt, ut in *F* videantur fortuito praetermissa esse.

In quarto libro nullum esse librorum (*ABλγ* — nam *F* in hoc libro epithetis uno excepto caret —) dissensum in vocabulis de quibus agitur iam commemoravimus. Nam leve est quod *γ* in quinti carminis inscriptione omittit verba: „paeanis species". *B* tertium carmen omnino non habet. Ceterum carminibus 9 et 15 notae non adduntur.

§ II.

Iam si quaerimus, num hae inscriptiones ipso archetypo quo traditae sunt antiquiores perhibendae sint an non, ad eam quaestionem solvendam aliquod momentum habet index ille de quo supra p. 7 et 14 diximus, qui in fine tertii libri perscriptus vocabulorum de quibus agitur graecanicorum non omnium, sed partis tantum conspectum versione Latina addita praebet. Leguntur ibi fere haec:

Q. Horatii Flacci carminum liber III explicit. Erotice. Amatorie. Pragmatice. Causative. Hypothetice. Personaliter.

---

num." cf. ibid. p. 519, 21: „tertia ode dicolos Horatianum metrum habet, cuius prior versus constat ex Glyconio et recipit tres pedes, spondeum choriambum iambum: *sic te diva potens Cypri*"

Paraenetice. Interpositive. Prosphonetice. Exclamatorie. Proseuctice. Deprecatorie. Paean. Proseuctice. Laudativa et Deprecatoria.

Ex hoc indice, qui et in A et λ codicibus traditur et in Sangallensi σ (saec. X) ante initium carminum extat, primum hoc apparet auctorem Graeca terminatione deceptum vocabula de quibus agitur pro adverbiis habuisse ideoque adverbia Latina adposuisse. Atqui dubium non est quin adiectivorum loco fungantur, ita ut supplendum sit vocabulum „ode“: id quod elucet et ex Diomedis grammatici testimonio (p. 522 Keil): „nona decima ode Horatianum metrum habet et constat ex Glyconio et Asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuctice Vergilii [1]“, et ex ipsis inscriptionibus carminum I 3 (prosphonetice... Vergilii $F\lambda$), III 9 (antapodotice ad Lydiam et Lydiae ad se π), IIII 2 (poetarum encomiastice AB), IIII 14 (ad plebem encomiastice, in qua..... ait γ). Atque uno saltem loco in fine catalogi ipse auctor veram formam agnovit, cum poneret „paean proseuctice: laudativa et deprecatoria“: quae pertinent ad IIII 5 „paeanis species proseuctice“. Quo certius est eum qui pleraque vocabula in linguam Latinam transtulit, aliunde ea accepisse neque satis propriam eorum vim adsecutum esse.

Idem etiam magis confirmatur perversis quas addidit explicationibus Latinis. Ubi sola vox „erotice“ recte translata est, ferri potest etiam paeanis interpretatio. Contra vocabula „proseuctice“ „pragmatice“ „prosphonetice“ auctor parum intellecta ad verbi quae ipsi videbatur notionem expressisse satis habuit. „Paraenetice“ nescio quo modo videtur confudisse cum voce quae est „parenthetice“ et inde perverse transtulisse. Denique „hypothetice personaliter“ errore ortum ex usu rhetorico vocabuli „hypothesis“, ni fallor, explicando: quo vocabulo indicatur „quaestio cum persona finita.“ [2]

---

[1] Quodsi mirum videatur quod Diomedes hanc oden (I 3) „eclogam“ nominat, et paene credas errorem grammatici hic statuendum esse, qui fontem, unde hauriret, non satis intellexerit et de Vergilii ecloga agi putaverit: inspicias locos a Baehrio (Gesch. d. roem. Lit. I[4] p. 572) collectos, inprimis Ausonii praef. ad edyll. 11 (de Hor. carm. III 19).

[2] Cf Hermogenes in progymnasmatis II 17, 23 Spengel.....

Verum quod hoc indice probavimus certius iam Diomedis loco et Porphyrionis, quod supra attuli, testimonio constat: inscriptiones graecanicas codicum nostrorum memoria antiquiores esse.

§ III.

Iam videndum, num quae eorum de quibus disserimus vocabulorum ad alia quoque aliorum scriptorum opera designanda simili vi ac notione adhibita sint.

Qua in re propter formam et usum diversum a ceteris secernimus verba quae sunt hymnus threnus paean palinodia. Hymnum ad deos extollendos scribi, threnos cantus lugubres appellari quibus mortui lugeantur,[1] Paeanes primitus laudes Apollinis et Dianae continuisse, postea ad quemlibet deum pertinere potuisse res est notissima. Minus usitata vox palinodiae erat, cuius definitionem Suidas affert hanc: *παλινῳδία δὲ ἐναντία ᾠδή, ἢ τὸ τὰ ἐναντία εἰπεῖν τοῖς προτέροις κ. τ. λ.* Repetitum est hoc ex nota fabula de Stesichoro, qui cum propter malum in Helenam conditum carmen caecus factus esset, palinodia in eius laudem scripta oculos recuperasse dicitur.[2]

Praeterea vero vocabula de quibus agitur ad carmina inscribenda adhibita esse haec praecipue invenio:

1) *ἐνθουσιαστικὰ μέλη* Aristoteles distinguit: *ἐπεὶ*

ὡς ἐὰν πρόσωπον ὡρισμένον λάβωμεν καὶ περίστασίν τινα, καὶ οὕτω τὴν διέξοδον τῶν λόγων ποιώμεθα, οὐ θέσις ἔσται, ἀλλ' ὑπόθεσις. Similiter Theon progymnasm. ib. II 61, 9. Alexander ib. III 1, 4. Quos sequuntur rhetores Latini. Velut Aurel. Augustin. ap. Halm. rhet. min. p. 140, 1: „Thesis est res, quae admittit rationalem considerationem sine definitione personae: hypothesis est seu controversia ... res, quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae." Sulpit. Victor ib. p. 314, 25. Martian. Capella ib. p. 454, 16. Isidor. de rhetor. ib. p. 515, 11.

[1] Proclus discrimen inter threnum et epicedion hoc modo statuit: *διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικηδείου ὁ θρῆνος, ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος, ἔτι τοῦ σώματος προκειμένου λέγεται, ὁ δὲ θρῆνος οὐ περιγράφεται χρόνῳ.* (Procl. Chrestom. 24 apud Gaisford. I 352, 1).

[2] cf. Bergk. poet. lyr. Graec. III 980—982.

δὲ — inquit — τὴν διαίρεσιν ἀποδεχόμεθα τῶν μελῶν ὡς διαιροῦσί τινες τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ μὲν ἠθικά, τὰ δὲ πρακτικά, τὰ δ' ἐνθουσιαστικὰ τιθέντες κ. τ. λ. (Aristot. Polit. Θ 7 p. 1341ᵇ 32). Enthusiasticum carmen intellegi animo quasi divino tacto spiritu conscriptum facile apparet.

2) ἐρωτικά Bergk. poet. lyr. Graec. III p. 1234, 24 (Bacchylidis ἐρωτικά); ἐρωτικὸν ᾠδάριον (vel ἐρωτικὸν) vocantur haec Anacreontea: 18. 24. 26. 31. 32. 42. 43 (ed. Rose); ἐπιγράμματα ἐρωτικά Duebner. Anthol. Graec. epigr. I p. 59. De eroticis carminibus Proclus Gaisf. I p. 351, 11 dicit haec: τὰ δὲ ἐρωτικὰ (scil. μέλη) δῆλον ὅτι γυναικῶν καὶ παίδων καὶ παρθένων ἐρωτικὰς ᾄδει περιστάσεις. — Cf. etiam ἐρωτικοὶ λόγοι oratorum Graecorum.

3) eucharisticon inscriptum est carmen alterum quarti silvarum Statii libri, quo poeta ab imperatore Domitiano ad cenam invitatus gratias Caesari agit eumque laudibus extollit.

4) εὐκτικὰ μέλη qualia sint, Proclus (Gaisf. I 355,5) his verbis docet: εὐκτικὰ δὲ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοις τι παρὰ θεοῦ γενέσθαι. Quae ita inscripta ferantur carmina nulla invenio. — Εὐκτικὸν γένος hymnorum esse Menander docet, ita ut ὕμνους εὐκτικοὺς ex apeucticis et proseucticis constare velit, qui ad deos pertineant, his verbis: οἱ δὲ ἀπευκτικοὶ καὶ προσευκτικοὶ ὕμνοι σχεδὸν μέν, ὥσπερ ἐφάσκομεν, πᾶσι τοῖς προειρημένοις εἰσὶν ἀναπεπλεγμένοι, ἢ τοῖς γε πλείστοις αὐτῶν. ἅπαντες γὰρ ἀνυμνοῦντες τοὺς θεοὺς εἰς εὐχὰς ἐγκλείουσι τοὺς λόγους. ἤδη δέ τινες καὶ ἀποτόμως κατὰ τὰ αὐτὰ γεγόνασιν· ἀπευκτικὸς μὲν ὁ τοιοῦτος

> Ζεῦ κύδιστε μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων,
> Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν.

προσευκτικὸς δέ·

> Κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥτε μοι αἰεὶ
> Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι . . . . .

(Menander περὶ ἐπιδεικτικῶν in Spengelii Rhet. III 342, 22).

5) πρὸς παρθένον παραινετικός (supplendum ὕμνος)

inscribitur Gregorii poetae Christiani carmen. cf. Antholog. Graec. carmin. Christianorum adornaverunt W. Christ et M. Paranikas Lipsiae 1871 p. 29). Paraenetica vocatur saepius poesis Theognidis et similium poetarum. De paraeneticis carminibus Sextus Empiricus haec disputat: *πρῶτον μὲν γάρ, ἵνα συνδράμωμεν αὐτοῖς μηδὲν ποιητικῆς κατειπόντες, ἀλλ' οὖν γε ἐκεῖνο πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι ὁπόσα μὲν βιωφελῆ καὶ ἀναγκαῖα εὑρίσκεται παρὰ ποιηταῖς, οἷά ἐστι τὰ γνωμικὰ καὶ παραινετικά, ταῦτα σαφῶς αὐτοῖς πέφρασται καὶ οὐ δεῖται γραμματικῆς κ. τ. λ.* (Sext. Empir. ed. Bekker p. 662, 27).

6) **protrepticus** (vel protrepticum) inscribebatur carmen Ennii (p. XCI et 165 ed Vahlen). **Protrepticon** inscribi videtur in codicibus deterioribus quinti Statii silvarum libri carmen alterum, quo adloquitur Crispinum adulescentem discedentem, cui maiorum gloriam ostendit eumque exhortatur, ut eorum vestigia sequatur. Porro Ausonii edyllium quartum inscribitur: **protrepticon** de studio puerili. Denique *ἐπιγράμματα προτρεπτικὰ* adhuc extant in Anthol. Graec. epigr. ed. Duebner II p. 251.

7) **hypothetica** quae inscribantur carmina licet nulla reperiam, similem certe notionem prae se ferunt voces quae sunt *ὑπόθεσις* et *ὑποθήκη*. Norunt omnes Tyrtaei *ὑποθήκας* (Bergk. poet. lyr. Graec. II p. 397), Solonis ib. 417 (*ὑποθῆκαι εἰς Ἀθηναίους*) et p. 423 (*ὑποθῆκαι εἰς ἑαυτόν*). Theognidis quoque elegiae est ubi *ὑποθῆκαι* appellentur; nec secus Hesiodi et Phocylidis poesis. Archilochus *θερμὰς ὑποθέσεις* scripsit (Keil, analecta grammatica, Halis 1848): ubi *ὑποθέσεων* legendum pro *ὑποθηκῶν* (quod Nauck et Bergk praeferunt) Miller probavit (Journal des Savans 1870 p. 173 adnot. 5).

Deinde ut melius perspiciatur, quem in modum mos fuerit carminum genera epithetis significare, non alienum mihi videtur hoc loco selecta aliquot vocabula Graecorum, quae praeter haec de quibus disserimus Romanorum quoque in usum recepta erant, apponere:

1) **genethliacon** Stat. silv. II 7,

2) **epithalamia** Catulli (61. 62); Licinii Calvi (p. 84 ed. Luc. Mueller); Statii silv. I 2; Gallieni (apud Treb.

Poll. 11); Luxorii in Riesei Anthol. Lat. I p. 66; anonymorum ibid. I p. 81; II p. 211; etc. etc.: cf. Baehr, Gesch. der roem. Lit. I⁴ p. 752—755.

3) propempticon Cinnae (cf. Luc. Mueller in ed. Catulli p. 88, III); Stat. silv. III 2.

4) epitaphia inscribi nonnulla epigrammata Martialis norunt omnes; cf. Ausonii epitaphia heroum; cf. Riese, Anthol. Lat. I, p. 92. 231. 263 et Baehr l. l. I⁴ p. 796.

5) epicedion Stat. silv. V 1. 3. 5; Auson. edyll. 2; epicedion Drusi.

6) panegyrici inde a Tibulli temporibus compositi sunt (cf. Baehr l. l. I⁴ 467 sqq.). [De oratorum cum Graecorum tum Latinorum panegyricis nota res est.]

7) soteria Stat. silv. I 4.[1]

Praetera de hymenaeis, idylliis, Priapeis, etc. etc. a Romanis compositis adeundi sunt libri de historia litterarum Latinarum conscripti.

Pauca horum de quibus agitur epithetorum ad alia carmina designanda usurpata esse vidimus. Quo maior est numerus epithetorum ex rhetorum potius apparatu petitorum. Nimirum ad artem rhetoricam haec vocabula revocanda

---

[1] Hic addere liceat, quae Proclus de carminum generibus refert (Gaisford I p. 346, 20): *περὶ δὲ μελικῆς ποιήσεώς φησιν ὡς πολυμερεστάτη τε καὶ διαφόρους ἔχει τομάς. ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς μεμέρισται θεοῖς, ἃ δὲ ἀνθρώποις, ἃ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις. καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον, προσόδιον, παιᾶνα, διθύραμβον, νόμον, ἀδωνίδια, ἰόβακχον, ὑπορχήματα· εἰς δὲ ἀνθρώπους ἐγκώμια, ἐπινίκια, σκολιά, ἐρωτικά, ἐπιθαλάμια, ὑμεναίους, σίλλους, θρήνους, ἐπικήδεια· εἰς θεοὺς δὲ καὶ ἀνθρώπους παρθένεια, δαφνηφορικά, ὀσχοφορικά, εὐκτικά· ταῦτα γὰρ εἰς θεοὺς γραφόμενα καὶ ἀνθρώπων περιείληφεν ἐπαίνους. τὰ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις οὐκ ἔστι μὲν εἴδη τῆς μελικῆς, ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ποιητῶν ἐπικεχείρηται. τούτων δέ ἐστι πραγματικά, ἐμπορικά, ἀποστολικά, γνωμολογικά, γεωργικά, ἐπισταλτικά.*

sunt: Encomiastice, dicanice, euctice, symbuleutice, protreptice, prosphonetice, proseuctice, erotice, hymnus, palinodia.[1]

Ut a notissimis ordiar, Anaximenes[2] hoc modo de orationis generibus disputat: *δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικὸν, τὸ δὲ δικανικόν. εἴδη δὲ τούτων ἑπτά· *προτρεπτικὸν, ἀποτρεπτικὸν, ἐγκωμιαστικὸν, ψεκτικὸν, κατηγορικὸν, ἀπολογητικὸν καὶ ἐξεταστικὸν κ. τ. λ.* (Anaxim. ap. Spengel. rhet. I 174, 15). Aristotelem demum notum est tria genera constituisse *ἐπιδεικτικὸν, δικανικὸν, συμβουλευτικόν,* quibus generibus ille species subiungit, cum dicit: . . *συμβουλῆς δὲ τὸ μὲν προτροπὴ, τὸ δὲ ἀποτροπή . . . . ἐπιδεικτικοῦ δὲ τὸ μὲν ἔπαινος, τὸ δὲ ψόγος* . . . .[3] Eandem dispositionem cum apud alios tum apud Menandrum habemus, qui tertium genus *ἐπιδεικτικόν* in *ἐγκωμιαστικόν* et *ψεκτικόν* dividit[4], cum Theo et Alexander, qui floruerunt altero post Christum saeculo, ipsum genus *ἐγκωμιαστικόν* nominent, Hermogenes, qui Antonino philosopho regnante vixit, *πανηγυρικόν*.[5]

Nec vero silentio nobis praetereundum est discrimen inter *ἔπαινον* et *ἐγκώμιον* statui: quamquam quomodo inter se differrent, de ea re rhetores varia disseruerunt. Aristoteles primus certum discrimen videtur statuisse: *ἔστι δ' ἔπαινος* — inquit — *λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς . . . . τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστίν.*[6] Aliter Hermogenes in progymnasmatis differentiam exponit his: *ἐπαίνου δὲ διαφέρει τὸ ἐγκώμιον, ὅτι ὁ μὲν ἔπαινος καὶ ἐν βραχεῖ γένοιτ' ἄν, οἷον Σωκράτης σοφός, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐν μακροτέρᾳ διεξόδῳ.*[7] Cui hoc quoque acceptum refert Nicolaus sophistes.[8] Plures deinde discor-

---

[1] In sequentibus si quae iam apud poetas extare reperimus, asterisco ea signavi

[2] Sequor Spengelii sententiam, qui rhetoricen ad Alexandrum, quae sub Aristotelis fertur nomine, Anaximeni tribuit.

[3] Aristot. art. rhet. I 3 = Spengel. I 14, 3 sqq.

[4] Menand. *γενεθλίων διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν* ap. Speng. III 331, 1.

[5] Hermog. *περὶ ἰδεῶν β'* = Spengel. II 401, 14.

[6] Aristot. art. rhet. I 9 = Spengel. I 37, 15.

[7] Hermog. progymnasm. 7 = Spengel. II 11, 25.

[8] Nicol. soph. progymn. 8 = Spengel. III 478, 30.

nendi rationes Alexander enumerat, ipse incertus, utrum discrimen statuendum sit necne.[1] Denique Aristides et Aphthonius etiam hymnum ab *ἐπαίνῳ* et *ἐγκωμίῳ* secernendum esse docent ita quidem, ut hymnus ad deos solos pertineat, *ἔπαινος* autem et *ἐγκώμιον* ad mortales vel mortalia; *ἔπαινον* vero et *ἐγκώμιον* eodem fere modo atque Hermogenes et Nicolaus discernunt.[2]

Subtilius etiam ab aliis partes et species generis epideictici discripta sunt. Itaque secundum Menandrum *λόγοις ἐπιδεικτικοῖς* haec orationis genera continentur: 1) *ὕμνοι*, qui ad deos extollendos scribuntur, eique *κλητικοί, ἀποπεμπτικοί, φυσικοί, μυθικοί, γενεαλογικοί, πεπλασμένοι, ἀπευκτικοί, προσευκτικοί, Σμινθιακοί.* 2) Orationes quibus laudantur urbes, terrae, portus, sinus, arces. 3) Laudes hominum, quibus continentur *λόγος βασιλικός, ἐπιβατήριος, λαλιά, προπεμπτική* (scil. *λαλιά*), *λόγος ἐπιθαλάμιος, γενεθλιακός, παραμυθητικός, προσφωνητικός, ἐπιτάφιος, στεφανωτικός, κλητικός, πρεσβευτικός, συντακτικός, μονῳδία.*[3]

* Protrepticum genus ab Anaximene commemoratum vidimus. *Λόγον προτρεπτικόν* et *προτρεπτικήν* (sc. *λαλιάν*) Himerius composuit qui adhuc extant (eclog. 14. 34).

Προσφωνητικὸς λόγος quam vim habuerit, Menandri locus docet (*περὶ ἐπιδεικτικῶν* 10 = III 414, 32 Spengel): *ὁ προσφωνητικὸς λόγος ἐστὶν εὔφημος εἰς ἄρχοντας λεγόμενος ὑπό τινος, τῇ δὲ ἐργασίᾳ ἐγκώμιον, οὐ μὴν τέλειον· οὐ γὰρ ἔχει πάντα τὰ τοῦ ἐγκωμίου, ἀλλὰ κυρίως ὁ προσφωνητικὸς γίνεται, ὅταν ἐξ αὐτῶν τῶν πραττομένων ὑπ' αὐτοῦ πράξεων ὁ λόγος τὴν αὔξησιν λαμβάνῃ. διαιρεῖται δὲ οὕτως. κ. τ. λ.* Sequitur deinde

---

[1] Alexandr. fragm. = Spengel III 2, 9 sqq. usque ad III 4, 15.

[2] Aristid. *τεχν. ῥητορικ.* I = Spengel II 505, 3. Aphthon sophist. progymn. 8 = Spengel. II 35, 25.

[3] Menand. *περὶ ἐπιδεικτικῶν* = Spengel III 331—446. Similiter, nec tamen satis accurate Nicol. soph. progymn. 8 (Spengel III 477, 20 sqq.): *ἔστι μὲν ἁπλοῦς οὐκέτι ὁ περὶ τοῦ ἐγκωμίου λόγος, ἀλλὰ πολυσχιδής τε καὶ εἰς πολλὰ διαιρούμενος· καὶ γὰρ οἱ ἐπιβατήριοι καὶ οἱ προσφωνητικοὶ καὶ οἱ ἐπιθαλάμιοι καὶ οἱ ἐπιτάφιοι, καὶ μέντοιγε καὶ οἱ εἰς τοὺς θεοὺς ὕμνοι καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ εὐφημίαν ἔχοντες λόγοι ὑπὸ τοῦτο τὸ εἶδος τάττονται.*

expositio satis ampla, qua ratione oratio prosphonetica optime fiat. Eiusmodi prosphoneticam orationem apud Aristidem legimus, quam praesente imperatore Commodo habuit.[1]

De hymnorum proseucticorum et apeucticorum usu rhetorico quae Menander profert iam attulimus. (Spengel. III 342).

*Erotice quoque ad rhetoricam artem pertinet. Extat *ἐρωτικὸς λόγος* Lysiae in Platonis Phaedro; alius sub Demosthenis nomine *ἐρωτικός* fertur; Demetrius Phalereus quoque *ἐρωτικόν* scripsisse traditur.

Ceterum etiam vocem poetarum propriam quae est *palinodia rhetores in usum suum verterunt, ita ut palinodiam intellegerent orationem, qua continerentur sententiae prioris orationis sententiis contrariae. Eiusmodi palinodiam Aristides composuit: qui cum Smyrnam urbem a. 179 terrae motu graviter afflictam monodia (i. e. oratione lugubri) deplorasset, eandem a M. Aurelio imperatore restitutam palinodia celebravit.[2]

*Paraenetices et hypothetices voces in artem rhetoricam recepta fuisse etsi veri non dissimile videtur, exempla tamen apud rhetores non reperio: nisi quod *παραινέσεις πρὸς Δημόνικον* sub nomine Isocratis ferri constat, quas Harpocration Isocrati Apolloniatae addici vult. Quid sibi velint ea nomina, de eo Sextus Empiricus nobis auctor est, qui ex philosophorum scilicet usu *τόπον ὑποθετικόν* et *παραινετικόν* his verbis commemorat: (*Ἀρίστων ὁ Χῖος*) ..... *καὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπους τινὰς συμπεριέγραφεν, καθάπερ τόν τε παραινετικὸν καὶ τὸν ὑποθετικὸν τόπον· τούτους γὰρ εἰς τίτθας καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν, ἀρκεῖν δὲ πρὸς τὸ μακαρίως βιῶναι τὸν οἰκειοῦντα μὲν πρὸς ἀρετὴν λόγον, ἀπαλλοτριοῦντα δὲ κακίας, κατατρέχοντα δὲ τῶν μεταξὺ τούτων, περὶ ἃ οἱ πολλοὶ πτοηθέντες κακοδαιμονοῦσιν.* (Sext. Empir. p. 193, 5 Bekk.).

Inter rhetores sunt qui discrimen inter *παραίνεσιν* et *συμβουλήν* faciant. Syrian. schol. in Hermog. (Walz, rhett. Graec. IIII 763, 6): ..... *διαφέρει παραίνεσις συμβουλῆς τῷ*

---

[1] Aristid. ed. Dindorf. Lipsiae 1829. I 22.

[2] Aristid. I. 20. 21 Dind. (*μονῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ* et *παλινῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ*).

τὴν μὲν συμβουλὴν περὶ ἑνὸς γίνεσθαι πράγματος, τὴν δὲ παραίνεσιν περὶ πλειόνων· καὶ τῷ τὴν μὲν συμβουλὴν πρὸς πρᾶξίν τινα τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι, οἷον πότερον ἄξιός ἐστι τόδε τι πράττειν ἢ μή, τὴν δὲ παραίνεσιν πρὸς ἤθους εὐρυθμίαν παραλαμβάνεσθαι· καὶ τῷ τὴν μὲν παραίνεσιν πρὸς ἕνα γίνεσθαι, τὴν συμβουλὴν δὲ προς πολλούς· καὶ ἡ μὲν συμβουλὴ ἀντιλογίαν ἐπιδέχεται, οἷον ὅτι οὐ χρὴ βοηθεῖν Ὀλυνθίοις· ἡ δὲ παραίνεσις οὔ· οἷον χρὴ τὸ θεῖον σέβειν, γονεῖς τιμᾶν. — Similiter Suidas s. v. *παραίνεσις*. Hesychius et Suidas *ὑποθήκην* esse *παραίνεσιν* volunt.

§ IIII.

Vidimus de usu vocabulorum, ut paucis comprehendam, horum: hymnus paean threnus palinodia encomiastice dicanice symbuleutice protreptice erotice enthusiastice eucharistice euctice proseuctice hypothetice paraenetice prosphonetice. Supersunt vocabula quaedam quae neque poeticae neque rhetoricae artis propria sunt: quae ex parte accuratiorem quaestionem exigunt, quia de notione ac vi eorum iudicium fieri nequit nisi carminum ad quae spectant argumentis in disquisitionem vocatis. Denique sunt quae corrupta traduntur. Illuc pertinent epitheta „allegorice“ „antapodotice“ „apotelestice“, de quorum significatione non ambigimus. Nempe ode allegorica est quae per imaginis descriptionem certam sententiam persequitur[1], antapodotica quae alternis cantatur[2], apotelestica autem ultima qua finis impo-

[1] Allegoria qui fiat, satis notum est. Charis. instit. gramm. III (Keil, Gramm. Latin. I 276, 4 sqq.): allegoria est oratio aliud dicens aliud significans per obscuram similitudinem aut contrario, ut apud Vergilium: *et iam tempus equum fumantia solvere colla:* significat enim carmen esse finiendum. — Fere isdem verbis utitur Diomedes art. gramm. II (Keil, l. c. I 461, 31). — Cic. Orat. 92, 94: „tralata ea dico . . . . . quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae caussa tansferuntur . . . . . . Iam cum confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio, itaque genus hoc Graeci appellant *ἀλληγορίαν*, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia tralationes vocat.“ etc.

[2] Diverso modo antapodosis dicitur figura apud rhetores et gram-

nitur libello ode. Accuratius examen flagitant notae „pragmatice" et „prosagoreutice"; corruptae leguntur „diastolice" „mentice" „lerke" „syllogistice". De quibus verbis infra disserendi locus erit. Iam enim id nobis propositum est, ut singulorum carminum argumentis perlustratis quaeramus, quo iure illis potissimum designentur eaque num idonea sint ad indolem carminum recte illustrandam: qua quaestione absoluta fieri poterit ut de origine et auctoritate earum notationum iudicium paulo certius faciamus.

I) HYMNVS.

I 10: *Mercuri facunde nepos Atlantis etc.*

(Hymnus Mercurio tetracolos *Fλγ*[1]).

*I 12: *Quem virum aut heroa lyra vel acri etc.*

(Prosphonetice tetracolos hymnos (ymnus *γ*) *Fλγ*; add. *λγ* (cf. *AB*): de laudibus deorum atque (et *γ*) hominum).

I 21: *Dianam tenerae dicite virgines etc.*

(Hymnos ad chorum in Dianam et Apollinem *Fλ*).

III 22: *Montium custos nemorumque, Virgo, etc.*

(Hymnus in Dianam *Fγ*; add. *γ*: luciferam).

III 25: *Quo me, Bacche, rapis tui etc.*

(Ymnus ad Liberum patrem *ABτ*; add. *A*: scribit metro eodem; add. *B*: ut supra).

His carminibus inscriptio quae est hymnus satis convenit. In carmine I 12 *Fλγ* dittographiam praebent „hymno" prosphonetices voce addita, de qua infra dicetur.

II) PAEAN.

IIII 5: *Divis orte bonis, optume Romulae etc.*

(Ad Augustum de expeditione eius tarda orat, paeanis species proseutice tetracolos *AB*, Ad Cesarem Augustum absentem de expeditione eius tarda oratio peanis speties pros-

---

maticos: cf. Herodian. *περὶ σχημάτων* (Spengel. rhett. Graec. III 104,8): *ἀνταπόδοσις δὲ φράσις ἀνταποδιδομένη τῇ παραβολῇ καὶ συναπλοῦσα τοῖς πραττομένοις αὐτήν, ὡς μὲν Θρήϊκας ἄνδρας ἐπῴχετο Τύδεος υἱός.* — similiter Anonym. *περὶ τρόπων ιή* (Speng. l. c. III 212, 25), Cocondr. *περὶ τρόπων κς'* (Sp. III 242, 5), Georg. Choerob. *περὶ τρόπων* (Sp. III 254, 8).

[1] Inscriptiones eorum codicum, qui omnino verba graecanica praebent, integras adpono.

eutice tetracolos λ, Ad Augustum de expeditione eius proseutice tetracolos γ). Hoc carmen cum et de Caesaris reditu preces et imperii a Caesare egregie stabiliti laudes contineat, proseuctice appellari poterat idemque ad speciem paeanis accedere videri quo grates numini agunt sospiti: Horatio enim Augustus deus est. Certe duplex notatio h. l. non ex dittographia vel varia lectione orta est, sed primitus ad indolem carminis designandam adhibita.

III) PALINODIA.

I 16: *O matre pulchra filia pulchrior etc.*

(Palinodia Gratidiae vel Tindaridis *F*λ, Palinodia Gratidie γ). Illustrant rem Porphyrionis verba: „Hac ode παλινῳδίαν repromittit ei in quam probrosum carmen scripserat, Tyndaridae cuidam amicae suae, id est recantaturum ea quae dixerat, dicitque se iracundia motum haec scripsisse; adfirmat autem non magis Matris Magnae aut Apollinis numine instinctos furere quam eos qui iracundia sint incitati, adeo ut nulla cum vi hic furor deterreri possit."

IIII) THRENVS.

I 24: *Quis desiderio sit pudor aut modus etc.*

(Threnus in Quintilium mortuum *F*, Trenos in Quintilium a Virgilio amatum λ). Haec quoque inscriptio apta est.

V) ENCOMIASTICE.

*IIII 4: *Qualem ministrum fulminis alitem etc.*

(Ad urbem Romanam (Romam γ) de indoli (indole γ) ducum prosphonetice encomiastice tetracolos *AB*λγ; add. λ: in Drusi Neronis virtutem). Carmen encomiasticum inscribitur, quoniam altera parte Neronum virtutes extollit, altera populi Romani robur ac vires per Hannibalis vaticinium illustrat. cf. prosphonetice.

IIII 8: *Donarem pateras grataque commodus etc.*

(Ad Censorinum comparatio poetices divitiarum simul ac virtutis encomiastice monocolos *AB*, Ad Marcium Censorium comporatio poetices divitiarum simul et virtutis. oncomiastice tetracolos γ, Ad Marcium Censorinum comparatio poetice fortunarum simul ac virtutis encomiastice monocolos λ). Praedicat videlicet hac ode Horatius artis poeticae praestantiam, unde explicatur inscriptio.

IIII 14: *Quae cura patrum quaeve Quiritium etc.*

(De salute Augusti ait (dicit λ) esse sollicitos patres. Ad plebem encomiastice tetracolos *ABλ*, Ad plebem encomiastice in qua de salute Augusti ait esse patres sollicitos tetracolos γ). Argumentum vere encomiasticum, quo Augusti bellica virtus ac fortuna splendidis verbis extollitur.

IIII 2: *Pindarum quisquis studet aemulari etc.*

(Poetarum encomiastice tetracolos *A*, Ad Iulianum Antonium vetustiorum poetarum veneratio encomiastice tetracolos *B fol. 180* [Ad Iulum Antonium vetustiorum poetarum *B fol. 170*], Ad Antonium Iulium vetustiorum poetarum veneratio incomiastice tetracolos γ, Ad Antonium Iulum de emulatione vana ..... rum poetarum veneratio encomiastice tetracolos λ). Notatio parum idonea. Certe neque Pindari laudes quae non funguntur nisi prooemii vice, neque quae de Caesaris reditu ab altero poeta 'maiore plectro' celebrando profert Horatius suam tenuitatem excusans, encomiasticam carminis indolem produnt.

* II 2: *Nullus argento color est avaris etc.*

(Ad Sallustium Crispum encomiastice tetracolos *AB*, Dicane ad Sallustium Crispum quod (om. π) ius liberalitatis extollit gratia *Fλπ*, Prosphonetice tetracolos Salustio Crispo ius libertatis extollenti γ). Qui adscripsit „encomiastice" laudem sive temperantiae sive liberalitatis carmine contineri ratus satis inepte egit. Idem carmen in *Fλπ* nominatur 'dicane' i. e., ut videtur:

VI) DICANICE.

Hanc inscriptionem qui defendam atque adeo explicem argumenti carminis ratione habita, prorsus nescio. Relinquitur tertia nota solo cod. γ tradita „prosphonetice" de qua infra p. 40 dicetur.

VII) PROTREPTICE.

I 27: *Natis in usum laetitiae scyphis etc.*

(Codices notatione Graeca carent). Porphyrion adnotat: „protreptice ode est haec ad hilaritatem, cuius sensus sumptus est ab Anacreonte ex libro tertio".

* II 4: *Ne sit ancillae tibi amor pudori etc.*

(Ad Xanchiam Traliptam ancillam amare crimen non esse protreptice tetracolos *τ*, Prosphonetice alloquitur sodalem suum Foceum monens ne deserat concubinam suam Phillidem appetens talem qualis fuit Xanthia *Fλ*, Prosphonetice ad Xanthiam sodalem genere Foceum ancillam amare crimen non esse *γ*). Utrumque carmen propter argumentum protrepticum dici licet. cf. prosphonetice.

VIII) SYMBVLEVTICE.

*II 3: *Aequam memento rebus in arduis etc.*

(Paranetice immo symboleutice (simboleutice *γ*) Dellio *Fγ*, Paranetice symboleutice Dellio. Dellium alloquitur adque cohortatur eum ad equitatem animi et voluptatem quoniam mors sequutura obnubet omnes *λ*).

*II 17: *Cur me querellis exanimas tuis? etc.*

(Symboleutice ad Mecenatem *Fλ*, Paranetice vel simboleutice ad Mecenatem *γ*, Ad Mecenatem paranetice tetracolos *τ*). Utrumque carmen pari iure paraeneticis atque symbuleuticis adscribitur.

VIIII) EROTICE.

I 8: *Lydia, dic, per omnes etc.*

(Erotice dicolos ad Lidiam *Fλγ*; add. *γ*: meretricem).

(I 13: *Cum tu, Lydia, Telephi etc.*

(Erotice dicolos ad Lydiam *Fγ*; add. *γ*: de Thelepho. — Erotice dycolos alloquitur Lidiam meretricem aitque tormentum esse cum Telephy formam laudaet *λ*).

I 19: *Mater saeva cupidinum etc.*

(Erotice dicolos Glycerae *Fλ*).

*IIII 1: *Intermissa, Venus, diu etc.*

(Allegoricos a se (a se *om.* *λ*) affirmat ex intermisso scribi carmina ad Venerem eutice erotice dicolos (dicopos *B*) *ABλ*; item *γ*, sed praeposito: ad Fabium Maximum).

IIII 10: *O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens etc.*

(Ad Ligurinum puerum (om. *AB*) speciosum et arrogantem adversum maiores (amatores *γ*) erotice monocolos *ABλγ*).

IIII 11: *Est mihi nonum superantis annum etc.*

(Ad Phyllidam (Filliden γ Phyllam *B*) de die natalis sui simul et Mecenatis qui erat Idibus Aprilibus erotice tetracolos *ABλγ*).

Sunt certe haec carmina amatoria. De dittographia in IIII 1 (euctice erotice) cf. euctice.

X) ENTHVSIASTICE.

II 19: *Bacchum in remotis carmina rupibus etc.*

(Entusiace Liberi patris laudes *Fλ*, Enthusiatice ad Liberum patrem γ).

Bacchum inter Nymphas et Satyros se vidisse poeta fingit ac vere enthusiastici hi versus sunt:

Euhoe recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Laetatur, euhoe parce, Liber,
Parce, gravi metuende thyrso!

XI) EVCHARISTICE.

I 36: *Et ture et fidibus iuvat etc.*

(Eucaristice ad Numidam amicum Lamiae redeuntem *Fλ*, Eucharistice Lamiae Numidae amico loquitur redeunti γ).

Nimirum hoc carmine poeta dis custodibus Pomponi Numidae amici gratias agi pro salute eius iubet, qui sospes in patriam redierit, idemque epulas amico parat.

XII. XIII) EVCTICE. PROSEVCTICE.

I 30: *O Venus, regina Cnidi Paphique etc.*

(Eutice ad Venerem pro Glicera (γ add. meretrice) *Fλγ*).

I 31: *Quid dedicatum poscit Apollinem etc.*

(Eutice ad Apollinem ipsi sacrificans vitae praesentis statum *Fλ*, Eutice ad Apollinem γ).

I 35: *O diva, gratum quae regis Antium etc.*

(Proseutice fortunam invocat quae colitur Antii *Fλγ*).

III 18: *Faune, nympharum fugientum amator etc.*

(Proseutice in Faunum deum agrestem *Fλγ*).

IIII 6: *Dive, quem proles Niobea magnae etc.*

(Apollinis laudem refert (Apollinen laudat γ) quoniam servavit Aenean auctorem originis Romanae proseutice tetracolos *ABλγ*).

IIII 3: *Quem tu, Melpomene, semel etc.*

Poll. 11); Luxorii in Riesei Anthol. Lat. I p. 66; anonymorum ibid. I p. 81; II p. 211; etc. etc.: cf. Baehr, Gesch. der roem. Lit. I[4] p. 752—755.

3) propempticon Cinnae (cf. Luc. Mueller in ed. Catulli p. 88, III); Stat. silv. III 2.

4) epitaphia inscribi nonnulla epigrammata Martialis norunt omnes; cf. Ausonii epitaphia heroum; cf. Riese, Anthol. Lat. I, p. 92. 231. 263 et Baehr l. l. I[4] p. 796.

5) epicedion Stat. silv. V 1. 3. 5; Auson. edyll. 2; epicedion Drusi.

6) panegyrici inde a Tibulli temporibus compositi sunt (cf. Baehr l. l. I[4] 467 sqq.). [De oratorum cum Graecorum tum Latinorum panegyricis nota res est.]

7) soteria Stat. silv. I 4.[1]

Praetera de hymenaeis, idylliis, Priapeis, etc. etc. a Romanis compositis adeundi sunt libri de historia litterarum Latinarum conscripti.

Pauca horum de quibus agitur epithetorum ad alia carmina designanda usurpata esse vidimus. Quo maior est numerus epithetorum ex rhetorum potius apparatu petitorum. Nimirum ad artem rhetoricam haec vocabula revocanda

---

[1] Hic addere liceat, quae Proclus de carminum generibus refert (Gaisford I p. 346, 20): *περὶ δὲ μελικῆς ποιήσεως φησιν ὡς πολυμερεστάτη τε καὶ διαφόρους ἔχει τομάς. ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς μεμέρισται θεοῖς, ἃ δὲ ἀνθρώποις, ἃ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις. καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον, προσόδιον, παιᾶνα, διθύραμβον, νόμον, ἀδωνίδια, ἰόβακχον, ὑπορχήματα· εἰς δὲ ἀνθρώπους ἐγκώμια, ἐπινίκια, σκολιά, ἐρωτικά, ἐπιθαλάμια, ὑμεναίους, σίλλους, θρήνους, ἐπικήδεια· εἰς θεοὺς δὲ καὶ ἀνθρώπους παρθένεια, δαφνηφορικά, ὀσχοφορικά, εὐκτικά· ταῦτα γὰρ εἰς θεοὺς γραφόμενα καὶ ἀνθρώπων περιείληφεν ἐπαίνους. τὰ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις οὐκ ἔστι μὲν εἴδη τῆς μελικῆς, ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ποιητῶν ἐπικεχείρηται. τούτων δέ ἐστι πραγματικά, ἐμπορικά, ἀποστολικά, γνωμολογικά, γεωργικά, ἐπισταλτικά.*

sunt: Encomiastice, dicanice, euctice, symbuleutice, protreptice, prosphonetice, proseuctice, erotice, hymnus, palinodia.[1]

Ut a notissimis ordiar, Anaximenes[2] hoc modo de orationis generibus disputat: *δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικὸν, τὸ δὲ δικανικόν. εἴδη δὲ τούτων ἑπτά· *προτρεπτικὸν, ἀποτρεπτικὸν, ἐγκωμιαστικὸν, ψεκτικὸν, κατηγορικὸν, ἀπολογητικὸν καὶ ἐξεταστικὸν κ. τ. λ.* (Anaxim. ap. Spengel. rhet. I 174, 15). Aristotelem demum notum est tria genera constituisse *ἐπιδεικτικὸν, δικανικὸν, συμβουλευτικόν*, quibus generibus ille species subiungit, cum dicit: . . *συμβουλῆς δὲ τὸ μὲν προτροπὴ, τὸ δὲ ἀποτροπή . . . . ἐπιδεικτικοῦ δὲ τὸ μὲν ἔπαινος, τὸ δὲ ψόγος . . . .*[3] Eandem dispositionem cum apud alios tum apud Menandrum habemus, qui tertium genus *ἐπιδεικτικόν* in *ἐγκωμιαστικόν* et *ψεκτικόν* dividit[4], cum Theo et Alexander, qui floruerunt altero post Christum saeculo, ipsum genus *ἐγκωμιαστικόν* nominent, Hermogenes, qui Antonino philosopho regnante vixit, *πανηγυρικόν*.[5]

Nec vero silentio nobis praetereundum est discrimen inter *ἔπαινον* et *ἐγκώμιον* statui: quamquam quomodo inter se differrent, de ea re rhetores varia disseruerunt. Aristoteles primus certum discrimen videtur statuisse: *ἔστι δ' ἔπαινος* — inquit — *λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς . . . . τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστίν.*[6] Aliter Hermogenes in progymnasmatis differentiam exponit his: *ἐπαίνου δὲ διαφέρει τὸ ἐγκώμιον, ὅτι ὁ μὲν ἔπαινος καὶ ἐν βραχεῖ γένοιτ' ἄν, οἷον Σωκράτης σοφός, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐν μακροτέρᾳ διεξόδῳ.*[7] Cui hoc quoque acceptum refert Nicolaus sophistes.[8] Plures deinde discer-

---

[1] In sequentibus si quae iam apud poetas extare reperimus, asterisco ea signavi

[2] Sequor Spengelii sententiam, qui rhetoricen ad Alexandrum, quae sub Aristotelis fertur nomine, Anaximeni tribuit.

[3] Aristot. art. rhet. I 3 = Spengel. I 14, 3 sqq.

[4] Menand. *γενεθλίων διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν* ap. Speng. III 331, 1.

[5] Hermog. *περὶ ἰδεῶν β'* = Spengel. II 401, 14.

[6] Aristot art. rhet. I 9 = Spengel. I 37, 15.

[7] Hermog. progymnasm. 7 = Spengel. II 11, 25.

[8] Nicol. soph. progymn. 8 = Spengel. III 478, 30.

team sui non esse memorem *Fλ* (sim. *π*), Prosphonetice ad Galathiam sui non esse inmemorem *γ*).

I 6: *Scriberis Vario fortis et hostium etc.*

(Ypotetice tetracolos ad Agrippam excusatio cur de rebus non scribat *F*, Hypothetice tetracolos ad Agripam *λ*).

Carminibus quae sunt II 16. 18. III 16 Horatius paupertatem et continentiam divitiis praeferendam esse monet, et cum carminibus II 16 et III 16 certas adloquatur personas Grosphum et Maecenatem, II 18 lectoribus omnibus scripsisse videtur. Quae recte hypotheticae nominantur. De dittographia II 18 vide „paraenetice". Etiam I 15 monita continet: Horatius enim Nerea facit Paridem monentem et Ilii fata vaticinantem. III 27 verba propemptica continet Galatheae amatae ita dicta, ut narratione intexta de Europa olim Oceani periculis perterrita, deinde ad summa gaudia evecta eam et dehortari velle videatur et consolari. Unde explicatur epitheton: quamquam argumentum carminis totum iocosum potius intellegendum est, cum similem fortunam poeta puellae tecte promittat atque Europe adsecuta sit. Potest tamen, qui scripsit „hypothetice", etiam ipso exitu carminis adductus esse:

. . . . 'apstineto'
dixit 'irarum calidaeque rixae,
cum tibi invisus laceranda reddet
cornua taurus.
uxor invicti Iovis esse nescis:
mitte singultus; bene ferre magnam
disce fortunam: tua sectus orbis
nomina ducet'.

codd. *Fλγ* exhibent „prosphonetice", de qua voce infra dicetur.

I 6 vero quo iure hypothetica nominetur, prorsus non adsequor: quo carmine Flaccus sese imparem esse rebus ab Agrippa gestis carmine celebrandis exponit.

XV) PARAENETICE.

* II 3: *Aequam memento rebus in arduis etc.*

(Paranetice immo symboleutice (simboleutice *γ*) Dellio *Fγ*, Paranetice symboleutice Dellio. Dellium alloquitur adque

cohortatur eum ad equitatem animi et voluptatem quoniam mors sequutura obnubet omnes λ).

I 4: *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni etc.*

(Paranetice dicolos Sestio Quirino qui et Festus dictus est *F*, Paranetice dicolos ad Sestium Quirinum λ).

I 7: *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen etc.*

(Paranetice dicolos ad Plancum *F*,.... Paranetice dicolos Planco λ). Firmatur epitheto hoc adscripto Porphyrionis adnotatio, quocum consentiunt Diomedes et Marius Victorinus, continuari septimam oden ea quae in codicibus separata sequitur. Porphyr. schol. ad I 7, 15: „*Albus ut obscuro deterget nubila caelo saepe Notus.* hanc oden quidam putant aliam esse, sed eadem est; nam et hic ad Plancum loquitur, in cuius honorem et in superiore parte Tibur laudavit. Plancus enim inde fuit oriundus").

I 9: *Vides ut alta stet nive candidum etc.*

(Paranetice ad Thaliarchum puerum speciosum *F*, Paranetice tetracolos ad Thaliarcum puerum γ, Paranetice tetracolos ad Taliarcum puerum spetiosum de voluntatibus λ).

I 18: *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem etc.*

(Paranetice monocolos ad Varum *F*λ; add. λ: Quintilium. — Paranetice monocolos Quintilio Varo summam dicens vini sed cum modo voluptatem γ).

*II 18: *Non ebur neque aureum etc.*

(Paranetice vel ypotetice de continentia qua paupertatem suam divitiis praefert *F*λ, Paranetice vel ypotice ad Varum γ).

III 12: *Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci etc.*

(Paranetice ad Neobulen (Neubulen ψ) suavem vitam non esse sine iucunditate et amore *F*λ, Paranetice ad Neobulem γ).

*III 29: *Tyrrhena regum progenies, tibi etc.*

(Ad Maecenatem paraenetice (paraetice *A*) *AB*, Prosphonetice paranetice Mecenati γ, Prosphonetice Mecenati *F*λ).

IIII 7: *Diffugere nives, redeunt iam gramina campis etc.*

(Ad Manlium Torquatum de mortalitate refert enim

omnia mutari momento temporis paraenetice (paranetice *Aγ*) tetracolos (om. *γ*) *ABλγ*).

I 14: ***O navis, referent in mare te novi etc.***

(Paranetice tetracolos ad Brutum *Fλ*).

I 33: ***Albi, ne doleas plus nimio memor etc.***

(Paranetice tetracolos (om. *γ*) ad Albium Tibullum (Bullum *Fλ*) consolatur dolentem quod neglegatur a scorto *Fλγ*).

II 9: ***Non semper imbres nubibus hispidos etc.***

(Paranetice consolatio ad Valgium Rufum ne diu doleat *Fλ*, Valgium consularem amicum consolatur paranetice tetracolos *γ*).

* II 17: ***Cur me querellis exanimas tuis? etc.***

(Ad Mecenatem paranetice tetracolos *τ*, Symboleutice ad Mecenatem *Fλ*, Paranetice vel simboleutice ad Mecenatem *γ*).

IIII 12: ***Iam veris comites, quae mare temperant etc.***

(Veris descriptio est ad Virgilium quod tempus in (om. *λ*) mortalibus est (sit *B*) gratissimum paraenetice (paraentice *B*, paranetice *λγ*) tetracolos *ABλγ*).

I 17: ***Velox amoenum saepe Lucretilem etc.***

(Paranetice [Tindaridi add. *γ*] agri Sabini laus et montis Lucretilis *Fλγ*).

III 17: ***Aeli vetusto nobilis ab Lamo etc.***

(Paranetice Aelio Lamiae (Lamio *Fλ*) *Fλγ*).

*III 28: ***Festo quid potius die etc.***

(Ad Lyden paraenetice (paranetice *Aγ*) de Neptunalibus *ABγ*, Syllogistice Lydae (Lydie *λ*) *Fλ*).

*II 20: ***Non usitata nec tenui ferar etc.***

(Paranetice se inmortalem futurum et in cignum convertendum ait *Fλ*, Ad Mecenatem allegorice tetracolos (rell. om. *τ*) vel paranetice sibi *γτ*).

III 14: ***Herculis ritu modo dictus, o plebs etc.***

(Paranetice civibus in Augustum (rell. om. *γ*) victorem ex Hispania redeuntem *Fλγ*).

III 21: ***O nata mecum consule Manlio etc.***

(Paranetice ad amphoram *Fλγ*).

*IIII 13: ***Audivere, Lyce, di mea vota, di etc.***

(Compotem se voti sui factum esse dicit (om. *Aγ*) quod Lyce anus facta sit paranetice (parentice *B*) tetracolos *ABλγ*. μεμπτικὴ παραινετικὴ e vetusto Gemblacensi suo rettullit Pulmannus).

Plerisque quae ita inscribuntur carminibus adhortationes continentur sive universae quaedam sive ad certam rem spectantes. Sunt carmina quibus poeta homines cohortetur, ut vita vel amore laeto atque aequo animo fruantur (II 3 quo in carmine paraeneticum principium notandum. I 7. 9. 18. II 18. III 12. 29. IIII 7); alia sunt quorum argumenta non sententia in universum prolata definiantur, sed quibus Horatius vel admoneat aliquem (I 14) vel consoletur (I 33. II 9. 17) vel invitet (IIII 12. — I 17. III 17. 28). Quo ex numero I 14. 33. II 9. 17 vere paraenetica sunt. Carmen IIII 12 in fine exhibet adhortationem:

verum pone moras et studium lucri,
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis brevem:
dulce est desipere in loco.

Contra in carminibus I 17. III 17. 28 cohortatio nulla est; neque enim invitatio per se παραίνεσις dici potest. Praeterea sunt alia ab iis quae diximus argumentis remota: II 20 ubi „allegorice" rectius *γr*, III 14. 21. IIII 13. Carmen II 20 qui paraeneticum dixit non animadvertit nisi stropham ultimam:

absint inani funere neniae
luctusque turpes et querimoniae:
compesce clamorem ac sepulcri
mitte supervacuos honores.

Neque magis III 14. 21, nedum IIII 13 ullum habent indicium παραινέσεως: ita ut aut ad aliam notionem perperam detorta esse vox „paraenetice" dicenda sit[1], aut corrupta ex „prosphonetice": id quod mihi maxime in carmine IIII 13 praeferendum videtur.

Duplices significationes praebent tituli carminum II 3. 17. 18. 20. III 29 (IIII 2?) ex diversa codicum memoria ortas. Atque utrum II 3. 17 „symbuleutice" an „paraenetice" probetur,

[1] Ad eandem atque vox „prosphonetice" de qua vid. infra.

perinde est. Certe de illo discrimine inter duas illas voces, quod Syrianus (schol. in Hermog. ap. Walz. rhett. Graec. IIII p. 763, 6 v. supra p. 25) statuit, cogitari non potest. Immo hoc ponere licet symbuleuticen idem significare quod paraeneticen, nisi quod paullo graviorem vim habeat. Non aliter res se habet II 18 in vocabulis „hypothetice" et „paraenetice". Carmini III 29 nota „paraenetice" (*AB*) aptior est quam „prosphonetice" (*Fλ*), II 20 „allegorice" in τ rectius legi quam „paraenetice" in *Fλ* (utrumque ut in III 20 coniungit γ) iam notavimus. De inepto carminis III 28 titulo „syllogistice" infra dicendi locus erit. IIII 13 μεμπτική, si modo in codice Gemblacensi aeque atque in antiquioribus editionibus lectum est, omnino praestat alteri notioni.

XVI) PROSPHONETICE.

*I 3: *Sic te diva potens Cypri etc.*

(Prosphonetice dicolos Virgilii *Fλ*; add. λ: aliter navem prosequitur qua Virgilius Athenis vehebatur. — „Proseuctice" Diomed.)

I 5: *Quis multa gracilis te puer in rosa etc.*

(Prosphonetice tetracolos ad Pyrram *Fλ*).

*I 12: *Quem virum aut heroa lyra vel acri etc.*

(Prosphonetice tetracolos hymnos *F*, Prosphonetice tetracolos ymnus de laudibus deorum et hominum γ, Prosphonetice tetracolos hymnos de laudibus deorum atque hominum λ).

I 20: *Vile potabis modicis Sabinum etc.*

(Prosphonetice ad Meoenatem invitans eum ad vinum *Fλ*).

I 32: *Poscimur. si quid vacui sub umbra etc.*

(Prosphonetice ad lyram (cett. om. *Fλ*) de carminibus suis *Fλγ*).

I 37: *Nunc est bibendum, nunc pede libero etc.*

(Prosphonetice ad sodales. Augusti Caesaris victoriam Alexandrinam describit *Fλγ*).

I 38: *Persicos odi, puer, apparatus etc.*

(Prosphonetice ad puerum (puerum suum γ) pro simplici apparatu convivii *Fλγ*.)

*II 2: *Nullus argento color est avaris etc.*

(Prosphonetice tetracolos Salustio Crispo ius libertatis

extollenti γ, Ad Sallustium Crispum encomiastice tetracolos *AB*, Dicane ad Sallustium Crispum quod (om. π) ius liberalitatis extollit gratia *F*$\lambda\pi$).

* II 4: *Ne sit ancillae tibi amor pudori etc.*

(Prosphonetice alloquitur sodalem suum Foceum monens ne deserat concubinam suam Phillidem appetens talem qualis fuit Xanthia *F*λ, Prosphonetice ad Xanthiam sodalem genere Foceum ancillam amare crimen non esse γ, Ad Xanchiam Traliptam ancillam amare crimen non esse protreptice tetracolos τ).

II 6: *Septimi, Gades aditure mecum et etc.*

(Prosphonetice Septimio *F*, Ad Septimium prosphonetice (prospenetice τ) tetracolos $\gamma\tau$ al.).

* II 7: *O saepe mecum tempus in ultimum etc.*

(Ad Pompium Varum proponetice tetracolos τ, Pracmatice vel prosphonetice tetracolos ad Oratium Pompium consodalem γ, Pragmatice ad Horatium Pompilium commilitonem Brutianum quem receptum in patria invitat *F*λ).

II 12: *Nolis longa ferae bella Numantiae etc.*

(Ad Mecenam prosphonetice tetracolos τ).

II 14: *Eheu fugaces, Postume, Postume etc.*

(Prosphonetice tetracolos ad Postumum de celeritate vitae γ).

III 11: *Mercuri, nam te docilis magistro etc.*

(Prosphonetice Mercurio lyraeque *F*$\lambda\gamma$).

* III 23: *Caelo supinas si tuleris manus etc.*

(Prosphonetice monocolos ad Phidilen rusticam γ, Proseutice monocolos Phidile *F*λ; add. λ: rusticam).

* III 29: *Tyrrhena regum progenies, tibi etc.*

(Prosphonetice Mecenati *F*λ, Prosphonetice paranetice Mecenati γ, Ad Maecenatem paraenetice (paraetice *A*) *AB*).

* III 27: *Impios parrae recinentis omen etc.*

(Prosphonetice ad Galateam sui non esse memorem *F*λ (sim. π), Prosphonetice ad Galathiam sui non esse inmemorem γ, Ad Galatheam ypothetice *AB*τ).

* IIII 4: *Qualem ministrum fulminis alitem etc.*

(Ad urbem Romanam (Romam γ) de indoli (indole γ) ducum prosphonetice encomiastice tetracolos *AB*$\lambda\gamma$; add. λ: in Drusi Neronis virtutem).

Satis liquet prosphonetices vocabulum in Horatii codicibus non eam habere propriam significationem quam apud rhetores habet[1], cum illorum carminum nullo neque ipsum Caesarem neque magistratum adloquatur. Praeterea argumenta carminum nihil certi ad vocis significationem circumscribendam afferunt: sunt enim satis diversi generis. Itaque invenimus praecepta monitaque (I 38. II 2. 14. III 29), laudes deorum hominumque (I 12. IIII 4), artis suae laudes (I 32), preces (III 11), invitationem (I 20), lusus ludificationesque (I 5. II 4), verba propemptica (I 3. III 27), gaudia publica privataque (I 37. II 7), varia alia; quare vim huic voci satis amplam quin attribuamus facere non possumus. Quamvis enim diligenter quaeramus, qua ratione singulis carminibus adlocutio (προσφώνησις vel προσφώνημα) fiat, non ita multum proficimus. Equidem quae eruere mihi visus sim, paucis afferam.

Atque hoc quidem constat fere omnium eorum quae inscribantur prosphonetica carminum ipso initio personam aliquam diserte appellari vel indicari. Quod quo melius ante oculos poneretur, carminum principia adscripsi:

I 3: *Sic t e diva potens Cypri, Sic fratres Helenae, lucida sidera, Ventorumque regat pater Obstrictis aliis praeter Iapyga, N a v i s, quae etc.* || I 5: *Quis multa gracilis t e puer in rosa Perfusus liquidis urget odoribus Grato, P y r r h a, sub antro?* || I 12: *Quem virum aut heroa lyra vel acri Tibia s u m i s celebrare, C l i o etc.* || I 20: *Vile p o t a b i s modicis Sabinum* .... vs. 5: *c a r e M a e c e n a s etc.* || I 32: *Poscimur. si quid vacui sub umbra Lusimus t e c u m, quod et hunc in annum Vivat et pluris, age dic Latinum, B a r b i t e, carmen.* || I 37: *Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus, nunc Saliaribus Ornare pulvinar deorum, Tempus erat dapibus, s o d a l e s.* || I 38: *Persicos odi, p u e r, apparatus etc.* || II 2: *Nullus argento color est avaris Abdito terris, inimice lamnae C r i s p e S a l l u s t i etc.* || II 4: *Ne sit ancillae t i b i amor pudori, X a n t h i a P h o c e u etc.* || II 6:

[1] cf. Menand. περὶ ἐπιδεικτικῶν III 414, 32 Speng. v. supra p. 24.

Septimi Gades aditure mecum etc. || II 7: *O saepe mecum tempus in ultimum Deducte Bruto militiae duce, Quis te redonavit etc.* .... vs. 5 *Pompei, meorum prime sodalium etc.* || II 12: *Nolis longa ferae bella Numantiae etc.* .... vs. 11 *Maecenas, melius etc.* || II 14: *Eheu fugaces, Postume, Postume etc.* || III 11: *Mercuri, nam te etc.* || III 23: *Caelo supinas si tuleris manus Nascente luna, rustica Phidyle etc.* || III 29: *Tyrrhena regum progenies, tibi Non ante verso lene merum cado Cum flore, Maecenas, rosarum etc.*

Duobus tantum carminibus adlocutio diserta in ipso initio carminis non invenitur III 27 et IIII 4; altero enim poeta inde a decimo tertio versu Galatheam *(sis licet felix, ubicumque mavis, et memor nostri, Galathea, vivas)*, altero a tricesimo septimo demum urbem Romam *(Quid debeas, o Roma, Neronibus)* adloquitur. Ceterum utrique carmini altera quoque eaque aptior addita est in codicibus notatio (III 27 hypothetice *ABτ*, IIII 4 encomiastice in *ABλγ* per dittopraphiam voci „prosphonetice" additum); idemque valet de I 12 (hymnos *Fλγ*, et id quoque per dittographiam), II 4 (protreptice *τ*), III 29 (paraenetice *ABγ*). Quae vero notae in aliis codicibus adduntur carminibus II 2 (encomiastice *AB*, dican[ic]e *Fλπ*), 7 (pragmatice *Fλγ*, quod in *γ* iungitur voci „prosphonetice"), III 23 (proseuctice *Fλ*) significatione quae est „prosphonetice" etiam ineptiores habendae sunt. Diomedis testimonium, qui carmen I 3 proseucticen inepte sane appellat, iam attuli.

Quodsi conceditur in plerisque horum carminum adlocutionem disertam extare, certo etiam maior numerus est similium carminum, quae licet eodem loco adlocutionem habeant, tamen aliis notationibus variis designentur. Sunt autem haec[1]: I 1 Pragmatice. 6 Hypothetice. 8 Erotice. 9 Paraenetice. 10 Hymnus. 11 Pragmatice. 13 Erotice. 14 Paraenetice. 16 Palinodia. 18 Paraenetice. 21 Hymnus. 23 Lerke. [28.

---

[1] Eius generis carmina si quae omnino inscriptione Graeca carent, uncis inclusa adposui.

29]. 30 Euctice. 33 Paraenetice. 35 Proseuctice. || II 3 Paraenetice. Symbuleutice. 8 Prosagoreutice. [10. 13]. 17 Paraenetice. Symbuleutice. || III [2. 4. 6. 7]. 9 Antapodotice. [10]. 13 Proseuctice. 14 Paraenetice. 15 Mentice. 17 Paraenetice. 18 Proseuctice. [20]. 21 Paraenetice. 22 Hymnus. 25 Hymnus || IIII 1 Euctice Erotice. 3 Proseuctice. 5 Paean Proseuctice. 6 Proseuctice. [9]. 10 Erotice. 13 Paraenetice.

Ne ex personis quidem vel rebus quas poeta adloquitur ad quaestionem solvendam quicquam proficimus. Adloquitur enim deos carminibus I 12. III 11, urbem Romam IIII 4, Vergilii navem I 3, barbitum I 32, ceteris omnibus homines.

Itaque hoc mihi statuendum esse videtur: prosphonetica videlicet carmina ea tantum appellata esse, quae disertam adlocutionem continerent, sed ad notationem tam inanem tum demum confugisse eos, qui inscriptiones addiderunt, si alterum epithetum idoneum praesto non esset. Certe multorum Horatii carminum ea est et rerum et sententiarum copia, ut uno verbo totius carminis indoles definiri non facile possit. Ac nonnunquam accidit, ut adlocutione obvia contenti aptiorem significationem non diu quaererent, sed carmen appellarent prosphoneticum.

XVII) ALLEGORICE.

*II 20: *Non usitata nec tenui ferar etc.*

(Ad Mecenatem allegorice tetracolos $\gamma\tau$; add. γ: vel paranetice sibi. — Paranetice se inmortalem futurum et in cignum convertendum ait $F\lambda$).

Carmen allegoricum est, cui inepte in $F\lambda$ praescribitur „paraenetice“.

XVIII) ANTAPODOTICE.

III 9: *Donec gratus eram tibi etc.*

(Ad Lidyam meretricem antapodice γ, Antapodotice F, Antopodotice ad Lydiam et Lydiae ad se π).

Inscriptio eo spectat quod alternis cantant Horatius et Lydia.

XVIIII) APOTELESTICE.

III 30: *Exegi monumentum aere perennius etc.*

(Ad Melphomenem Musam dicit apotelestice scriptis semper victu[rum] λ, Dicit se apotelestice scriptis semper victurum *F*).

Vocabulo „apotelestice" exprimitur nihil nisi hac ode libri (vel trium librorum) extrema iam perfectum absolutumque esse novae artis Horatianae opus. Ceterum ea vox cum parum intellecta sit, praescriptis inepte inserta est ita, ut adverbii loco fungeretur.

Difficillima quaestio est de voce quae est

XX) PRAGMATICE, qua inscribuntur:

I 1: *Maecenas atavis edite regibus etc.*

(Aemilium ad Maecenatem vario hominum scribit officio pragmatice monocolos *B*).

II 1: *Motum ex Metello consule civicum etc.*

(Ad Asinium Pollionem consularem virum pracmatice tetracolos γ).

III 1: *Odi profanum volgus et arceo etc.*

(Pracmatice ad indoctos *F*, Ad chorum virginum et puerorum pracmatice ad indoctos λ).

I 11: *Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi etc.*

(Pracmatice ad Leuconoem meretricem genesim per mathematicam requirentem *F*, Pracmatice monocolos ad Leuconoen (cett. om. λ) suadens mathematicam omitendam γλ).

*II 7: *O saepe mecum tempus in ultimum etc.*

(Pragmatice ad Horatium Pompilium commilitonem Brutianum quem receptum in patria invitat *F*λ, Pracmatice vel prosphonetice tetracolos ad Oratium Pompium consodalem γ, Ad Pompium Varum proponetice tetracolos τ).

Vox quae est πραγματικός varias et valde inter se diversas significationes habet, neque vero ulla earum docemur, qua ratione pragmatices voçabulum illis carminibus praepositum accipiendum sit.[1] Πραγματικὰ μέλη Proclus commemorat

[1] cf. Hermog. περὶ τῶν στάσεων 2 (Spengel. II 139, 10 sqq.). Apsin. περὶ

etsi eis verbis, quae nobis non sufficiant: *πραγματικὰ δὲ* (scil. *μέλη*), *ἃ τινων περιεῖχε πράξεις.*[1] Atqui illa quae pragmatica inscribuntur carmina Horatiana minime res gestas tractant, neque omnino eis argumentum idem est. Qua de re facere non possumus, quin ad coniecturam confugiamus. Accuratius enim si inquirimus in horum carminum argumenta, intellegimus easdem fere cogitationes expressas esse carminibus I 1. II 1. III 1. Nam carminibus I 1 et III 1 diversa hominum studia ac fortunas persequitur suamque cum eis artem musicam, suam vitae continentiam et aequitatem comparat; carmine II 1 vero postquam Asinium Pollionem adlocutus de historia belli civilis scribenda verba fecit, suam Musam grandia carmina detrectare fatetur:

sed ne relictis, Musa procax, iocis
Ceae retractes munera neniae,
mecum Dionaeo sub antro
quaere modos leviore plectro.

Studia igitur artesque ac mores hominum sollemni modo ita persequitur, ut suum studium, suam artem, suum vivendi consilium ceteris opponat, nec fortuito fit, quód haec tria carmina in suo quodque libro primum locum obtinent, quo quasi fundamento poeta doceat, quid sibi in carminibus componendis proposuerit. Hac ipsa re adducimur ut coniectemus pragmatices vocabulum de eis dici, quibus argumenta ipsaque principia vitae et artis continentur, et ad ipsa prooemia pertinere. Atque cum alioqui nihil inveniamus quod ad hanc coniecturam valeat firmandam, exoptatum nobis auxilium fert locus quem in Demosthenis scholiis, quae sub Ulpiani nomine feruntur, legimus: *Ἡ λύσις* — ait — *τῶν ἀντιπιπτόντων καὶ ἡ σπερματικὴ τῶν κεφαλαίων ἐπαγωγὴ π ρ α γ μ α τ ι κ ὸ ν ποιεῖ π ρ ο ο ί μ ι ο ν.*[2] Fortasse igitur hoc vocabulum ab

---

ἐπιλόγου (Sp. I 384. 19). Iul. Vict. 3, 5 (Halm. rhett. min 379, 3). Empor. de ethopoeia (Halm. 562, 26).

[1] Procl. Chrestomath. 29 (Gaisford I 355, 7).

[2] Ulpiani comm. in Demosth. ed. Dindorf. Orat. Olynth. I. Simile aliquid affert Hermogenes (*περὶ εὑρέσεως* I *περὶ τῶν ἐξ ὑπολήψεω; προοιμίων* Spengel. II p. 177, 6 sqq.): *Ἡ πρώτη καὶ καλλίστη τῶν προοιμίων εὕρεσις*

usu rhetorum in artem poeticam translatum est, eaque carmina ita appellata sunt, quae tamquam fundamenta totius libri in fronte legerentur. Atqui eam coniecturam si probamus, facere non possumus quin carminum I 11 et II 7 inscriptiones ineptas iudicemus. Veri simile autem est legendum esse in I 11 „paraenetice", aut „prosphonetice", in II 7 „prosphonetice", idque ipsum hoc quidem loco τ codex exhibet (cf. γ).

XXI) PROSAGOREVTICE.

II 8: *Ulla si iuris tibi peierati etc.*

(Prosagoreutice Iuliae (Iullae *F*, Iulliae γ) Barinae in meretricem rapacem ac periuram *Fλγπ*).

Quid hic „prosagoreutice" sibi velit, incertum est. Equidem dubito, utrum qui adscripsit invectionem sive vituperationem exprimi voluerit, an corruptum sit vocabulum et aliud legendum velut „catagoreutice".

Transgrediamur iam ad ea vocabula, quae corrupta tradita sunt.

XXII) LERKE.

I 23: *Vitas hinuleo me similis, Chloe etc.*

(Lerke [superscr. invectio] ad Cloem meretricem fugientem se *Fλ*). Kellerus propterea quod „invectio" superscriptum est, „lerke" natum esse ex „loedorike" coniecit. Atqui „loedorike" inepte vocaretur carmen iocosum quo blande allicit Chloen poeta. Haud sine veritatis specie aliquis coniciat initio scriptum fuisse „allegorice", illud autem quod est „invectio" voci corruptae postea per errorem superscriptum esse. Quo iure autem „allegorice" carminis argumento conveniat legenti facile apparet.

XXIII) MENTICE.

III 15: *Uxor pauperis Ibyci etc.*

(Mentice ad Chloridem *Fλγ*).

Apparet „mentice" corruptum esse ex „memptice".

καλλίστης καὶ πραγματικωτάτης εὑρέσεως τετύχηκε τῆς ἐκ τῶν ὑπολήψεων καλουμένης; τῶν τε προσώπων καὶ τῶν πραγμάτων κ.τ.λ. .... τεθείσης γάρ τοι πάσης ὑποθέσεως ἀνασκοπεῖν ἄξιον πρῶτον τὸ πρᾶγμα [τὸ γεγενημένον] ὁποῖόν ἐστι, [καὶ] περὶ οὗ ἡ κρίσις ἢ τὸ βουλευτήριον συνέστηκεν (ἐν προβλήμασι γὰρ ἢ κρίνομεν ἢ βουλευόμεθα), δεῖ τοίνυν σκοπεῖν τὸ πρᾶγμα εἴτε καλόν ἐστιν εἴτε φαῦλον, εἶτα κ.τ.λ.

Vituperatur enim hac ode Chloris, quia „propior funeri“ rixas amoris et virginum ludos nondum relinquat. Atque 'μεμπτικῇ' notionem cum 'παραινετικῇ' coniunctam ad IIII 13 ex Gemblacensi vetusto refert Pulmannus.

XXIIII) DIASTOLICE.

III 19: *Quantum distat ab Inacho etc.*

(Diastolice ad Telephum Murenam augurio honoratum *Fλγ*).

Toto hoc carmine Horatius convivii magistrum agit, qui omnia instruit et imperat. Veri igitur non dissimile videatur diastolicen intellegendam carmen explicans, descriptivum — apparatus enim convivii per singula explanantur —: quamquam certi nihil de hac voce statui potest, quae nescio an corrupta sit.

XXV) SYLLOGISTICE.

*III 28: *Festo quid potius die etc.*

(Syllogistice Lydae (Lydie λ) *Fλ*, Ad Lyden paraenetice (paranetice *Aγ*) de Neptunalibus *ABγ*).

Mira notatio est ac nullo modo ferenda. Fortasse legendum: „sympotice“.[1] Quae in *ABγ* fertur notatio ipsa quoque satis inepta est.

§ V.

Restat ut eorum quae eruimus summam faciamus.

Atque vocabulorum de quibus egimus maximam partem vidimus notationes esse coloris expertes et fere inanes quaeque ad veram naturam carminis cognoscendam prorsus nihil valerent — quales sunt „prosphonetice“ „paraenetice“ cet. —, easdemque saepe carminum veris argumentis atque sententiis neglectis ex paucis versibus temere arreptas esse. Neque mirum est in ipsa Horatiana carmina tales significationes non quadrare: quae carmina adeo abundant sententiarum copia et varietate, ut paucissimorum indoles eiusmodi vanis epithetis definiri possit. Hinc fieri non potuit, quin multis carminibus epitheta adderentur, quae diligenter examinanti plane inepta

[1] Epigrammata sympotica extant (Duebner. Epigr. Anthol. Graec. II p. 285).

viderentur. Porro facile accidit, ut de appellandis carminibus sententiae diversae proferrentur et ab ipso initio carmina aliter ab aliis inscriberentur. Quo pertinent et discrepantiae, quae in codicibus nostris comparent (II 2. 4. 7. 17. 20. III 23. 27. 28. 29), et dittographiae, ubi duplex significatio in eodem codice additur (I 12. II 3. 7. 17. 18. 20. IIII 1. 4). Uno loco IIII 5 duplex significatio non tam variae memoriae quam accuratiori adnotationi deberi videtur (p a e a n i s s p e c i e s p r o s e u c t i c e). In universum autem ubi discrepat codicum in his notationibus memoria, aptiora exhiberi epitheta in τ et γ (de quo vid. p. 15 sq.), ad quos in libro tertio extremo accedunt *AB*, quam *Fλ*, de II 2 (γ contra *Fλπ* et *AB*), II 4 (τ contra *Fλγ*), 7 et 20 ($\tau\gamma^1$ contra $F\lambda\gamma^2$), III 23 (γ contra *Fλ*), 27 (*ABτ* contra *Fλγπ*), III 29 ($AB\gamma^2$ contra $F\lambda\gamma^1$) probavimus.

De tempore, quo grammatici carmina Horatiana interpretati sint ita, ut universum cuiusque carminis argumentum termino quem aiunt technico graecanico ex rhetorum potissimum supellectili desumpto circumscriberent, cum deficiant indicia neque id poetarum interpretandorum genus late patuisse videatur, certius nihil definiri potest: ante quarti saeculi initium id iam usu receptum fuisse Porphyrionis et Diomedis testimonia fidem faciunt. Hoc certum videtur s c h o l a s t i c a e carminum interpretationis, qualis inde ab exeunte primo p. Ch. saeculo coli coepta est, haec exempla agnosci. Itaque eis temporibus tribuenda erunt, quibus et in scholis assidua lectione pertractabantur carmina Horatiana et studia rhetorica iam illa nominum atque distinctionum copia parum fructuosa abundabant. Accuratiora de his fortasse proferre poterit, si quis m e t r i c a s notationes Graecas, quae plerumque cum illis epithetis coniunctae inveniuntur et ad eandem originem sine dubio revocandae sunt (monocolos, dicolos, tetracolos etc.) diligenter examinaverit metricorum scriptorum memoria variisque artis metricae generibus et temporibus in comparationem vocatis: quam quaestionem cum absolvere non possem utpote ab huius scriptionis consilio alienam, ne attingere quidem satius duxi.

II

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE

ARGENTORATENSES

SELECTAE

VOLVMEN IV.

ARGENTORATI

APVD CAROLVM I. TRVEBNER.

MDCCCLXXX.

Hoc quarto volumine continentur hi libelli:

Commentationis a FELICE VOGT scriptae solae paginae 203—257, commentationis a PAULO PULCH scriptae solae paginae 313—356 continentur eis exemplaribus, quae auspiciis amplissimi philosophorum ordinis academiae Wilhelmae Argentinensis prodierunt.

EPIGRAMMATA GRAECA

IN AEGYPTO REPERTA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS
RITE IMPETRANDOS

RETRACTAVIT

OTTO PUCHSTEIN
POMERANUS.

ADIECTAE SUNT TABULAE DUAE

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXX.

Lipsiae. typis Breitkopfii et Haertelii.

RUDOLFO SCHOELLIO

PIO GRATOQUE ANIMO

D · D · D ·

In epigrammatum Graecorum lapidibus incisorum, quae in Aegypto reperta sunt et post Letronnium a Franzio in C. I. G. vol. III edita, verbis ad artis normam constituendis quam non firmo fundamento saepe niterentur, multi viri docti experti sunt. Nam post carminum illorum exempla satis diligenter a Saltio Wilkinsonio Lenormantio L'Hôtio confecta cum Bailius [1]) maxime suis ipsius apographis summam de veris lectionibus movisset dubitationem [2]), testes, quibus fides haberi posset, desiderabantur. Quo maiores gratiae R. Lepsio agendae sunt, quod, cum Aegyptum annis huius saeculi XLII—XLV ad monumenta aegyptia cognoscenda et colligenda perlustraret, etiam inscriptiones graecas et latinas ectypis confectis accurate constituit et aere incisas in Monumentorum volumine sexto tab. 70—101 edidit. Atque quanti Lepsii apographa aestimanda essent, iam Mommsenus docuit, cum eis usus inscriptiones latinas in Aegypto repertas ederet [3]). Praeterea Kirchhoffius titulos nonnullos propter litteraturam et antiquitatem notabiles ex Lepsii opere deprompsit [4]); nuper Droysenus in historia Ptolemaeorum enarranda eadem ectypa consuluit [5]). Marquardtii [6]) vero sententia, qui non multum Lepsii apparatu nos iuvari censet, vereor ut iusta sit: aliquid certe ad eam redarguendam spes est hac mea commentatione allatum iri. Citavit Lepsium etiam Wescher, cum carmina quaedam denuo ederet: qui cum

---

1) Iac. Kennedey Bailie fasc. III. inscript. graec. Dubl. 1849, vide C. I. G. III Add. p. 1200 n. 4720 al.

2) cf. Mommsen. in C. I. L. III, 1 p. 9, VI.

3) C. I. L. III, 1 p. 6 sq.

4) *Studien z. Gesch. d. griech. Alphab.*^{3} p. 34 sq.

5) *Hellenismus* III p. 44 *Anm.* 3.

6) *Röm. Staatsverwaltung* I p. 282.

anno huius saeculi LXIV Aegyptum cum comite de Rougé eo consilio visitasset, ut inscriptiones graecas et latinas superstites omnes colligeret [1], adhuc paucos titulos publici iuris fecit [2]. Illud vero mirari subit quod qui nuper epigrammatum graecorum in lapidibus incisorum syllogen copiosissimam et utilissimam exhibuit, G. Kaibel [3] in carminibus in Aegypto repertis constituendis Lepsiana illa apographa prorsus neglexit: quo factum est, ut et gravissimo subsidio critico destitueretur et aliquot epigrammata praetermitteret a Lepsio primum publicata. Qua re ne Kaibelii collectioni supplementa deessent, quae certa in manibus sunt, accurata collatione epigrammatum aegyptiorum confecta quaecumque ad verba carminum illorum corrigenda redundarent notavimus. Atque ordinem secuti quem Franzius in C. I. G. vol. III instituit, nisi certis causis eum mutare cogebamur, cum contextu eius maiusculis litteris expresso apographa Lepsiana ipsaque ectypa, quorum inspiciendorum copiam eximia Lepsii liberalitas nobis fecit, contulimus; quae epigrammata Lepsius nova et usque eo ignota exscripsit, ea suo loco inseruimus.

Iam quo facilius singula invenirentur, carminum tractatorum conspectum apposuimus:

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Cahira	—	—	8—11	I
Memnonis statua	4720	987	592	II
»	4721	995	86	III
»	4723	996	64	IV
»	4725	990	110	V
»	4727	988	91	V
»	4729	989	108	V
»	4730	991	107	V
»	4731	992	111	V

[1] cf. *Rapport de C. Wescher sur sa mission en Égypte* in *Rev. arch.* 1864 vol. II p. 219 sq.

[2] *Compt. rend. de l'Acad. d. inscr.* 1871, VII p. 278.

[3] Epigrammata graeca ex lapidibus collegit G. Kaibel. Berol. ap. G. Reimerum 1878. Supplementum editor adiecit Mus. Rhen. XXXIV p. 181 sq.

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Memnonis statua	4735	997	101	VI
»	4738	998	87	VII
»	4739	1001	109	VIII
»	4740	1002	97. 98	
»	4741	1003	84	
»	4742	1004	116. 117	IX
»	4743	1006	79	X
»	4744	1005	104	XII
»	4745	1008	105	XI
»	4746	1013	99	XIII
»	4747	993	88	XIV
»	4748	1009	62	XV
»	4749	1000	76	XVI
»	4750 b.	—	93	XVIII
»	4754	1010	72	XIX
»	4755	1011	77	XVII
»	4758	—	115	XX
»	4761	999	82	VII
»	4761 b.	1012	74	XXI
»	4761 c.	1007	89	X
»	4761 d.	1014	75	XXII
»	—	994	69	XXIII
»	—	—	83	XXIV
Thebae	4781	—	44	XXV
»	—	—	54	XXVI
Templum Panis	4835 b.	976	127	XXVII
»	4838	826	124	
»	4838 b.	825	135	
»	—	—	160	
»	—	—	158	
»	—	—	165	
Philae	4923	978	255	XXVIII
»	4924	980	274	
»	4924 b.	979	251	
»	4925	982	296	XXIX
»	4935 b.	985	259	XXX
»	4936	984	240	XXXI
»	4936 b.	983	265	
»	—	—	232	
»	4943	981	272	XXXII
»	4944		273	
»	4944 b.	—	316	XXXIII

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Talmis	5039	1023	432	XXXIV
»	—	—	451	
»	—	—	455	
»	5041	1022	444	XXXV
Pselchis	5078	975	409	XXXVI
»	5083	974	412	XXXVII

I.

Moschionis epigrammata.

Lepsius VI tab. 73. 74, Gr. 8—11; Dem. 180—182. Vide tab. I.

Tabula votiva ex alabastrite facta Cahirae *(Cairo)* in urbe empta nunc in Museo regio Berolinensi adservatur [1], ubi ipse eam examinavi. Quo loco reperta esset, teste Lepsio erui non potuit. Lapidis margine fere undique fracto aetoma, pars sinistra, angulus infimus lateris dexteri interierunt; pars superstes 86 cm. alta, 81 cm. lata, 25 cm. crassa dimidia diffracta est. Lapicida latere postico non polito litteras atque lineas partis anticae parum profunde exsculptas colore rubro illevit, quo distinctius cernerentur; cuius coloris vestigia multis locis servata lapide madefacto optime distinguuntur. Inscriptiones ad sinistram incisae demotice, ad dexteram graece sunt conceptae atque ita quidem compositae ut area demotice scripta lacunaris instar graecae responderet itemque carminibus tribus graecis totidem demotica. Ipsi hoc loco missis demoticis inscriptionibus misere mutilatis solas graecas tractabimus.

Ac primum quidem in summi lapidis latere dextero exarata est area illa laqueata vel si mavis abacus, cuius partem deperditam superiorem Lepsius restituit. Subtus autem tria carmina graeca leguntur ita incisa, ut primum sub ipso abaco a latere dextero inscriptionis demoticae, alterum in media fere tabula sub inscriptione demotica, tertium denique infimo loco sub altero carmine positum sit.

Areae vero unoquoque latere in undequadraginta partes diviso quadra parvula mille quingenta et unum efficiuntur,

[1] v. Lepsii cat. antiqu. aeg. Mus. reg. n 248.

quorum singula singulas continent litteras inscriptas. Eis autem litteris verba *Ὀσίριδι Μοσχίων ὑγιασθεὶς τὸν πόδα ἰατρείαις* componuntur; quorum verborum litteras undequadraginta hoc modo auctor disposuit: cum a media tabula i. e. a quadro vicesimo rubricae vicesimae initium cepisset, ad regiones versus sinistram dexteram superiorem inferiorem primum scripsit litteras ΟϹΙΡΙΔΙΜΟϹΧΙΩΝΥΓΙΑϹΘ. Qua in re cum littera Θ ubique tabulae marginem attigisset, denuo ad utrumque versus latus in margine reliquas litteras ЄΙϹΤΟΝΠΟΔΑΙΑΤΡЄΙΑΙϹ disposuit, ut tota tabula in quattuor partes divideretur. Deinde litteras Θ quattuor illas quibus hae quattuor partes terminantur, serie diagonali iunxit ita, ut in quadris parvulis, quae diagonalem versum uniuscuiusque partis efficiunt, eandem litteram Θ repeteret, pariterque quadrorum series parallelas a dextera repetitis litteris Є, Ι, Ϲ, Τ, Ο, Ν etc., a sinistra Ϲ, Α, Ι, Γ, Υ etc. ex ordine instruxit. Quo artificio efficitur, ut, si a media tabula ad quamvis e quattuor regionibus versus legere coeperis, de unoquoque quadro in quodvis latus declinare possis.

Qualem litterarum lusum ne censeas summi artificii esse, ostendi potest omnia verba, quae impari litterarum numero componuntur, eodem modo haud difficulter distribui. Quare Moschio noster Optatianum illum Porfirium artificio non aequiparat, qui per versus homostichos litteris certo loco dispositis figuras quasvis expressit. [1]) Eiusdem autem ingenii erat qui Eudociae Augustae versum

Εὐδοκίας ἡ δέλτος Αὐγούστης πέλει

areae simili modo institutae inscriberet. [2]) Quae verba ipsa quoquè imparem litterarum numerum (XXIX) efficiunt. Paullo dissimiliorem speciem abacus in parte aversa tabulae iliacae incisus [3]) prae se fert, quem cum viri docti integrum censuerint, tamen comparatis Moschionis et Eudociae tabulis integrum non esse manifesto apparet. Auctor enim illius areae

---

[1]) Publilii Optatiani Porfirii carmina ed. Luc. Mueller, Lips. 1877.

[2]) v. Gardthausen, *Griech. Paläographie, Leipzig* 1879, p. 124.

[3]) v. C. I. G. III n. 6126. O. Jahn, *Griechische Bilderchroniken* p. 4. 91, tab. III C[2].

cum litteras ita distribueret, ut binae quadrato vacuo interposito dirimerentur, effecit, ut non solum qui quadratorum seriem directam et libratam, sed etiam qui diagonalem percurreret, verba — — *Θεοδώρηος ἡ τέχνη* legeret.

Iam verba nostrae tabulae inscripta *Ὀσίριδι Μοσχίων ὑγιασθεὶς τὸν πόδα ἰατρείαις* exprimunt, quid auctor alioqui ignotus titulo posito voluerit. Tabula enim ex genere earum est, quae deis ab hominibus ex votis offerebantur. Quam rem illustrant tituli illi innumerabiles in templis Aesculapii quondam dedicati.[1]) Similiter Moschio cum pedem medicina — in voce *ἰατρείαις* notandus pluralis insolitus in artificii gratiam adhibitus[2]) — sanum reddidisset, Osiridi hisce artificiis gratias egit; ipsamque tabulam in templo aliquo Osiridis dedicatam esse consentaneum est. Osiridi autem hoc loco eae partes tribuuntur, quibus apud Aegyptios Imhotep deus[3]), apud Graecos antiquiores Aesculapius, posteriores Sarapis[4]) [i. e. Osiris-Apis] fungebantur.

Ceterum cum auctorem ipsius abaci artificio votum solvisse constet, non est cur in lapidis parte deperdita titulum exstitisse sumamus quo idem disertius declaratum fuerit. Tabula igitur aut simplici aetomate ornata fuisse aut semicirculo supra adiecto auctoris Osiridi sacrificantis imaginem exhibuisse putanda est.

In componendis vero epigrammatis subtus scriptis Moschio eodem ingenii acumine adiutus est, quo aream construxit. Nam praeterquam quod suo quodque carmen metro conceptum est, nova artificia addidit atque curioso dicendi genere lectorem delectat. Omnia autem carmina ad tabulam respiciunt. Nam cum duobus prioribus lectori via aenigmatis solvendi describatur, postremo dei donario accepto responsum occupatur. Quae res ut appareat, iam singula carmina transcripta interpretabimur; tum quid de metris deque aetate tituli iudicandum sit, breviter referemus.

---

1) v. Böttiger, *Kleine Schriften* I p. 121.

2) Aliud est C. I. L. VI 68 *Felix publicus — bineficio dominaes* (sc. Bonae Deae) *medicinis sanatus* e. q. s.

3) cf. Wilkinson, *Manners and costums of the anc. Egyptians* II p. 53.

4) cf. E. Plew, de Sarapide. Regimonti Pr. 1868, p. 31 sq.

A.

(sub area incisum).

Μέσην μέσης τῆς πλινθίδος τὴν χειραγωγὸν ἀρχὴν
λαβὼν ἴχνευε προβλέπων, ἵν' εὐσύνοπτος ἦι σοι
ἡ παῦλλα τῶν ἐμῶν πόνων κ[α]ὶ πλινθίδος μέριμνα·
χώσει τις ἴδρις πολυπόνου φυτουργίης ὑπάρχων
ἐντεῦθεν ἐκ πηγῆς ἄγων μελιρύτου τιν' ὁρμὴν
ἄρδευ' ἐς ὄρχους πολυμερεῖς στοιχηδὸν ἐξελίσσων.
εἰς τέσσαρας μὲν οὖν τιθεὶς πανουργίης ἀριθμοὺς
τὸ σῶμ' ὅλον μή που λάθηις καὶ συνχέας προςάψηις
σὸν ἀγνόημ' ἁμαρτάνων τῶι μηθὲν ἀγνοοῦντι.
τάξιν γὰρ εὑρὼν ποικίλως διατρέχουσαν ἑξῆς
πηγῆς τε πρὸς τέρμ' ἐξ ἴσου σύμφωνον ἀποτελεσμόν,
συνεὶς ἀνάθεμά τ' εὐμενῶς ὡς Κοίρανος δέδορκεν
καὶ καρπὸν οἷον ἐκ φρενὸς θείας λαβὼν κομίζω,
σαφῶς ἐρεῖς πεισθεὶς ἐμοὶ Θ . . . .

»Tabellae mediae medium ubi sumpseris principium viae ducem, investiga prospiciens, ut dolorum meorum requiem curamque tabellae recte percipias: atque veluti quis laboriosae plantarum culturae peritus hinc a mellifluo fonte profectus scatebra quadam sulcos multifariam divisos irriga per versuum ordinem explicans. Iam in quattuor numeros subdole fictos dispositum corpus totum ne te lateat, neve re perturbata tuum errorem peccando impertias ei, qui nihil erravit. Nam ubi inveneris ordinem varie deinceps discurrentem et fontis usque ad finem aeque concinnum progressum, cum intellegas et quam benigne dominus donarium respexerit et qualem fructum ex divina sententia adeptus reportem, diserte iam affirmabis mihi obsecutus . . .«

Areae artificio a nobis supra explanato auctoris verba facile intelleguntur. Atque ad significandam tabellam in parvula quadra divisam vox *πλινθίς*, h. e. abacus, scutula, optime quadrat, quandoquidem summa inter Moschionis aream et tectum laqueatum intercedit similitudo. V. 3 verba *παῦλλα τῶν πόνων* ad pedis sanationem quam Moschio verbis *ὑγιασθεὶς τὸν πόδα* supra expressit referenda sunt: unde titulum ex voto

positum esse lector intellegens cognoscat. Scripturae *παῖλλα* nulla novi exempla; contra v. 5 in voce *μελίρυτος* licet syllaba antepaenultima natura brevis metro producatur, auctor geminationem neglexit. V. 4 cum Lepsius ante ΥΤΟΥΡΓΙΗϹ litteram erasam notaverit, in lapide littera Φ satis clare discernitur. Neque inepta *φυτουργίας* imago, qua per versus tres sequentes litterarum distributio cum arborum ordinibus, quales in seminariis ab hortorum cultoribus instituuntur, comparatur. — V. 5 verba *ἐκ πηγῆς* ad *χειραγωγὸν ἀρχήν* v. 1 respicere patet. Sententia autem vs. 7—9 expressa paullo obscurior est. Ni fallor, cum quattuor illae areae partes de quibus supra diximus a lectore primo adspectu facile deprehendantur, auctor timet, ne ille prae ista partium dispositione artificium in universae tabulae rationibus captatum neglecturus sit. Verbis *τῶι μηθὲν*[1]) *ἀγνοοῦντι* ipsum poetam designari, qui ne lectoris imperitia ipsi crimini detur caveat, consentaneum est. — V. 12 *ἀνάθεμα* et *ἄνθεμα*, qua forma Moschio carminis tertii v. 1 usus est, iam a Theocrito [Ep. 13, 2] et Callimacho [Ep. 2], saepius in Anthologia graeca usurpantur.[2]) Verba vero *Κοίρανος δέδορκεν* spectare nisi ad Osiridem non possunt, qui Moschionis votum benignis oculis respexerit et acceperit. Qualis notionis *Κοίρανος* absolute ad deum designandum adhibiti usus mihi quidem aliunde notus non est; nisi conferri potest, quod in Christianorum scripturis sacris vox *κύριος* similiter usurpatur. Pariter verbum *δέδορκεν* explicatur comparato loco LXX Gen. IV, 4: *καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ*: etiam apud poetas antiquiores vox *ἐφορᾶν* quamvis diversa notione maxime de deis praedicari solet veluti *Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ* Hom. λ 109. (*Ζεὺς*) *ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ* ib. ν 214, etc. — V. 13 *καρπός* praemium est pedis a deo sanati. Quod versus ultimi pars posterior

---

[1]) De forma *μηθείς* pluribus egerunt Buttmann, *Ausführl. griech. Gramm.* I p. 276 (ed. 2), Ahrens Dial. I p. 44, R. Kühner, *Ausführl. Gramm. d. griech. Sprache* I p. 487, 1 (ed. 2), Göttling ad Aristot. pol. p 278; Lobeck Phryn. p. 181; Franz Elem. epigraph. graec. n. 74. 79; Dindorf Thesaurus V, p. 963.

[2]) Cum *ἄνθεμα* cf. etiam forma *ἄνθετο* [Anthol. Pal. VI, 87, 1. 337, 1. XVI, 239, 1].

deleta est, sane dolemus, quoniam certe restitui nullo modo potest. Nam etiamsi hac clausula quod v. 9 fingebatur opprobrium iam in plausum lectoris verti constet, tamen num poetae ingenium an pietas modusve voti solvendi lectoris adsensu comprobetur, non liquet. Ceterum littera **O**, quae videtur post **ЄΜΟΙ** incisa esse, propter hiatum ferri vix potest, potius **Θ** legendum atque vocabuli *θεός* vel *θεῖος* forma aliqua agnoscenda est.

B.

(in media tabula sub carmine demotico incisum).

M *Μή με θαυμάσηις, εἰ πολύχωρος οὖσ᾽ ἄδηλον*
O *ὄμμασιν φέρω φαντασίην· οὐ δύναται γὰρ*
C *στοιχεῖά τις εὔγνωστα τιθεὶς μὴ οὐκ ἀποκρύψαι*
X *χώρην, ἵνα τῶι θέλοντι καὶ πλάνην παράσχηι.*
I *ἵνα δὲ μὴ μακρὴν κεῖσ᾽ ἄπορον τράπηις ἀταρπόν,*
Ω *ὡς ἂν ἰσαρίθμων Πιερίσιν στίχων κατάσχηις*
N *νοῦν, ἀποκνίσας εὐξύνετον γράμμ᾽ ἀφ᾽ ἑκάστου,*
O *ὅρμησον ἐφ᾽ ἣν τέθεικε χειραγωγὸν ἀρχήν·*
C *σημανεῖ γάρ, εἰ πύθοιο, κἂν ὀρθὸν ἔχηις νοῦν.*

»Noli me mirari, si locorum varietate abundans occultam oculis speciem prae me fero; nam qui litteras facile perspicuas disponit, non potest quin campum occultet, quo etiam ambages praebeat (quaerere) volenti. Ne autem longam illuc ineas semitam impeditam: ut versuum, qui Pieridum numerum aequant, sensum intellegas, ab singulis versibus singulis litteris intellectu manifestis abscissis procede ad habile principium quale condidit. Nam id ostendet, si quaeras, num recto sis praeditus ingenio.«

Loquitur ipsa tabula *πολύχωρος*, quae quidem quadris multifariam dividatur. Acrosticho autem **ΜΟCΧΙΩΝΟC**, cuius nominis litterae in versuum principiis bis scriptae sunt, auctor aenigmatis solutionem faciliorem reddere voluit. Eo enim expedito lector et nomen cognoscet et de litteris arte dispositis agi intelleget. — V. 3 *στοιχεῖα τιθείς* i. e. litteras ita componens et distribuens ut supra in area. — Vs. 6. 7 quomodo novum acrostichi artificium, quo ad ipsam aream via praeparatur,

expediendum sit, praescribitur. *Στίχοι* enim novem carminis versus sunt eorumque *νοῦς* acrostichon; *γράμμα* autem primum quia repetitum est *εὐξύνετον* nominatur. Novenarius numerus verbis *ἰσαρίθμων Πιέρισιν* exprimitur pariter atque in epigrammate Kaibelii n. 686, ubi ex editoris interpretatione de carmine novem versuum et ipso praedicatur

Πιερίδων Μουσῶν ἰσαριθμιός ἐστιν ὁ μάρτυς.

Ceterum noti sunt novem Herodoti libri pariterque Aeschinis [1]) epistolae novem Musarum, eiusdem tres orationes Gratiarum nominibus distinctae.

C.

(in media tabula infimo loco incisum).

Δέρκομαι εὐχωλῆς πινυτόφρονος ἄνθεμα τερπνόν,
δέρκομαι, εὐσεβίη τ' οὔ με παρετρόχασεν·
ἀνθ' ὧν τιμήεντα λαχὼν εὔελπιν ἔπαινον
ἐκ φρενὸς ἡμετέρης γηθόσυνος κόμισαι.

»Respicio iucundum ingeniosi voti donarium, respicio, nec me praeteriit pietas: pro quibus honorificam bonaeque spei laudem adeptus nostra ex sententia laetus accipe.«

Quis haec loquatur, verbis *δέρκομαι ἄνθεμα* relatis ad illa supra *A* v. 12 prolata: *ἀνάθεμα εὐμενῶς ὡς Κοίρανος δέδορκεν* apparet. *Κοίρανον* enim ipsum Osiridem voti praemium sibi tribuentem auctor fingit. Quale Osiridis responsum eleganter medii lapidis infimo loco positum est. Quod autem tali modo dei ipsius responsa in titulo praeoccupata perscribuntur, licet a Graecorum more abhorreat: at in epigrammatis aegyptiis itemque in Hebraeorum psalmis nihil est sollemnius, quam quod deus cum homine precante vel dedicante sermocinatus introducitur [2]). Ceterum epigrammata graeca complura ita coniuncta, ut alterum ad alterum tamquam responsum et probatio respiciat, saepius comparent [3]). — V. 2 *πα-*

---

1) Phot. bibl. cod. LXI.

2) Conferri aliquo modo potest C. I. L. VI 731 *L. Fl. Hermadion hoc mihi lubens donum dedit.*

3) cf. Anthol. Pal. IX n. 5, 6. 17, 18. 387—389. Stephani tituli graeci V, 17. C. I. L. VI 520.

ρατροχάζειν eodem sensu atque hoc loco adhibitum Anth. Pal. IX, 372, 4 [1]) legitur: nisi quod ibi non *παρατροχάζει τινά τι*, sed *παρατροχάζει τίς τι* construitur.

Itaque Moschio cum tabella confecta et acrosticho addito artificem se praestitit, tum variandi studium ita monstravit, ut carmina tria et a tribus diversis personis prolata fingeret et aliud alio metro componeret. Metra autem ipsa quoque auctoris ingenii testimonium edunt. Nam cum versus carminis *A* qui hominis interpretis sunt, maxime vulgari tetrametrorum iambicorum catalecticorum metro concepti sint, deus *(C)* sollemni epigrammatis dactylici utitur metro disticho. Quod autem a tabula artificiose confecta profertur carmen *B* Sotadeos scite eleganterque compositos exhibet versus. Qui ad hoc schema sunt conditi:

– ◡ – ◡ – || – ◡ ◡ | – ◡ – ◡ – ◡
– ◡ – ◡ – || – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – || – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – || ◡ – ◡ | – | ◡ – ◡ – –
◡◡ ◡ – ◡ – || – ◡ ◡ – | ◡ – ◡ – ◡
– ◡ ◡◡ ◡ – || – ◡ ◡ – | ◡ – ◡ – –
– ◡ – ◡ – || – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – || ◡ – ◡ | – | ◡ – ◡ – –
– ◡ – ◡ – || ◡ – ◡ | – | – ◡ ◡ – –

Apparet versus maxime puros esse: neque enim molossus pro ionico a maiori neque septem morarum figura [– ◡ – – aut – – ◡ –] invenitur; trochaei syllaba longa bis dissolvitur vs. 5 et 6. Quod vero ad ionicorum et ditrochaeorum distributionem attinet, in versuum singulorum parte priore maior horum numerus, in posteriore illorum adhibitus est: versus tertius solus tres continet ionicos puros. Iam vero quamvis diligenter versus facti sint, in fine secundi pedis quam expectamus desideratur diaeresis [2]); quater tantum admissa est: v. 1 in voce composita,

---

1) *Ἀλλ' οὐ μὰν λεπταῖσιν ἐπαιάζοντα ποδίστραις*
τὰν φιλαοιδὸν ἰδὼν παῖδα παρετρόχασα.

2) v. Hermann, Elem. doct. metr. p. 451.

vs. 4. 8. 9. Ex contrario autem omnes novem versus caesuram penthemimeren (v. 3 in voce composita) exhibent. Quam versus Sotadei formationem Moschioni nostro soli non deberi versibus duodecim non minus eleganter atque ad eandem caesurae normam a Luciano [1]) compositis demonstratur. Nam ex eis ipsis quoque quinque tantum diaeresin habent; unus autem, qui legi quam Moschio observavit obstat, versus 116 [Hermann l. l. v. 80]:

οὐδ' ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων

caesura quam desideramus adornatur, si transpositis verbis *λακιστὰ κρέα* scribimus:

οὐδ' ὠμὰ κρέα || λακιστὰ σιτούμεθα ταύρων,

id quod eo quoque commendatur quod mensura pedis alterius codicibus tradita – – ⏑ – offendimur a Luciano in hoc solo versu adhibita. Praeter hanc vero caesuram necessariam penthemimeren et in Moschionis et in Luciani versibus post primam pedis tertii syllabam incisio ita praefertur, ut in novem Moschionis versibus semel [in versu 1], in duodecim Luciani ter [vs. 113. 116. 124] absit. Iam vero quaestio illa, quatenus regulas a Moschione et Luciano observatas ipse huius generis versuum inventor statuerit, Meinekii [2]) iudicio incerta redditur, cui versus Sotadei a Stobaeo traditi, sive dialectum sive dictionem sive sententiam spectes, videntur ceteris, quos Athenaeus servavit, Sotadis versibus non similiores quam insulsae istae quae Anacreontis nomen mentiuntur cantiunculae veris et genuinis Anacreonticorum carminum reliquiis. Qua de causa nunc quidem accuratius ea de re quaerere supersedeo: tantum addere liceat in versibus Sotadis 28—35 [Hermann. l. l. p. 446] et penthemimeren et pedis tertii incisionem constanter inveniri.

In ultimum locum quaestionem de Moschionis tituli aetate distulimus. Ac primum quidem inscriptionibus demoticis terminum alterum, quo aetas circumscribatur, habemus. Nam cum scripturam demoticam tertio p. Ch. saeculo recepta scrip-

---

1) Tragodopodagra v. 113—124; v. Hermann l. l. p. 448, v. 77—88.

2) Anal. Alexandr. p. 246.

tura coptica obsolevisse constet [1], titulum recentioris aetatis esse non posse apparet. Quoniam auctor natione Aegyptius idemque litteris graecis satis eruditus fuisse videtur, ex iota muto constanter addito non magis quicquam certi concludi potest quam ex scripturis *παῦλλα* et *μελίρυτος* aut ex formis epicis *φυτουργίης*, *πανουργίης*, *φαντασίην*, *εὐσεβίη*, *χώρην*, *μακρήν*, *ἡμετέρης* — semel legitur *θείας Δ* 13 — usurpatis. De Sotadei versus legibus, quas Moschionem observasse docuimus, quamquam nihil certi exploratum est, id quidem patet Moschionem propius a Luciani aetate quam a Sotadis eiusque imitatoris abesse. Sive autem dictionem sive doctrinam auctoris spectas, nihil obstat, quominus eum non procul abesse a Luciani ipsius aetate dicamus.

II.

C. I. G. 4720 coll. Add. III p. 1200. Kaibel n. 987. Lepsius VI tab. 101, Gr. 592. Ectypum contuli.

Lepsii apographo pariterque ectypo non exhiberi nisi versuum principia iam Mommsenus notat C. I. L. III, 1 p. 11 n. 37.

III.

C. I. G. 4721 coll. Add. III p. 1200 sq. Kaibel n. 995. Lepsius VI tab. 78, Gr. 86. Ectypum vidi.

ΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΑΝΟϹЄΝΘΑΔЄι ЄΙϹΙΟϹ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹЄΡΜΩΝΘΙ°ϹΤЄ ΛΑΤΩΝΠΑΤΡΗϹ
ΑΓΩΝΔΑΜΑΡΤΑΦΟΥΛΒΙΑΝΑΚ ΟЄΝ
ϹΟΥΜЄΜΝΟΝΗΧΗϹΑΝΤΟϹΗι ΜΗΤΗΡ
ΗϹΗΧΥΘЄΙϹΑϹΟΝΔЄΜΑϹΑΠ ΦЄΙ
ΘΥϹΑϹΔЄΚΑΙϹΠЄΙϹΑϹΤЄΚΑΡΠ
ΤΟΥΤΑΥΤΟϹΗΥΤΗϹЄΝЄΙϹϹЄ
ΛΑΛΟΝΜЄΝΑΡΓΩΠΑΙϹЄ
ΛΑΛΟΝΔЄΦΗΓΟΝΤΗΝΔΙΟ
ϹЄΔΑΥΤΟΝΟϹϹΟΙϹΜΟΥΝΟΝЄΔΡ
ΩϹΑΥΤΟϹΗΧЄΙϹΚΑΙΒΟΗΝΤΙΝ
ΤΟΥΤῸΝΔЄϹΟΙΧΑΡΑΞЄΤΟΝϹΤΙΧΟ
ΟϹЄΙΠЄΤΑΥΤΩΦΙΛΤΑΤΟϹΤ

---

[1] v. H. Brugsch, *Grammaire démotique* p. 4. M. G. Schwartze, *Kopt. Gramm.*, ed. H. Steinthal, p. 1 sq.

Φουνεισουλανὸς ἐνθαδε[ὶ Χαρ]είσιος
στρατηγὸς Ἑρμώνθιός τε [καὶ] Λάτων πάτρης
ἄγων δάμαρτα Φουλβίαν ἀκ[ήκ]οεν
σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος, ἡ[νίχ' ἡ] μήτηρ
ἡ σὴ χυθεῖσα σὸν δέμας απ–⏑φει·
θύσας δὲ καὶ σπείσας τε κἄρ[τί σου κλύων
τοῦτ' αὐτὸς ἠύτησεν εἰς σέ[θεν κλέος·
  λάλον μὲν Ἀργὼ παῖς ἐ[ὼν ἐγὼ 'μάθον,
  λάλον δὲ φηγὸν τὴν Διὸ[ς Πελασγικοῦ,
  σὲ δ' αὐτὸν ὄσσοις μοῦνον ἐδρ[άκην ἐμοῖς,
  ὡς αὐτὸς ἠχεῖς καὶ βοήν τιν' [ἐκχέεις·
τοῦτον δέ σοι χάραξε τὸν στίχο[ν ⏑ –
ὅς εἶπετ' αὐτῷ φίλτατος τ[⏑ – ⏑ –.

Totius inscriptionis apographo repetito et quale fuerit lacunae spatium apparet, et emendationes quas viri docti Bailii apographo usi temptaverunt removentur. V. 2 in voce **ЄΡΜѠΝΘΙ°C** littera **O** minor ceteris propterea videtur supra versum exarata esse, quod *Ἑρμώνθιος* inter pronuntiandum trisyllabum est. — V. 3 *ἀνήλυθεν* Kaibelii supplementum vestigia tradita respuunt. Letronnii vero lectione *ἀκήκοεν* recepta ad genetivum *σοῦ ἠχήσαντος* explicandum non opus est praepositione *ἕνεκα* quam v. 4 Bailius suum secutus apographum reposuit. Versum 4 autem iam Franz coniectura *ἡνίχ' ἡ μήτηρ* probabiliter suppleverat. Nam Ellis (Herm. XIV p. 260) cum *ἡ μήτηρ ἵνα* — scribendum proponeret, immemor fuit lacunam ante vocem *μήτηρ* notatam esse.

V. 5 et Letronnii lectio *ἀπορρῇ στέφει* et Grotefendi *ἀπαυγῇ στέφει* spatium supplemento in ectypo relictum excedunt; videntur enim non amplius quam 4—5 litterae intercidisse. Wilamowitzius coniecit *ἀμφ' Ἠὼς στέφει*: qua coniectura non declaratur, qua re Memnonis figura coronetur. Similiter peccavit Ellis cum l. l. *δέμας περιστέφει* scribi vellet. Ipse cum probabiliter versum restituere servatis litteris **ΑΠ....ΦЄΙ** certo traditis nequeam, lacunam notasse satis habui.

V. 6 Kaibel *θύσας δὲ* male mutavit in *θύσας τε*; coniectura *καὶ κλύων σαφῶς* quamvis sententiam versus bene assecutus esse videatur, Bailii commento litteras **ѠC** in fine versus

tradentis falsus est. Coniunctio *καί* quae propter *τε* antecedens desideratur nullo negotio ex litteris **ΚΑΡΤ** servatis elicitur, si rescribimus *κἀρτί σου κλύων*. — V. 7 lectio *εἰς σεῖο κλέος* solo Bailii apographo nititur. — V. 12 *στίχων* a Kaibelio receptum ferri nequit, quoniam **CTIXO** certe traditur. — V. 13, qualem Kaibel et Wilamowitz restituerunt *ὅσ' εἶπες αὐτῷ, φίλτατος, τελῶν πάλιν*, ad sensum bene quadraret: modo ne **ΕΙΠΕC**, quod a solo Bailio traditur, ectypo reiceretur. Scripsi *ὅς εἴπετ' αὐτῷ φίλτατος τ[υχὼν ἀεί?]*: ut post *στίχον* nomen supplendum sit comitis Charisii qui carmen insculpsit.

IV.

C. I. G. 4723 coll. Add. III p. 1201. Kaibel n. 996. Lepsius VI tab. 76, Gr. 64. Ectypum contuli.

v. 1. **ΚΕΛΕΡ**] **ΚΕΛΕΡ**. v. 3. **ΧΩΜΙΤΩΝ**] **ΧΩΜΑΤΩΝ**. v. 4. **ΠΑΡΗΝ**] **ΠΑΡΗΝ**. mox **ΠΡΟCΚΥΝΗCωΛΙΑΛ**] **ΠΡΟCΚΥΝΗCωΝΑΝ//// Α**. v. 5. Salt **ΕΞΕΦΘΕΓCΑΤΟ**, Bailius **ΕΞΕΦΘΕΝΞΑΤΟ**] **ΕΞΕΦΘΕΓΞΑΤ°**. v. 6. **ΑΠΗΕΙ**] **ΑΠΗΕΙ**. mox **ΠΑΛΙΝΠΑΡΗΝ**] **ΠΑΛΙΝΠΑΡΗΝ**. Littera **Α** in ectypo non cernitur. v. 9. **LΖ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙC**] **LΖ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙC**, et sic ectypum nisi quod altera littera **Ζ̄** apparet. In fine est **ΕΠΙΦΓ̄ΩΡΑΝᾱ**.

De lectionibus v. 3 *χωμάτων* pro *κωμητῶν*, quod Franz primitus dederat, et *προσκυνήσων ἅμα* pro *προσκυνήσων λίαν*, ut Bailius legit, traditis iam dubitari non potest. — V. 5 apud Kaibelium *ἐξεφθέγξατο* corrigendum est. — V. 9 *ἐπὶφ γ̄ ὥραν ᾱ* traditur, qui dies est mensis Iunii duodetricesimus; ad designandam horam, qua Memnon audiebatur, accusativus hoc solo loco adhibetur. — Ellis cum malos Celeris versus emendaret [1], non consideravit carmen integrum traditum esse.

V.
Balbillae epigrammata.

Carmina Kaib. n. 988—992 et ipso dicendi genere et tempore, quo incisa sunt, omnia eundem auctorem profitentur,

[1] Hermes XIV p. 260.

cuius nomen (Balbillae) in n. 988. 990. 991 diserte indicatur. Duae horum carminum partes certo modo discerni possunt: alteram enim numeri 989—992 comprehendunt, quibus Hadriani imperatoris et Sabinae uxoris eius, qui Memnonem audiverint, mentio fit; alteram numerus 988, quo solam Balbillam Memnonem audivisse narratur. Iure igitur Kaibel n. 988 ex reliquorum carminum ordine sepositum primo loco collocavit. Carmina autem 989—992 cum editorum alius aliter composuerit, primum, quomodo certo ordine collocanda sint, anquiremus. Cuius rei omne argumentum ex carminum in lapide dispositione pendet.

Atque Lepsius quidem tabulam, quae titulorum in Memnonis statua incisorum locos explicaret, non adiecit. Ex eius apographo id tantum cognoscitur n. 989—992 eadem manu, n. 988 altera insculptos esse, unde confirmatur quod huic titulo proprium locum vindicandum esse vidimus. Quo gratius fecit Letronnius, quod omnes titulos, quos a L'Hôtio acceperat, eodem quo in lapide incisi sunt ordine collocandos curavit in tabularum volumine corpori inscriptionum aegyptiacarum addito. Illic vero in tab. XXXV et XXXVI numeri 22—25 [Kaib. n. 989—992] per duas columnas ita dispositi sunt, ut in columna sinistra primum n. 22 [Kaib. n. 990], deinde infra eum n. 25 [Kaib. n. 992], in columna dextera autem primum n. 23 [Kaib. n. 991] infra eum n. 24 [Kaib. n. 989] exarati sint. In columna sinistra iam exstat sub n. 25 [Kaib. n. 992] titulus C. I. G. 4734 multo maioribus litteris aliaque manu exaratus.

Quibus expositis apparet primo n. 990 incisum esse, deinde n. 992, tum n. 991, postremo n. 989. Porro quod Letronnius animadvertit carmen 992 non integrum esse, iam videmus id numero 991 ita excipi, ut ambo unum carmen efficiant. Nam lapicida cum titulo C. I. G. 4734, quem antiquioris aetatis esse nihil obstat quin coniciamus, impediretur, quominus omnes duodeviginti versus n. 992 et n. 991 in eadem columna insculperet, ad latus dexterum novam columnam exarare coepit. Idem certius ipso argumento probatur de quo infra videbimus.

Iam quo tempore carmina tria, n. 990, n. 992 + 991, n. 989, concepta sint, titulis pedestri sermone insculptis explicatur.

Ac primum quidem cum Hadrianus Memnonem audivisset, Iulia Balbilla carmen 990 composuit; tum verbis ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνηι ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι [v. n. 992] docemur una cum Sabina poetriam ad Memnonem venisse. Denique numero 989, cum Hadriani uxor Memnonis audiendi causa primum adesset, statuam non sonuisse comperimus.

De n. 988 nullum indicium habemus, eademne occasione atque n. 989—992 an antea an postea incisum sit. Similiter autem ac Balbilla etiam Sabina Augusta quod n. 989 narratur peculiari quoque titulo insculpi iussit (v. C. I. G. n. 4728).

A.

C. I. G. 4725 coll. Add. III p. 1201. Kaibel n. 990. Lepsius VI tab. 80 Gr. 110. Ectypum contuli.

In omnibus Balbillae carminibus formae Μ et Θ constanter, forma Π saepius quam Π adhibentur. — v. 5 ΦΩΝΗΝ] ΦΩΝΗΝ. — v. 7 ΧΑΙΡΗΝ sic ectypum, ΧΑΙΡΗΝ apographum. In fine ΩcΔΥΝΟΤΟΝ] ΩCΔΥΝ \ΤΟΝ; in ectypo ΔΥΝΑΤΟΝ dilucide cernitur. — v. 8 ΤΙΙΑΝ] ΤΙΤΑ Ν. — v. 9 \\ΙCΚΙΑΙ] ///ΝΙCΚΙΑΙ; in ectypo ΕΜCΚΙΑΙ certo legere mihi videor. — v. 12 ΑΔΡΙΑΝΟC ΛΙC] ΑΔΡ ΙΑΝΟCΤΟΤΑΛΙC. — v. 13 ΜΕΜΝΟΝΑΚΑΝCΤΑΛΑΙ ΚΑΛΛΙΠΕΝΟΥΙΓΟΝΟΙC. — v. 14 CΑΜΑΙΝΟ ΤΑ] CΑΜΑΙΝΟΝΤΑ. — v. 15 ΔΕΓΕ Τ] ΔΕΓΕΝΤ. Litterae in vs. 12—15 a Lepsio punctis expressae in ectypo non apparent.

V. 1 Bailius ΒΑΛΒΙΛΛΗC et v. 2 extr. ΜΕΜΝΟΝΟC tradidit; sed Saltium et L'Hôtium recte legisse ΒΑΛΛΙΛΛΗC et ΜΕΜΝΟC Lepsii apographum testatur. Cum poetria alibi *Βάλβιλλα* [988, 1. 991, 10 etc.] recte audiat, in forma ΒΑΛΛΙΛΛΗC non tam de assimilatione litterae Β quam de lapicidae errore videtur cogitandum esse, praesertim cum idem ΜΕΜΝΟC pro ΜΕΜΝΟΝΟC et v. 5 ΘΗΒΑΙΧΩ pro *Θηβαΐχω* perperam admiserit. — V. 7 cum omnes ΔΥΝΟΤΟΝ dederint, ad ectypi fidem forma vulgaris *δύνατον* restituenda est. —

V. 9 initio praeter Lepsium etiam Pocockius[1]) Saltius L'Hôtius ante vocem *σκίαι* litteram I praebent. Sed Balbillam contra metrum *ἔνι σκίαι* scripsisse verisimile non est; potius ex ectypo probari videtur lapicidam hoc loco leviter erravisse atque simpliciter *ἐν σκίαι* scribendum esse. — V. 12 *Ἀδρίανος τοσάκις δ' ἀσπάσσατο* quae Letronnius reposuit pedestrem sermonem redolent. Bailii correctionem *Ἀδρίανος χάρε· δὶς δ' ἀσπάσσατο* iam Kaibel merito explosit; qui quod ipse cum Wilamowitzio dedit: *Ἀ. χήραις δ' ἀσπάσσατο*, etiamsi optimum sensum reddat, formam *χήραις* vix cuiquam commendare potuerit. Veram autem lectionem *Ἀδρίανος τότ' ἄλις δ' ἀσπ.* pridem Heffterus invenerat[2]). — V. 13 Letronnius Franzius Kaibel Ellis[3]) quamvis diverso modo restituere conati omnes tamen praeter Hadrianum novum subiectum Balbillam in periodum invexerunt. Sed hic quoque Heffterus[4]) cum Boissonadio ductus tum traditos omnium optime transcripsit, cum proponeret: *κὰν στάλαις ἃ κάμεν ὀψιγόνοις.* Nam vera lectio est: *κὰν στάλαι κάλλιπεν ὀψιγόνοις γρόππατα*, quibus in verbis *στάλα* Memnonis columnam significat. Cetera optime ad sententiam quadrant. — V. 14 ЄΥΓΙΔЄ, quod Bailius tradidit transcripsitque *εὔϝιδε*, Kaibel iure aspernatus est. Etiam forma *δᾶλον* v. 15 pro *δῆλον* Bailii commento debetur.

---

[1]) In Kaibelii adnotatione corrigendum est: 6. ˉI..ICKIAI Pococke.

[2]) v. Letronne, *Rec.* II p. 354.

[3]) v. Hermes XIV p. 260: *κὰνεχάραξ' ὑμνοπόλοισι πόνοις* cet.

[4]) v. Letronne l. l.

B.

C. I. G. 4731. 4730 coll. Add. III p. 1202 sq. Kaibel n. 992. 991. Lepsius VI tab. 80 Gr. 111. 107. Ectypa vidi.

ΟΤΕϹΥΝΤΗϹΕΒΑϹΤΗϹΑΒΕΙΝΗ
ΙΕΓΕΝΟΜΗΝΠΑΡΑΤΩΜΕΜΝΟΝΙ
ΑΥΩϹΚΑΙΓΕΡΑΡΩΜΕΜΝΟΝΠΑΙΤΙΘΩΝΟΙΟ
ΘΗΒΑΑϹΘΑϹϹΩΝΑΝΤΑΔΙΟϹΠΟΛΙΟϹ
ΗΑΜΕΝΩΘΒΑϹΙΛΕΥΑΙΓΥΠΤΙΕΤΩϹΕΝΕΠΟΙϹΙΝ
ΙΡΗΕϹΜΥΘΩΝΤΩΝΠΑΛΑΩΝΙΔΡΙΕϹ
ΧΑΙΡΕΚΑΙΑΥΔΑϹΑΙϹΠΡΟΦΡΩΝΑϹΠΑϹΔ.Ο.....Ν
ΤΑΝϹΕΜΝΑΝΛΛΟΧΟΝ ΚΟΙΡΑΝΩΑΔ ΡΙ \ΝΩ
ΓΛΩϹϹΑΝΜΕΝΤΟΙΤΜΑΞΕΚΑΙΩΛΤΛΡΛ.Β \.ᴾϹΑΝΗ.
ΚΑΜΒΥϹΑΙϹΑΘΕΟϹΤΟ ..ΑΥΓ/ΩΟΛ'Λ/////
ΔΩΚΕΝΤΟΙΠΟΙΝΑΝΤΩϹΩιϹ.ϹϹ..ΟΙΝ.\ΙϹ
ΤΩΝΗΛΑϹΑΠΙΝΚΛΤΤΛΝΕΤΟΝΘΕΙ...
ΑΛΛΕΓΩΟΥΔΟΚΙΜΩΜΙϹΕΘΕΝΤΟΔ
ΨΥΧΑΝΔΑΘΑΝΑΤΑΝΛΟΙΠΟΝΕϹΩϹΕ
ΕΥϹΕΒΕΕϹΓΑΡΕΜΟΙΓΕΝΕΤΑΙΙι.ΙΙΠΟΝ.ΓΑ
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΤΟϹΟΦΟϹΚΑΝΤΙΟΧΟϹΒ..ΙΛΕ
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΓΕΝΕΤΑΙϹΜΑΤΡΟϹΒΑϹΙΛΗΙΔΟϹΛΙ
ΤΩΠΑΤΕΡΟϹΔΕΠΑΤΗΡΑΝΤΙΟΧΟϹΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΚΗΝΩΝΕΚΓΕΝΕΑϹΚΑΓΩΛΟΧΟΝΑΙΜΑΤΟΚΑΛΟΝ
ΒΑΛΒΙΛΛΑϹΔΕΜΕΘΕΝΓΡΟΠΤΑΤΑΔΕΥϹΕΒΕ

In constituendo huius carminis contextu non tam Lepsii apographo quam ipso ectypo diu multumque manibus versato usus litteras incertas quoad dispici possent punctis exprimere atque earum quae intercidissent numerum accurate notare studui. Versuum 9—15 autem cum exitus ne ectypi quidem ope satis expedirentur, Saltii (S), Bailii (B), L'Hôtii (H), Lepsii (L) lectiones discrepantes quibus quidem adiuvaremur apponere placuit. Atque L quidem non dedit v. 7 nisi ΠΡΟΦΡΩΝΑϹ atque v. 8 ΜΟΧϹΙΝ//// /ΛΝ///////////Ω.— v. 9 L. ΤΜΑΞ' ////ΛΙΩ' ΤΛ//////////ΑΝ/////. — Nos quae punctis notavimus, satis incerta esse monemus.

V. 10 S ΑΘΕΟϹΤΟΝΜΟΥΤωϹ; B ΑΘΕΟϹΤ ΟΜΟΙ.ϹωϹ; H ΑΘΕΟϹΤΟΝ; L ΑΘΕΟϹ///ΤΛΙΡΜΑΥ ΓΛΜΟΜΛ/////////. Quae lectiones si cum ectypo conferuntur, primum quidem de litteris ΤΟ dubitari nequit, quamquam pro Ο Lepsio potius Λ apparuit. Iam qui sequuntur ductus, S Ν, H Ν, L ΙΡ interpretati sunt, B omnino omisit: ubi quod L dedit ΙΡ licet ad ectypi vestigia evanida proxime accedat, vereor tamen ne littera Ρ fortuita lapidis fractura effecta sit, ut recte cum Saltio Ν legatur. Neque vero minus quae deinde traduntur litterae SB ΜΟ, L ΜΑ dubiae sunt: ex quibus Ο ectypo refellitur; pro ΜΑ autem aequo iure etiam ΛΑ vel ΧΑ vel ΚΑ agnoscere nobis videmur. LS Υ certum; fere certum L Γ pro quo S Τ exhibet. Sequentem litteram B Ϲ, L Λ dederunt: in ectypo mihi quidem nihil apparuit nisi linea obliqua. Proxima SB Ϣ probabilior est quam L Μ.

V. 11 S ϹϢΟΙΚ, quibus B Τ addidit; L ϹϢΠϢϹΛΕ ΑΟΙΝΤ ΝΙϹ////. In ectypo post ϹϢ non tam Ο vel Π quam Τ apparet; proximam num recte L Ϣ legerit, ex ectypo diiudicari non potest. B Τ falso notavit: signo quod L Ϲ descripsit fortasse littera Ϲ subest. L ΛΕΑ ectypo vix defenditur.

V. 12 S ΚΑΙΤΟΝ, B ΚΑΙΤΟΝ--Ε; L ΚΛΤΤΛΙΕΤΟΝ ΕΕΙ//////////////. ΚΛ an ΚΑ, ΙΤ an ΤΤ cum dubium sit, proxima SBΟ reicitur ectypo. Ex eis autem quos deinde tradidit L ductibus Ν pars litterae Μ esse nequit.

V. 14 S ΛΟΙΤΙΟϹϹϢϹ; L ΛΟΙΠΟΝΕϹϢϹΕ; equidem ectypo examinato vix dubitaverim ΛΟΙΤΟΝ in lapide esse. Pro S Ϲ, L ϹΕ in ectypo Ο legere mihi visus sum.

V. 15 SB ΓΕΝΕΤΑΙϹΕ; L ΓΕΝΕΤΑΙΙΤΙΙΠΙΥΟΙΙ//// ////////, certe in SB ϹΕ falso videtur descriptum esse.

V. 16 L ΑΝΤΙΟΧΟϹΤ////. — V. 17 in fine ΛΙ, pro quibus S ΚΑΛϹΙ, B ΑΚΛ tradiderunt, Lepsiano apographo addidi.

V. 20 S ΓΡΟΙΤΤΛΤΑ ΔΕΥΟΟ ΤΕ; H ΓΡΟΠΠΑΤΑΛΕΥϹΕ; L ΓΡΟΠΠΑΤΑΔΕΓΟΕ ΕΓ; Bailii lectionem quam supra expressi veram esse repperi.

Ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνῃ
ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι.

Αὔως καὶ γεράρω, Μέμνον, πάι Τιθώνοιο
Θηβάας θάσσων ἄντα Διος πόλιος,
ἢ Ἀμένωθ, βασίλευ Αἰγύπτιε, τὼς ἐνέποισιν
ἴρηες μύθων τῶν παλάων ἴδριες,
χαῖρε καὶ αὐδάσαις πρόφρων ἀσπάσδ[ε]ο [καὔτα]ν
τὰν σέμναν [ἄ]λοχον κοιράνω Ἀδρι[ά]νω.
Γλῶσσαν μέν τοι τμᾶξε καὶ ὤ[α]τ[α] [βάρ]β[αρος] ἄνη[ρ],
Καμβύσαις ἄθεος - - - - - - -
δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ (πόνω ἄορί τ' αὖτος,)
τῷ 'νήλασ' Ἄπιν, (κάτθανε θεινόμενος).
Ἀλλ' ἔγω οὐ δοκίμωμι σέθεν τόδ[ε πνεῦμ' ἀπόλεσθαι·
ψύχαν δ' ἀθανάταν λοῖπον ἔσωσε [δέμας.
Εὐσέβεες γὰρ ἔμοι γένεται (σέθεν ἔκλυον αὔδας)
Βάλβιλλός τ' ὁ σόφος κἀντίοχος β[ασ]ίλε[υς·
Βάλβιλλος γενέταις μᾶτρος βασιλήιδος [ἄκμας·
τῶ πάτερος δὲ πάτηρ Ἀντίοχος βασίλευς.
Κήνων ἐκ γενέας κἄγω 'λόχον αἶμα τὸ κᾶλον·
Βαλβίλλας δ' ἔμεθεν γρόπτα τάδ' εὐσέβε[ος.

Carmina Kaib. n. 992 et 991 in unum iungenda esse ex certo ipsius loci quo in lapide posita sunt indicio supra demonstratum est. Videbimus autem argumenta quoque eorum optime consentire. Atque nomen auctoris quod initio n. 992 interiisse Letronnius et Franzius censuerunt, non tam illud quidem epigrammate 990 quod proxime antecedit quam ipsa parte posteriore carminis 991 declaratur. Balbilla autem cum n. 990 iam nominata esset, v. 2 *ἐγενόμην* nomine non addito scripsit suo iure. Nec *χαῖρε* voce quam Letronnius n. 992 supplendam esse censuit, ut carmen omnino quid sibi vellet intellegeretur, iam caremus n. 991 addito: ut integrum carmen teneamus. Denique totius carminis argumentum unum est et simplex: quo Memnon appellatus exoratur, ut in Sabinae Augustae gratiam sonet, addito testimonio de ipsius poetriae quae carmen dedicatura est pietate a maioribus accepta.

De singulis haec notanda sunt. In verbis supra scriptis ΤΗ. CEBACTH, Τω iota mutum quod Kaibel Bailii apographo confisus apposuit in lapide deest. — V. 7 pro *πρό-*

φρων ἔμε δέχνυσο, *Μέμνον* quod Bailius Kaibelio probavit, *πρόφρων ἀσπάσδεο* - - restituendum est. Nimirum salutare Memnonem iuberi non Balbillam ipsam, sed Sabinam *τὰν σέμναν ἄλοχον* imperatoris quam poetria etiam Kaib. n. 989, 8 *τὰν κουριδίαν ἄλοχον* Hadriani appellat versu 8 docemur; ubi quae facile restituuntur *κοιράνω Ἀδριάνω* ea pariter redeunt Kaib. n. 988, 5. Post *ἀσπάσδεο* videtur ex litterarum apicibus traditis legi posse *Μέμνον*, quod supplevit Bailius: quamquam displicet repetitum vocativo casu nomen post v. 1 sqq. Dedimus *καὔταν* quod neque a ductibus traditis nimis abhorret et aliquo modo defenditur n. 990 v. 9 sq. *κοίρανος Ἀδρίανος τότ' ἄλις ἀσπάσσατο καὖτος Μέμνονα*. — V. 9 sq. Franzius cum scriberet *γλῶσσαν μέντοι ἀλεξίκακον τήρην ἐπέοικεν* | *Καμβύσαις δ' ἄθεος τόν μοι ἔωσε λόγον* sententiam maxime obscuram reddidit. Particula *δέ* autem in pentametrum male intrusa prohibuit, ne una efficeretur sententia, qualem Kaibel vera lectione inventa *γλῶσσαν-τμᾶξε-Καμβύσαις ἄθεος* restituit. — V. 9 supplementa pro exploratis habeo. *Ὤατα* addidit poetria Persici supplicii memor; cf. Herod. III 69. 154 sq. — Quae v. 10 post *ἄθεος* agnoscuntur litterae, eas non expedio, nec propter sententiae rationem quid desideretur, satis liquet.

V. 11 sq. Franzius cum putaret praeter Memnonem mutilatum etiam alia Cambysis facinora enumerari, scripsit: *δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ ὑβρίσματος ἠδ' ὧν τὸν Μήνας Ἄπιν καὶ τὸν Ὄσειριν ἔδρα*. Similiter Kaibel Bailii apographo usus versus ita restituit: *δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ οἰκτίρματος ἠδ' ἄς* | *τόλμας, ἄς Ἄπιν* --- in quibus vox *οἴκτιρμα*, ne dicam ea non exprimi quod postulatur, iniurias Memnoni illatas, omnino non est linguae graecae. Praeterea Bailii commentum v. 12 ΤΟΛΜΑC ΑCΑΠΙΝ, vera lectione ΤωΝΗΛΑCΑΠΙΝ detecta reicitur. Neque hoc potissimum agitur, ut facinora Cambysis enumerentur, sed ut quaenam eius supplicia fuerint explicetur. Iam ut hoc loco Cambysis poena cum Apis mentione coniungitur, ita Herodoto auctore Aegyptii omne regis Persarum infortunium ab Api necato repetiverunt; qua re facta illum statim furere coepisse, mox eodem corporis loco quo Apem feriret gladio

vulneratum obiisse[1]. Itaque cum v. 12 appareat *τῶν ἤλασ'* vel potius *τῷ ἐνήλασ' Ἆπιν* i. e. 'quo percussit Apem', sequi videatur *κάτθανε*, recte censere nobis videmur huic loco similem subesse de Cambysis morte narrationem qua referatur illum eodem telo quo Apem sacrum necasset ipsum vulneratum obiisse. Quam sententiam supplementis nostris exempli gratia exprimere conati ea ectypo prorsus refelli non est quod moneamus. Propius ad pentametri ductus accederet lectio talis: *ἄορι πληγεὶς | τῷ 'νήλασ' Ἆπιν κἄκτανε τὸν (σὸν?) θέραπα.*

V. 13 *σέθεν τόγε θῆον ὄλεσθαι* quae Kaibel restituit, cum a Lepsio **CEΘENTOΔ** tradatur, supplementis nostris posthabenda sunt.

V. 14 Kaibel cum veram lectionem *ψύχαν δ' ἀθανάταν λοῖπον ἔσωσε [δέμας]* quam Franzius invenerat perperam reiceret, Bailii supplementum *ἄθλιε σῶσδες ἔτι* secutus scripsit *ψύχαν δ' ἀθανάταν, ἄφθιτε, σῶσδες ἄι.* Ceterum si quidem *λοῖτον* pro *λοῖπον* in lapide exaratum est, malim id lapicidae errori tribuere quam sumere Balbillam litterarum *π* et *τ* permutatione aeolica, quae in vocibus *πέμπε* (*πέντε*), *πήλυι* (*τηλόσε*), *σπέλλω* (*στέλλω*) adhibetur [v. Ahrens d. aeol. p. 41 coll. d. dor. p. 79 § 10], temere abusam esse in contrariam partem. Ad sententiam versus confer quod in carmine apud Kaib. n. 1000, 6 de Memnone praedicatur: *τοῦ λοιποῦ γῆρυν σώματος ἔντος ἔχει.* — V. 15 quomodo restituendus sit, *γάρ* particula aliquo modo indicat. Franzius quidem quod sententiarum nexum his verbis explicavit: «non puto quidquam tibi ademptum infortunio isto; nam anima immortalis vivit in corpore tuo residuo, pia sum erga te et pii fuerunt etiam maiores mei»: ipsa ea sen-

---

1) Her. III, 29: *ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἆπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ἐθέλων τύψαι τὴν γαστέρα τοῦ Ἄπιος παίει τὸν μηρόν. - - Ὁ δὲ Ἆπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν ἔφθινε.* — ib. 30: *Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι, αὐτίκα διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη.* — ib. 64: *καί οἱ [Καμβύσῃ] ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει, γυμνωθὲν δὲ τὸ ξίφος παίει τὸν μηρόν. τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο, τῇ αὐτὸς πρότερον τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ἆπιν ἔπληξε κτλ.*

tentia »pia sum erga te» reliquiis horum versuum non continetur. Neque magis Wilamowitzii coniectura: *σέπτας ἀπὸ ῥίσδας* aut Kaibelii *σὲ δὲ ϝίδμεν ὄϊω* probata elucet, cur Balbilla Memnonis animam exstinctam non esse sibi persuaserit. Quodsi ad eam rem demonstrandam a Balbilla genitores ipsius citantur, eos Memnonis etiamtum spirantis et immortalis argumentum habuisse, nempe eius vocis auditae testes Balbillae exstitisse statuamus oportet: quo magis filia Memnonem sibi ipsi pietatis praemium simile non denegaturum confidit. Quam sententiam non tam Letronnii supplemento *γενέται σέ ποτ' ἠσπάζοντο* quam eo quod ipsi supra proposuimus assequimur: quamquam ipsa verba ectypo non satis comprobantur.

V. 16 *κἀντίοχος προπάτωρ* Franzio auctore Kaibel posuit: iam autem apparet idem extitisse quod in fine v. 18 *Ἀντίοχος βασίλευς*: quemadmodum etiam in reliquis poetria eisdem locutionibus repetitis delectatur (veluti e. g. *ἆχον ἴη* habemus Kaib. n. 990, 8 et 989, 4; *κοιράνω Ἀδριάνω* 988, 5. 991, 2 et *κοίρανος Ἀδρίανος* 990, 9; *ἀπὺ λίθω* 990, 2 et 988, 1 cet.). Verba *Βάλβιλλός τ' ὁ σόφος* Kaibel sine causa in *Βάλβιλλός τε σόφος* mutavit. — V. 17 Saltii lectione *γενέταις* a Lepsio firmata L'Hôtii et Bailii *γένετ' ἐκ* refellitur. In fine versus Letronnius cum ΒΑϹΙΛΗΙΔΟϹΑΚΜΑϹ restituisset, quae et Bailius et ectypum aliquo modo tuentur, hoc supplementum transcripsit *βασιλήιδος Ἄκμας*, reginam interpretatus quandam Acmam Balbilli matrem fuisse: nomen autem Acmam in Orientis regnis, quo certe rex Antiochus referendus esset, usitatum esse e Iosepho B. I. I, 32, 6 elucere. Quamquam de regina Acma neque Letronnius neque alius quisquam quidquam repperit. Ac tamen a Letronnio singulari acumine verum suppletum esse dilucide apparet ex altero carmine Balbillae Kaib. n. 989 v. 3, ubi in fine versus a Lepsio demum ΒΑϹΙΛΗΙΔΟϹ ΑΚΜΑϹ certo lectum esse infra referetur. Atqui ibidem demonstrabitur vocabulum ΑΚΜΑϹ ne illo quidem loco de nomine proprio accipi posse. Equidem iure mihi persuasisse videor utroque loco *ἄκμας* scribendum idque cum adiectivo *βασιλήιδος* coniungendum esse, ut significetur Balbilli matrem

regiae maiestatis, i. e. regiae stirpis fuisse. Quem ad usum vocis ἀκμή qualis aliunde notus non est, illa Homeri conferri possunt ἴς, μένος, βίη, quibus hominis robur aeque atque vocabulo ἀκμή flos aetatis sollemniter designatur. Atque ut apud Homerum verba ἱερὴ ἴς Τηλεμάχοιο, κρατερὴ ἴς Ὀδυσῆος, μένος Ἀλκινόοιο, μένος Ἕκτορος, βίη Ἡρακλῆος ad Telemachi Ulixis ceterorum personas describendas valent: ita μάτηρ βασιλήιδος ἄκμας idem est ac μήτηρ βασίλισσα; neque diverso modo Kaib. n. 989, 3 (v. infra C v. 5) ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας pro ἐρατὴ μόρφη βασιλίσσης dictum est, ut circumscriberetur notio βασίλισσα. Verba deinde τῶ πάτερος δὲ πάτηρ simplicissimum est cum Mommseno (in Kaibelii adnot.) ad μᾶτρος quod proxime antecedat referre, ut explicetur quo iure Balbilli mater regiae stirpis fuisse dicatur.

Ceterum hunc Balbillum Letronnius et Franzius eundem esse coniecerunt qui Nerone imperante Aegyptum administrasset. Quod si verum esset, Balbilla eius filia cum etiam Hadriani aetate anno 130 p. Ch. viveret, certe annum septuagesimum excessisse putanda foret: quam aetatem isti poetriae imperatoris comiti vix quisquam tribuerit. Verum — id quod maioris momenti est — uterque homo doctus omisit Balbillum praefectum Aegypti e gente Claudia, Balbillam poetriam e gente Iulia [v. Kaib. n. 990 Ἰουλίας Βαλβίλλας] fuisse, ut ea pro illius Balbilli filia haberi nequeat.

V. 20 extr. Bailii lectio γρόπτα τάδ' εὐσέβεος non tam L'Hôtii et Lepsii quam Saltii exemplo certiusque ipso ectypo firmatur.

C.

C. I. G. 4729 coll. Add. III p. 1202. Kaibel n. 989. Lepsius VI tab. 80 Gr. 108. Ectypum contuli.

ΟΤΕΤΗΠΡωΤΗΗΜΕΡΑΟΥΚΑ
ΚΟΥCΑΜΕΝΤΟΥΜΕΜΝΟΝΟC
ΧΘΙCΔΟΝΜΕΝΜCΜΝC////CΙΓΛΙCΛΠΕΚω.ΛωΤΑ
ωC ΠΑΛΙΝΑΚΑΛΑΤΥΙΔΕCΑΒΙΝΝΑΑΝΟΔΑ
Π ΡΠΕΙΓΛΙCΕΡΑΤΑΜΟΡΦΑΒΑCΙΛΗΙΔΟCΑΚΜΑC
ΕΛΘΟΙCΑΙC.ΥΤΑΙΘΗΙΟΝΑΧΟΝΙΠ
ΜΠΚΑΙΤΟΙΒΑCΙΛΕΥCΚΟΤΕCΗΤΟΝΥΔΛΡΟΝΑΤΑ
ΤΑΝCΕΜΝΑΝΚΑΤΕΧΗCΚΟΥΡΙΔΙΑΝΑΛΟΧΟΝ
ΚωΜΕΜΝωΝΤΡΕCCΑΙCΜΕΓΑΛωΜΕΝ.CΑΔΡΙ
ʼΕΞΑΠΙΝΑCΑΥΔΑCΛΔΟΙΟΙCΕΧΑΡΗ

V. 1 Bailii lectio ΟΥΚΗ|ΚΟΥCΑΜΕΝ — Lepsius cum reliquis ΟΥΑ|ΚΟΥ CΑΜΕΝ — neque ectypo refellitur et vulgari sermone in his praescriptis servato commendatur. — V. 3 Lepsii apographum ΜΕ.ΜCΜΝC///Ν//ΙΓ//, in quibus altera littera Ν nescio an fallaci ductuum speciei debeatur; quod si recte agnoscitur, littera Ο quam dispicere mihi videor ferri nequit. Decimam et nonam a fine litteras ΜΙ descripsit Lepsius: pro ΑΠ vel ΛΠ etiam ΝΙ vel ΛΟ interpretari possis. Pro Κ littera subsequente haud scio an rectius Β vel Η legendum sit. In fine Lepsius ΙωΤΑ: ubi Ι ante ω in ectypo non apparet; immo aut Δ aut Α aut Λ, fortasse etiam Μ praecessisse putandum est.

V. 4 Lepsius ΑΙCΑΛΑΤΥΙΟΕΟΝΕΙΝΝΑΑΝC/////Α. Vocis CΑΒΙΝΝΑ littera prima C casu Ο litterae simillima evasit. In fine versus Bailius ΑΥ· ΟC exhibet; Saltii autem et L'Hôtii lectionem ΑΝΟC ectypon aliquo modo firmare videtur, quamquam in vestigiis evanidis ipse quoque ΑΝΟΔΑ legi. — V. 5 Salt ΠΡΗΕΙΓΑΡ, L'Hôte ΠΡΗ ΓΑΡ; Bailius ΠΡΗCΘΗΓΑΡ; verum ΠΡΠΕΙΓΛΙ (Lepsius ΓΑΙ) tam distincte in ectypo apparet, ut ne de una quidem littera excepta ultima, quae aliis horum carminum locis comparatis aliquo iure pro Ρ haberi possit, dubitandum sit. — V. 6 Salt ΕΧΘΟ ΙCΑΙΟ, L'Hôte ΕΧΘΟΙCΑ quibus Bailius Τ addidit: altera vocabuli littera Λ est ita formata, ut utraque linea obliqua supra angulum paululum emineat. — V. 9 in fine ΜΕΗΤCΑΔΠC Lepsius: ectypum servavit quae supra exaravi.

῞Οτε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἠ-
κούσαμεν τοῦ Μέμνονος.

Χθίσδον μὲν Μ[έ]μν[ων σ]ίγαις - - - - - - -
ὡς πάλιν ἀ κάλα τυῖδε Σάβιννα - - - - -
ΠΡΠΕΙΓΛΙ *σ' ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας·*
ἐλθοίσαι σ' [α]ὔται θήιον ἄχον ἴη,
μὴ καί τοι βασίλευς κοτέσῃ, τό νυ δ[ᾶ]ρον ἀτά[ρβως
τὰν σέμναν κατέχῃς κουριδίαν ἄλοχον.
Κὢ Μέμνων τρέσσαις μεγάλω μέν[ο]ς Ἀδρι[άνοιο
ἐξαπίνας αὔδασ', [ἀ] δ' ὀίοισ' ἐχάρη.

Cum carmine altero doceamur Balbillam una cum Sabina ad Memnonem venisse, ut eum audirent, his versibus eum bis adeundum fuisse comperimus, priusquam vocem mitteret. Epigrammatis vero cum pars posterior (v. 7—10) fere integra tradita esset, ipsi ab hac orsi sumus, ut inde adiuvaremur in prioris partis difficultatibus quoad fieri posset tollendis. Ac primum quidem ut singula absolvamus, v. 7 Kaibel *ϝοῖ* quod pro *τοί* Franz correxerat iure reiecit atque Saltii lectione *κατέχῃς* retenta his versibus Memnonem appellari intellexit. In eodem versu hiatus ab editoribus in vocabulo *ὅ* admissus Lepsii apographo emendatur: in ectypo quoque *τό* dilucide apparet. Quo minus in fine versus supplementum Letronnii *ὀνία* ferri potest, quoniam in protasi subiecti vice Memnon fungitur voce *κατέχῃς* indicatus; Kaibel vero quod coniecit *ἀπεῦσαν* litteris ATA certo traditis refutatur. Equidem *ἀτάρβως* dedi, quod adverbium vocabulo sequente *τρέσσαις* commendatur. — V. 9 *μεγάλω* a Lepsio recte tradito Saltii lectio firmatur, Bailii *μεγάλως* reicitur; genetivum autem cum adiectivo *μεγάλω* coniungendum Kaibel optime *Ἀδριάνοιο* restituit.

Iam vero vs. 7—10 primum Memnonem appellari, tum poetam narrantis sermone usum pergere videmus. Quod autem Kaibel et Ellis (Herm. XIV p. 260) totum carmen ita constituunt, ut Memnonem inde ab initio appellari fingant, ita non satis explicatur neque quis Memnonem alloquatur neque cur sub finem carminis narratio allocutioni substituatur. Quod ipsum, si quidem iure integrum carminis argumentum postula-

mus, mirum est non diserte exponi. Itaque v. 3 quo Memnonem die proximo non crepuisse significatur, dubito, an non tam *Μέμνον*, quod ex Saltii L'Hôtii Bailii lectione **ΜΕΜΝΟΝΟC** effectum est, quam *Μέμνων* extiterit, tametsi ex ectypo id diiudicari nequit: neque quo potissimum loco transitus fiat ad allocutionem Memnonis, perspicuum est. Quae vero v. 3 Memnonis nomen sequantur verba ne ectypo quidem adhibito expedio, nisi quod *σίγαις* participium facile agnoscere mihi videor[1]. *Μάν* pro *μέν* Bailius falso tradidit, quem Kaibel secutus est. — V. 4 verbis *βάξιν ἄναυδος ἔφυς* Kaibel moleste idem expressit quod supplemento versui praecedenti inserto *ὃς οὐ φώνην ἐθέλησας*; initio versus quae dedit *ὡς πάλιν ἀλλοτρίως* quid sibi velint non assequor. *Πάλιν* ultro ad eos refertur qui cum Memnon antea vocem non edidisset iterum ad eum accesserunt: quocum consentiunt verba non tam Lepsii apographo tradita quam ipso ectypo certo expedita *ὡς πάλιν ἀ κάλα τυῖδε Σάβιννα.* Verba *τυῖδε Σάβιννα* eodem modo coniuncta habemus Kaib. 988, 3, quod quantopere Balbillae conveniat iam ostendimus; atque ut 988, 3 adverbium *τυῖδε* cum *ἦλθον* coniungitur, ita in fine pentametri simile verbum veniendi desideramus. An conicere licet quo fere ducunt litterarum vestigia, Balbillam a voce *ἄνοδος* verbum *ἀνοδάω* derivasse atque scripsisse *Σάβιννα ἀνόδα*? Quamquam eiusmodi sive formam sive notionem vix ac ne vix quidem firmare possis Hesychiana glossa *ἐξοδῆσαι· ἐξοδεῦσαι*. Offensione caret neque ab ectypi fide nimium recedit *τυῖδε Σάβιννα ἀνέβα.*

Versuum igitur priorum ut verba omnia restituere non possumus, ita sensum recte assecuti esse nobis videmur. Iam ad verba v. 5 intellegenda a v. 6 auxilium petimus, qui exceptis duabus litteris integer servatus est. Neque enim in fine post **ΙΗ** — ubi notanda forma **Π** pro **Η** exarata sicut v. 7 **ΜΠ** = *μή* — litteram **C** cum Kaibelio addere licet ut *ἴης* efficiatur neque *ἐχθοίσαι* an *ἐλθοίσαι* legendum sit dubium est. Post eam vocem cum *αὖται* Letronnius recte restituerit, litteram incertam

---

[1]) Extrema vox nescio an sit *ἄωτα* (*ἄωτο*[*ς*]?): ut Memnonem scilicet auribus carentem (cf. B v. 9) surdum se praebuisse notetur.

inter ἐλθοίσαι et αὔται incisam Letronnius et Franzius T, Kaibel Γ dederunt: in lapide autem littera rotunda dilucide apparet, quae Saltio O esse, C potius ut Lepsio ita mihi visa est: ut non dubitem legere ἐλθοίσαι σ' αὔται i. e. ei (Sabinae) quae ad te (Memnonem) venit. Ceterum verba ἄχον ἴη Balbilla etiam altero loco Kaib. n. 990 v. 8 iunxit: nisi quod illo loco tertia persona imperfecti, hoc forma aeolica eademque dorica imperativi (v. Ahrens Dial. I p. 140. II p. 314) agnoscenda est.

Ista vero lectione probata et quae sequuntur μὴ καί τοι βασίλευς κοτέσῃ cet. optime quadrant ad imperativum et v. 5 in fine Kaibelii supplementum αἴ ϝοι refellitur. Quem versum Lepsius recte tradidit ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας. Quorum verborum sententiam iam supra ad B, 17 explicavimus. Atque ea non de Acma nescio qua Balbilli matre, sed de Sabina Augusta praedicari hoc quidem loco extra dubitationem positum est. Exemplis autem dativorum αὔγαι Kaib. n. 990 v. 1, σκίαι ib. v. 6, στάλαι ib. 10, ἐλθοίσαι αὔται, n. 989, v. 4, ἐράται Σαβίνναι n. 988 v. 3, quibus omnibus iota dativi additur, cum probetur ἐράτα μόρφα nominativum esse, verbum finitum in litteris Π ΡΠ ЄΙΓΛΙC latere censendum est. Quorum ut lectio certa ita significatio plane obscura est. Quamquam ultimam litteram C pro accusativo pronominis (σέ) habendam esse pariter atque in proximo versu probabile est: σέπτα pro σ' ἐράτα perperam Bailius dedit persuasitque Kaibelio. Nec particula γάρ quam editores ante C illud agnoverunt modo ectypo comprobaretur inepta esset: quippe qua, ut saepe fit, ante imperativum subsequentis adhortationis ratio contineatur. Verum has voces corruptas esse exaratas facilius statuas quam probabilem emendationem proposueris [1]: quae donec inventa erit, ne de illo quidem constabit, utrum ab his demum verbis alloqui Memnonem coeperit Balbilla an ab initio carminis.

D.

C. I. G. 4727 coll. Add. III p. 1202. Kaibel n. 988. Lepsius VI tab. 78 Gr. 91.

---

[1]) Non satis placent quae temptavimus servatis quoad fieri posset ductibus traditis ἤπειγ' ἄρ σ' vel ἤιτει γάρ σ'.

Lepsii apographum nonnullarum litterarum formis exceptis optime consentit cum Saltii exemplo. Pro *αὐδάσαντος* v. 1 et *ἦνθον* v. 3 quae a Bailio tradita Kaibel recepit, *αὐδήσαντος* et *ἦλθον* extat; v. 5 *πέμπτω δεκότω δ' ἐνιαύτω* et v. 7 *εἰκόστω πέμπτω* omisso iota muto scribuntur.

VI.

C. I. G. 4735 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 997. Lepsius VI tab. 79. Gr. 101. Ectypum contuli.

V. 2 ΑΝΤϵ]ΑΝΤϵΛΛ post quae non videntur nisi octo fere litterae intercidisse. — V. 3 Pococke ΛΔΟΜΑΟΝΤΟϹ, Salt L'Hôte ΔΑϹ...ΑΟΝΤΟϹ; lectio Lepsiana ΔΑϹΟΜΟΝΤΟϹ ectypo firmatur, nisi quod pro Μ potius ΛΛ apparet. In his autem carmen finitur: ut ferri non possint quae Kaibel reposuit *ἀντέλλουσαν ἰδόντος μητέρα σεμνήν*. Neque vero magis Letronnii supplementum *Μέμνονος ἀντελλούσης ἠοῦς Λαομέδοντος* neque Franzii *ἀντέλλουσαν ἑὴν γενέτειραν ἰδόντος* ectypi ductibus comprobantur. Quid lateat nescio, nec versum integrum fuisse censeo.

VII.

Gemelli carmina.

Duo epigrammata Gemellus in Memnonis statua incidenda curavit: Kaib. n. 998 et 999, alterum (999) in summo crure sinistro, alterum (998) in latere meridionali basis statuae. Inscriptiones vero in infimo crure insculptae maxima ex parte antiquioris aetatis sunt quam quae in medio et summo crure incisae extant. Atque ex tituli 998 anno p. Ch. 150 in basi i. e. infimo statuae loco, ubi unus praeter hunc titulum Kaib. n. 993 repertus est, exarato concludi potest basi tum demum usos esse Memnonis cultores, cum summa crurum pars ad incidenda complurium versuum carmina non iam sufficeret[1]: si quidem unum solum excipias titulum, qui anni nota addita in summo crure exaratus recentior numero 998 est[2]. Iam vero si

---

[1]) v. Letronn. *Rec.* II p. 223.

[2]) ib. p. 384 n. CCCLXII. C. I. L. III[1] p. 12 n. 51.

Gemellus n. 999 post n. 998 perscripsisset, eum satis magno basis spatio usurum fuisse consentaneum est: quod cum non fecerit, prius n. 999 exaratum esse verisimile est. Quam ad sententiam optime vox *ἀμοιβαδίς* n. 998 v. 9 quadrat, quippe qua nihil aliud exprimatur nisi Gemellum iterum ad Memnonem audiendum venisse.

A.

C. I. G. 4761 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 999. Lepsius VI tab. 78 Gr. 82. Ectypum contuli.

ΤΙϹΝΥϹΕΤΟΙΑ ΔΕΡΕΞΕΦ
ΜΑΨΙΔΙΩϹΩϹΕΙ ΤΙΝΑΑΤΕ
ΕΞ·ΥΔΑ ΛΙΤΟΜ ΑΙϹΕΚΑΙ
ΚΑΙ·ΑΡΕϹ·ϹΕ ΕϹΑΚΛΙ
ΕΥΤΥΧΩ Ϲ
ΜΑΡΙΩΓΕΜΕΛΛΩ ΕΚΑΤΟΝΤ

Pars superstes lapidis media fracta est. V. 1 extr. litteras ΡΕΞ ex ectypo addidi. — V. 4 Pococke ΚΑΡΓωϹΟΙΟϹΑΡ; Letronne ΚΑ:ϹΑΡϹϹ ΕϹΑΚΛ:; Lepsius ΚΑ////ΑΡ etc. in fine ΚΑΙ. Utrum in lapide ΚΑΙϹΑΡ an ΚΑΙΓΑΡ fuerit, dubium est; proxima autem ΕϹ potius videntur legenda quam ΕΓ. Ceterum post ϹΕ in fractura periisse nequit nisi littera Ι. — V. 5 litteram Ϲ omisit Lepsius.

Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε, φ[ίλον τέκος, Οὐρανιώνων
μαψιδίως, ὡσεί τινα ἀτε[ίμητον μετανάστην;
Ἐξ[α]ύδα, λίτομαί σε, καί - - - - - - - - -
καὶ [γ]ὰρ ἐ[γώ? - - - - - - - - - - - - - -
Εὐτυχῶς
Μαρίῳ Γεμέλλῳ ἑκατοντ[άρχῃ σπείρας - - - -

Letronnii et Pocockii apographa sufficere non potuerunt ad inscriptionem recte intellegendam: iam apparet quattuor, non duos tantum hexametros fuisse. Versum 1 Homericum esse E 373 cum agnovisset Franzius, v. 2 quoque eundem, qui ibi sequitur *μαψιδίως ὡσεί τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ*, repo-

suit, ut tamen *ῥέζουσαν* necessario mutaret in *ῥέζοντα*. Cu restitutioni praeter hiatum obstant litterae **ΤΙΝΑΑΤЄ**, quas etiam Letronnius distincte legerat. Nimirum Gemellus cum versum illum totum in suum usum vocare sive non posset sive nollet, alterius versus Homerici verba ascivit et cum voce *μαψιδίως* conglutinavit I 648 *ὡσεί τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην*. Scripsit autem *ἀτείμητον* frequenti exemplo: quemadmodum idem Gemellus Kaib. n. 998 v. 7 *Κρονείων* pro *Κρονίων* dedit. — V. 4 etiam *Καῖσαρ ἔσωσε* ectypi vestigia admittunt, quamquam nec quomodo haec verba interpretanda sint apparet, et vel in his Homericam dictionem continuari expectamus. — V. 5 **ΜΑΡΙω** viri docti transcripserunt *Μάρκος*: sed apparet dativos *Μαρίῳ Γεμέλλῳ* coniungendos esse cum vocabulo *εὐτυχῶς*, quo poeta sibi bona precatur. — V. 6 in fine cum spatium aeque atque versibus superioribus impletum esse verisimile sit, cohortis ipsius cuius centurio Gemellus fuerit notam additam esse conicio.

B.

C. I. G. 4738 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 998. Lepsius VI tab. 78 Gr. 87. Ectypum contuli.

ΘΗΚЄCЄΦωΝΗЄΝΤΑΘЄΑΡΟΔΟΔΟΔΑΚΤΥΛΟCΗωC
CΗΜΗΤЄΙΡΚΛΥΤЄΜЄΜΝΟΝЄЄΛΔΟΜЄΝωΜΟΙΑΚΟΥCΑΙ
CΗCΦωΝΗC ΛΥΚΑΒΑΝΤΙΠЄΡΙΚΛΥΤΟΥΑΝΤωΝЄΙΝΟΥ
ΔωΔЄΚΑΤωΚΑΙΜΗΝΙΠΑΧωΝΤΡΙCΚΑΙΔЄΚΑЄΧΟΝΤΙ
ΤΑΔΙC ΔΑΙΜΟΝΤЄΤЄCЄΚΛΥΟΝΑΥΔΗCΑΝΤΟC
///ΙΜΝΗCΠЄΡΙΚΑΛΛЄΑΡЄΙΘΡΑΛΙΠΟΝΤΟC
ЄΑΝΤΟΛΙΗCΒΑCΙΛΗΑCЄΘΗΚЄΚΡΟΝЄΙωΝ
//////ΝΠЄΤΡΟΥΦωΝΗΝΔΑΠΟΠЄΤΡΟΥЄΗΙ////
ЄΓC///¯ЄΜЄΛΛΟCΑΜΟΙΒΑΔΙCЄΝΘ//////
ΗΑΛΟΧωΡΟΥΦΙΛΛΗΚΑΙΤЄΚЄЄCCΙΝ
ЄΥΤΥΧωC
//////ΦΙΛΛΗ/////////////////ΛΟΝΓЄΙΝΙΑ

Monogramma **Ρ̌** quod supra hanc inscriptionem exaratum Letronnius duce L'Hôtii ectypo notavit, neque Lepsius neque ectypum exhibet.

Lepsiano apographo v. 6 in initio litteras I M atque v. 10 extr. N ex ectypo addidi. Totius carminis species externa qualem Lepsius recte descripsit eo ducit, ut versus 9 litteris ЄΝΘ/ /// terminari putandus sit, neque in ectypo ullum Bailianae lectionis ЄΝΘΑ-----ωΝ apparet vestigium.

Θῆκέ σε φωνήεντα θεὰ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
σὴ μήτειρ, κλυτὲ Μέμνον, ἐελδομένῳ μοι ἀκοῦσαι
σῆς φωνῆς· λυκάβαντι περικλύτου Ἀντωνείνου
δωδεκάτῳ καὶ μηνὶ Παχὼν τρισκαίδεκα ἔχοντι
ἤμα]τα δίς, δαῖμον, τε[ῦ] ἐςέκλυον αὐδήσαντος
ἠελίου λ]ίμνης περικαλλέα ῥεῖθρα λιπόντος.
Ὄντα ποτ]ὲ ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων
οἰκουρὸ]ν πέτρου, φωνὴν δ' ἀπὸ πέτρου ἕη[κας.
Χαίρων δ' ἦλθον] ἔγ[ωγε] Γέμελλος ἀμοιβαδὶς ἔνθα
σὺν κεδν[ῇ ἀλόχῳ Ῥουφίλλῃ καὶ τεκέεσσιν.
εὐτυχῶς
Μαρίῳ Γεμέλλῳ, Ῥου]φίλλῃ, -------, Λονγεινίᾳ.

Versus 1—6 videntur a prioribus recte restituti esse. — V. 4 non *τρισκαίδεκ'*, sed neglecta elisione *τρισκαίδεκα* extat; de anno duodecimo Antonini [150 p. Ch.] iam certo constat. Sententiam vv. 7. 8 Franzius recte ita descripsit: »Iuppiter tibi assignavit habitandum saxum, et statim incepisti vocem edere e saxo, id quod iam facis semper.« Kaibel vero cum versu 7 prioribus coniuncto alium sensum subesse vellet, littera N a Bailio in initio vs. 7 tradita usus scripsit: *οὕνεκεν ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων*; quibus solem orientem ab orientis rege salutari intellegeretur. Sed praeterquam quod *οὕνεκεν* ferri non potest, quoniam pro N Lepsius recte Є tradidit, Kaibelii supplementa v. 8: *θῆκε δὲ νῦν πέτρου, φωνὴν δ' ἀπὸ πέτρου ἵεσθαι* probari nequeunt. Nam et vocabulum *θῆκε* parum eleganter repetiit et obiecto verbi omisso sensum obscurum reddidit. Quare Franzii explicatione probata eius supplementa v. 8 *οἰκουρὸν πέτρου* et in fine *ἕηκας* retinuimus, v. 7 *ὄντα ποτὲ* suppletis sententiam probabilem effecimus. — V. 9 cum propter ea quae modo attuli ferri non posse videatur quod Letronnius in fine addidit *ἐνθάδ' ἀνελθών*,

supplementum *χαίρων δ' ἦλθον* proposui, quamvis versus haud elegans efficeretur nec placeret particula *ἔνθα* a verbo veniendi dirempta et in fine sententiae collocata. — V. 11. 12 ut supra A v. 6 dativi restituendi sunt; initio autem nomen Gemelli, in lacuna post ΦΙΛΛΗ non *καί* quod Kaibel vult sed alterius filii vel filiae (cf. *τεκέεσσι* v. 10) nomen intercidit.

VIII.

Trebullae carmina.

A.

C. I. G. 4739 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 1001. Lepsius VI tab. 80 Gr. 109. Ectypum contuli.

V. 3 ΕΞΑΚΟΥΕΙΝ ectypum, Ε Ξ Α Κ Ο Υ Ε Ι Ν Lepsius. De vera lectione *καὶ ἐξακούειν* non iam dubitandum est. poetria pronomen *σέ* a Kaibelio desideratum omisit. Ceterum quam sententiam Kaibel ponit: »velim ut tu quoque, mater, audias«, eandem iam Letronnius recte invenit [*Rec*. II p. 386].

B.

C. I. G. 4740 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n 1002. Lepsius VI tab. 79 Gr. 97. 98. Ectypa contuli.

Priores tres versus ab epigrammate spatio non magno separati sunt. V. 2 ΔΕΥΤΕΡΟΝ] ΔΕΥΤΕΡΟΝ. — V. 7 ΑΙCΟΗCΙΝ] ΑΙCΘΗCΙΝ. — V. 8 ΕΔΩΚΕΔΗΜ] ΕΔΩΚΕ ΔΗΜ.

V. 6 *Τειθώνοιο* legitur, non quod Kaibel dedit *Τιθώνοιο*.

C.

C. I. G. 4741 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1003. Lepsius VI tab. 78 Gr. 84. Ectypum contuli.

V. 3 cum Aponii titulus (C. I. G. 4742. Kaib. n. 1004) a latere dextero huius inscriptionis multo maioribus litteris exaratus esset [cf. Letronnius *Rec*. *Atlas* tab. XXXVI n. 32. 33.], nonnulli partem superiorem litterae Ε (vocis ΕΜΗC) errore pro C habuerunt atque ΤΡΕΒΟΥΛΛΑC tradiderunt. — V. 5 pro

Θ constanter Θ scriptum est. — V. 7 ΟΔΥΜΟϹ] ΟΔΥΡ-ΜΟϹ. — V. 8 ΓΟΟϹΑΗΝ] ΓΟΩϹΑΗΝ (Δ supra Α). — V. 9 ΑΝΑ-ΡΟΡΑΔ·Η] ΑΝΑΡΘΡΑΔΗΝ. — V. 10 ΠΡΟϹΘΕΛΕΙΥ ΑΝΟΝ] ΠΡΟϹΘΕΛΕΙΥΑΝΟΝ.

V. 6 formam *βασιλέος* Kaibel recte retinuit; simile est quod saepius in titulis aegyptiis a militibus romanis positis genetivus *ἱππέος* invenitur [1]. — V. 7 Franzii coniecturam *ὀδυρτός* Kaibel recepit: quamquam *ὀδυρμός* quod Letronnius invenerat, et Bailius legit et Lepsius firmavit. Ceterum non post *Μέμνονος* cum Kaibelio sed post *μοι* interpungendum est et *Μέμνονος* cum *τὰ πάθη* coniungendum.

IX.

C. I. G. 4742 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1004. Lepsius VI tab. 80 Gr. 116. 117. Ectypa contuli.

V. 1 ΑΠΩΗΙϹ] ΑΠΩΝΙϹ. — V. 2 extr. ΓΕΓΡΑΦΑ Μ] ΓΕΓΡΑΦΑΜ (sic). — V. 3 ΔΑΜΑΡ] ΔΛΜΑΡ, mox ΟΙΟΝ] ΟϹΟΝ.

Μ in fine vocis *γέγραφα* incisum lapicidae errori deberi videtur. *Ὅσον* a Kaibelio recte receptum est.

X.

Paeonis carmina.

A.

C. I. G. Add. III p. 1206 n. 4761 c. Kaibel n. 1007. Wescher, *Comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1871. p. 276. Lepsius VI tab. 78 Gr. 89.

A Wescheri lectione haec discrepant: v. 1 ΔΕΜΑϹϹΟΝ] ΚΟΛΟϹϹΟΝ. — v. 2 ΑΥΔΗΕΙϹΩϹΚ] ΑΥΔΗΕΙΡΩΕΚ; quae sequuntur perspici non possunt. — v. 3 ΜΕΤΤΙΟϹΩ] ΜΕΤΡΙΟϹΙ. Cetera evanida et cum inscriptione latina quae

[1] C. I. G. 5053 (Lepsius VI tab. 97 Gr. 438). ib. Add. 4716 d[57]. Lepsius VI tab. 100 Gr. 574 bis). Leps. VI tab. 97 Gr. 443. 447. 448.

graecae superscripta est C. I. L. III[1] p. 13 n. 56 [cf. Wescher. l. l.] confusa sunt.

V. 2. 3 Lepsii lectionibus praestant Wescherianae. Etiam v. 1 videtur praeferendum quod Wescher tradit *δέμας σόν* (cf. infra XI): qui summam operam impendit his inscriptionibus rescriptis expediendis.

B.

C. I. G. 4743 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1006. Wescher l. l. Lepsius VI tab. 78 Gr. 79. Ectypum contuli.

V. 1 ΥΔΗЄΝΤΑ ectypum; ΑΥΔ etc. Lepsius. In fine Є ·ΠΑΝ] Є··ΠΑΝΛ Letronne; ЄΓωΠΑΝΑΙ Lepsius; sed litterae ΝΑΙ ad diversam inscriptionem pertinent: in ectypo enim ΠΑΙ ΝΑΙ certo legitur. — V. 2 ΝΟϹΙΔΗΤΗϹ] ΝΟϹ ΙΔ cet. — V. 3 spatio interiecto excipit priores.

Wescher e titulo antecedente *Παίων ὁ Σιδήτης* recte videtur restituisse.

XI.

C. I. G. 4745 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1008. Wescher l. l. Lepsius VI tab. 79 Gr. 105. Ectypum contuli.

V. 1 ЄΛΥΜΗΝΑΝΤΟΚΟΛΟϹϹΟΝ Lepsius; ЄΛΥ ΜΗΝΑΝΤ ΑϹϹΟΝ ectypum, quocum Wescheri lectio consentit. — V. 2 ΝΥΚΤΟΡ]ΝΥΚΤωΡ. — Forma Ө in inscriptione, non Θ adhibita est.

XII.

C. I. G. 4744 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1005. Lepsius VI tab. 79 Gr. 104. Ectypum contuli.

V. 2 pro *ἐμῇσι βύβλοισι* apud Kaibelium *ἐμῇισι βύβλοισιν* scribendum est. Ut hoc loco *σεῦ*, ita in carmine Kaib. n. 998 v. 5 *τεῦ* extat forma dorica immixta dialecto homericae.

XIII.

C. I. G. 4746 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1013. Lepsius VI tab. 79 Gr. 99. Ectypum contuli.

ΟΥΚΑΚΑΡΗΝΟCΑΡΕ · ΙΝΟ . . Ο

ΜΕΜΝΩΝ ΗΜ ΕΡΙΝΗ   ΝΤΟΛΗΗΕΛΙΟΙΟ
ΘΕCΠΙΖΩΝΜΕΡΟ·ΕCCΙΝΟ   ΟΙCΙΠΡΟCΑΥCΕΝ
ΕΚΠΑCΗCΓΑΗ   ΛΘΕΙΝΙ   ΟΝΤΕC
ΟΙΜΕΝΕΠ   \ΜΕΝC   ΗΘΑΥΜΑΖΟΝΤΕC
ΟΙΧΩΝΤΑΙΓ   ΠΑΤΡΑ   ΟΤΥΧΟΝΤΟC

V. 1 post **ΑΚΑΡΗΝΟC** Pococke - - - **ΙΙΕΟCΙΟΙΝΟ**; L'Hôte nihil nisi **Ε**, Lepsius **ΙΙΙCΤΝCΜΟ** dedit. Pro **ΟΙΝ** autem **CΤΙΝ** reponendum esse ectypum non dissuadet. Lacunam mox inter litteras **Ο—Ο** a me notatam Lepsius littera **Μ**, Pococke **ΙΝ** explevit: neque alienum est **Η** vel **ΙΗ** a vestigiis in ectypo servatis. — V. 2 Lepsiano apographo **Η** et v. 3 **Ο** addidi. **ΟΙCΙΠΡΟCΑΥCΕΝ** Lepsius; **ΑΥCΕΝ** dispicere non potui ac nescio an **ΟΥCΙ** potius ectypo commendetur. — V. 4 **ΓΑΗΙ**] **ΓΝ** Lepsius; L'Hôtii lectio **ΠΡΙ** ectypo prorsus respuitur. Lapide h. l. fracto non amplius quam 3 vel 4 litterae deletae sunt; sub finem Lepsius **ΤΟC**. — V. 5 L'Hôte **CΠΙΥ ΝΟ**; mox idem cum Lepsio **ΝΘΑΥ** etc.

Οὐκ ἀκάρηνος ἄρ' ἐστιν - - - - - - - - -
Μέμνων· ἠμερινῇ [γὰρ ἐπ' ἀ]ντολῇ ἠελίοιο
θεσπίζων μερό[π]εσσιν [ἀπείρ]οισι προςάυσεν.
ἐκ πάσης γα[ίης ἐ]λθεῖν - - - - - - - - - -
οἳ μὲν ἐπ[ευξά]μεν[οι] - - - - - θαυμάζοντες
οἴχωνται [πάλιν ἐς] πάτρα[ν φθόγγοι]ο τυχόντος.
- -

Ex variis Letronnii Franzii Kaibelii supplementis inter se discrepantibus cognoscitur quam non sufficiant fragmenta servata ad sententiam huius carminis plane perspiciendam. Accedit quod epigramma non integrum esse viri docti ex verbis v. 5 *οἳ μέν* intellexerunt; cui argumento addi potést quod nomen poetae nusquam comparet: quamquam huic rei non nimium tribuerim. Lepsii vero curis non tam effectum est ut carmen perfectius traderetur quam ut priorum lectionibus maximam partem confirmatis supplementa quae varia prolata

sunt reicerentur. Nam primum quidem quod Kaibel initium restituit: *οὐκ ἀκάρηνος ἔφυς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Μέμνων — προσαΰτεῖ*, neque supplementa v. 1 litteris traditis ullo modo commendantur, neque *προσαυτεῖ* teste Lepsio scribi potest, pro qua voce Franzius vere *προσάυσεν* reposuerat. Vocabulo autem quod antecedit in **ΟΙCΙ** aut **ΟΥCΙ** exeunte cum Franzii et Kaibelii supplementum *ἐπερχομένοις* non conveniat, *ἀπείροισι* coniecimus; licet ita versus paulo impeditius fluat. De huius versus sententia constat: id vero dubium quo modo versus alter male servatus iungendus sit. Franzius quidem cum scriberet: *οὐκ ἀκάρηνος ἐὼν ποτ' ἄναξ οὐ τοῖον ἀυτεῖ Μέμνων· ἡμερίῃ δὲ τότ' ἀντολῇ ἠελίοιο — προσάυσεν*, particula *δέ* inculcata respiciens Trebullae carmen [Kaib. n. 1003] versus ad id spectare tempus putavit quo Memnon etiam tum integer non solum sonum edidisset sed etiam verba distincte pronuntiasset. Sed quoniam v. 1 *οὐκ ἀκ. ἄρ' ἐστιν* legendum esse verisimile est, Kaibelii supplementa *ἡμερίοισιν ἅμ' ἀντολῇ* ex parte secutus reposui *ἡμερινῇ γὰρ ἐπ' ἀντολῇ*. Auctor ni fallor, hanc expressit sententiam: licet mutilatum sit Memnonis caput, tamen vocem non perdidit; nam saepenumero sonum edidit; id quod multorum testimonia confirmant. *Θεσπίζων* igitur simpliciter ad sollemnem Memnonis crepitum refero cum Kaibelio.

Iam vero in parte posteriore multifariam mutilata maxime de nexu coniunctivi *οἴχωνται* v. 6, quem Kaibel iniuria in indicativum mutavit, ambigimus. Nam rectene Franzius cum versus restitueret *ἐκ πάσης πόλεως, ἵνα θείην κληδόν' ἔχοντες οἱ μὲν ἐπιστάμενοι σοφίην καὶ θαυμάζοντες οἴχωνται - - οἱ δέ - -*, finxerit verba *ἵνα οἴχωνται* ex iis quae sequuntur pendere, prorsus incertum est. De singulis constat Franzii *πόλεως* ferri non posse: aut enim *ἐκ πάσης γαίης* aut cum Kaibelio *ἐκ π. γὰρ γῆς* scribendum est. Eiusdem supplementa *ἐπὶ ἕ σπεύδοντες* vereor ut cuiquam placuerint. — V. 5 pro *ἐπευξάμενοι* quod proposuimus Kaibel verba spatio non congrua *ἐπήρανα δεχνύμενοι* inseruit. — V. 6 in fine littera **Ο** ante **ΤΥΧΟΝΤΟC** tradita hoc loco genetivum in *-οιο* exeuntem fuisse

confirmatur: Franzii versuum 1—3 interpretatione probata χρησμοῖο, ex sententia nostra aptius φθόγγοιο quod Kaibel invenit reponitur. Verbis φθόγγοιο τυχόντος significatur 'voce edita'; quod num recte ita exprimatur, dubitari potest: quamquam verbum τυγχάνειν de rebus adversis et secundis, de dolore similibusque saepius absolute usurpatur ut ἄλγη τυχόντα Aesch. Cho. 745; εἰ δ' αὖθ' ὃ μὴ γένοιτο συμφορὰ τύχοι id. Sept. 5 cet.

XIV.

C. I. G. 4747 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 993. Lepsius VI tab. 78 Gr. 88. Ectypum contuli.

V. 1 ΑΣΚΛΗ///ΠΙΟΔΟΤΟΥ in media voce rasura. — v. 2 litterae maximae eaedemque angustissime scriptae sunt, qua re editores saepius E [Lepsius v. 7 ENI] legere sibi visi sunt; quamquam lapidarius constanter formam rotundam Є exsculpsit. ΜΕΜΝΟΝΑ] ΜЄΜΝΟΝΑ. — v. 3 ΛΑΜΠ] ΛΑΜΠ. — v. 4 ΥΠΟΦΡΥϹΙΝΩΝΘΑΠΟΤΑΜΕΙ] ΥΠΟ////ΦΡΥϹΙΝω-ΝΑΠΟΤΑΜΝЄΙ (N superscriptum); in voce ὀφρύσι rasura. — v. 5 ΝΟΜЄ-ΝΟϹ] ΝΟΜЄΝΟϹ. — v. 6 ΑΚΟΡΗΤΟΝ] ΑΚΟΡΗΤΟΝ. — v. 7 ΠЄΔΙωΙ recte Bailius tradidit. — v. 8 ΠΟΙΗΤΟΥ· ЄΠΙΤΡΟΠΟΥ.

V. 8 quamquam Hamilton recte tradiderat, tamen omnes ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου scripserunt: sed et ποιητοῦ omisso articulo recte dictum est neque idem in voce ἐπιτρόπου desideratur. — Asclepiodoti carmen cum item ac Kaib. n. 998, qui titulus Antonini aetate exaratus est, in basi statuae Memnonis repertum sit, collatis eis quae ad n. VII supra adnotavimus videtur eiusdem aetatis esse. Idem coniecit Franz.

XV.

C. I. G. 4748 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1009. Lepsius VI tab. 76 Gr. 62. Ectypum contuli.

Forma litterae Δ vix notatu digna est. Versui 1 superposita est inscriptio latina C. I. L. III[1] p. 11 n. 43. — v. 3 φωνήν recte traditur neque Bailio qui φωνῆι dedit fides habenda.

XVI.

C. I. G. 4749 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1000. Lepsius VI tab. 77 Gr. 76. Ectypum contuli.

Formae **Ϲ** et **Ε** interdum immiscentur. v. 3 **ΟΥΝЄΜ** Lepsius, **ΟΥΝΟΜ** ectypum; mox **ΛϹΤΗΝΟϹ**] **ΑΥΡΗΛΙΟϹ**. — v. 4 **ΑΝΑΞ** ectypum; **ΑΝΑΞ** Lepsius. — v. 5 **ΛΜΑ-ΤЄΙΧΟΥϹΙ** ectypum; **ΛΜ/ΤЄ** etc. Lepsius (sic). Mox **ΔΑΝΜЄ-ΝΑΙ** Salt recte rettulit (Bailius **ΔΑΗΜЄΝΑΙ**). — v. 7 **ϹΤЄΙΝΩΝ**] **ϹΤЄΡΝΩΝ**.

Nomen poetae *Αὐρήλιος* iam Heckerus recte restituerat. V. 5 ab eodem *ἀναστείχουσι* propositum est: tamen poetam *ἅμα στείχουσι*, licet lapidarius *σ* omiserit, scripsisse ectypo confirmatur. Neque in eodem versu *ἤ* offendit, pro qua particula Kaibel Heckerum secutus *εἰ* dedit. — v. 7 *στέρνων* Cobet recte coniecerat: **Ρ** litterae lineola curvata licet perexigua in ectypo certo dispicitur. Ceterum *αὐδᾶ* et v. 9 *ἀνίσχῃ* in lapide est, non quae Bailius rettulit *αὐδᾶι* et *ἀνίσχηι*.

XVII.

C. I. G. 4755 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 1011. Lepsius VI tab. 77 Gr. 77. Ectypum contuli.

V. 1 utrum **ЄΝΑΡΧΟϹ** an cum Lepsio **ΕΗΑΡΧΟϹ** legendum sit ex ectypo non cognoscitur.

Titulum ad calcem eius qui antecedit (Kaib. n. 1000) exaratum, cum eandem litterarum speciem exhibeat, tempore quoque eodem exaratum esse verisimile est. Franzius cum *ἔναρχος* legat, quam notionem deinde voce *ἀρχιδικαστής* accuratius explicari vult, exemplum affert C. I. G. III Add. 4976 *ἐξηγητεύων ἔναρχος*, ubi tamen voci *ἔναρχος* participium, non ut hoc loco substantivum additur. Accedit vero quod **ΕΗΑΡΧΟϹ** siquidem vere traditur, potius pro **ЄΠΑΡΧΟϹ** quam pro **ЄΝΑΡΧΟϹ** lapicidae lapsu scriptum videbitur. Cum autem *ἔπαρχος* procuratorem Aegypti, *ἀρχιδικαστής* praefectum collegii iudicum provincialium (v. Strab. XVII, 797), quod Alexandriae extabat, designet neque utrumque magistratum coniunctum fuisse verisimile sit, nescio an *Ἔπαρχος* cognomen

Balbiniani interpretandum sit (cf. exempli gratia C. I. G. III Add. 4325 b).

XVIII.

C. I. G. 4750 b coll. Add. III p. 1206 n. 1761 g. Lepsius VI tab. 79 Gr. 93. Ectypum contuli.

ЄΙCЄΜЄΝΟΥΝΗ ω C Τ ΟΝЄΟΝ . . ΛΟΝΥΙΑΔΑΚΡΥЄΙ
ΗΝΙΚΑΝΑΤΤЄΛΛΗCΙΦΑЄCΦCΡΟ . . . ΑCΙΝΑΙΓΛΗΝ
ΗCΤΑΙΗCΜΥ.ΗΜΑЄCΟΙΤΡЄΠЄC..... ΜΙΠΟΥCΑ
ΙCΤω ΘЄΙΟCΟΝЄΙΡΟΥΟЄΘЄΙΟΥCΙΝ ΜΥΟΟΝ
ΑΥΤΟCΔЄΝΘΑΔЄΟΝΤ . Ο.... Ν ΛΥΟΝΑΥΔΗЄ
ΙΟΥΛΙΟCΗΑΘCΛΙЄΓωΝ ... ΙΓ//ΙΠΑΡΧΟCΛЄΓЄωΝΟC

Carmen in cruris sinistri calce Memnonis a latere dextero epigrammatis Kaib. n. 1013 inscriptum est (v. Letronn. tab. XXXVI n. 36). V. 1 Letronnius in L'Hôtii ectypo nihil nisi ЄΜЄΜ ΝΟΝΟΝЄΜ ΝΟΝ ΝΥΙΑΛΛΚ legit; in eis quae Lepsius exhibet ЄΟΝΓЄΓΟΝΥΙΑΔΑΚΡΥCΙ litterae ΓЄΓ ectypo nullo modo firmantur. — V. 2 Lepsius ΗΝΙΚΙΑωΤ ΤЄΓΛΗCΙΟΛ CCΟΡΟΜΜΑCΙΝ: mihi quidem litterae ΜΜ videntur collato ectypo lapidis rimis fortuito effectae esse. — V. 3 Lepsius ΜΥΝΗΜΑЄCΟωCЄΠЄC; v. 4 legit ΙCΙΟCΙΙΟCΟ/ ΟΥΟC ΥC; v. 5 Α//ΥCΙΔЄΝΟΛΛ atque in fine versus CΟЄΑΥ\ΝЄ; v. 6 Ι//ΥΓΙΟCΗΑЄCΜΠΟΝ ΓΟΗΤΑΡΧ etc. Letronnius in fine ΤΟΙΙΤΑ ΧΟCΛЄ ΝΟC; Salt ЄΠΑΡΧΟCΛЄΓЄωΝΟC.

Εἴ σε μὲν οὖν Ἠὼς τὸν ἑὸν [φί]λον υἷα δακρύει,
ἡνίκ' ἂν ἀ[ντ]έ[λ]λῃσι φαεσφ[ό]ρο[ις ὄμμ]ασιν αἴγλην
ἧς [γ]αίης μύ[θ]ημα ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ λιποῦσα,
ἴστω θεῖος ὀνείρου ο – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ μῦ[θ]ον·
αὐτὸς δ' ἐνθάδ' ἐόν[τ] ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – κλυον αὐδῆ[ς]
Ἰούλιος ἡ[λ]θ[ον] ἐγὼν ⏑ ⏑ – ἀρχὸς λεγεῶνος.

Carminis sex hexametros complexi cum Salt sola verba postrema descripsisset, Letronnius v. 1 rettulit fragmenta tam mutilata, ut Franzius inscriptionem latinam inesse censeret. Iam

licet maxima pars servata sit inscriptionis, tamen quoniam versus 4. 5 valde mutilatos plane non intellegimus, non satis liquet quodnam fuerit carminis argumentum. — V. 1 cum lectio Lepsiana ΓΕΓΟΝΥΙΑ careat sensu, *φίλον υἷα* quod reposuimus non recedit a ductibus traditis. Lacrimas autem Aurorae verisimile est ad rorem matutinum quo Memnonis imago infundatur referendas esse. Ceterum confer versus illos homericos (ε 1. 2) *ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν.* — V. 3 sententia similis est homericae (γ 1) *ἠέλιος λιπὼν περικαλλέα λίμνην*: ut enim Memnon ipse *ἀντολίης βασιλεύς* (Kaib. n. 998 v. 7), *βασιλεὺς ἑῷος* (n. 1003 v. 4) appellatur, ita hoc loco Auroram oriente, patria sua fabulosa mane egredi auctor fingit. Verba *ἧς γαίης μύθημα* excipere videtur *θεοπρεπές*: quamquam pro priore Π in ectypo distincte ΙΤ litterae apparent. — V. 4. Notum homericum *θεῖος ὄνειρος* (veluti Β 22 *προσεφώνεε θεῖος ὄνειρος*, ξ 495 *θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος*): at de lectione ΘΕΙΟϹ ΟΝΕΙΡΟΥ dubitare non licet. — Altero p. Ch. saeculo, cui carmen tribuendum esse videtur, in Aegypto agebant legio III Cyrenaica et XXII Deiotariana; alterutri praefuit Iulius.

XIX.

C. I. G. 4722 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 1010. Lepsius VI tab. 77 Gr. 72. Ectypum contuli.

In initio tituli Dionysiae cum ΚΥΡΙΟΥ traderetur, Bailius reposuit

ὑπὲρ τύχης τοῦ κυρίου Διονυσίας
τὸ προσκύνημα etc.,

quae Kaibel recepit. Sed vox *κυρίου* ad alterum titulum C. I. G. 4722 pertinet: ubi Franzius ad verba qualia tradita accepit *Θὼθ ιη* L ιζ *Ἀδριανοῦ τοῦ* de coniectura *κυρίου* apposuit. Quod ut eluceat, titulos 4722 et 4754 quomodo in lapide sese excipiunt perscribo:

ΛΟΥΚΙΟϹΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΑΝΟϹ
ΧΑΡЄΙϹΙΟϹϹΤΡΑΤΗΓοϹЄΡΜωΝ
ΘЄΙΤοΥΛΑΤοΠοΛЄΙΤΟΥΗΚΟΥ
ϹΑΜЄΜΝΟΝοϹΔΙϹΠΡΙΝΠΡω
ΤΗϹωΡΑϹΚΑΙΠΡωΤΗ ϹΥΝ
ΤΗΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΦΟΥΛΒΙΑ
ΘωΘΗ̄LΖ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΟΥ
ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΟΝΥϹΙΑϹΤΟ
ΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑΠΟΛΛΑ
ΚΙϹΔΑΚΟΥϹЄΤΑΙ

Omnes hos versus ab eodem lapidario exaratos esse ex ectypo apparet. Neque dubitari potest quin legendum sit

Διονυσίας
τὸ προσκύνημα· πολλάκις δ' ἀκούσεται.

Titulus certe eiusdem temporis est atque L. Charisii Funisulani (122 p. Ch.).

XX.

C. I. G. 4758. Lepsius VI tab. 80 Gr. 115. Ectypum contuli.

ϽЄΙΔω ΚΑΙ
ΛΛΛ ΗΠΡΟ
ΦΡ ω ΝЄΦΘЄΓΞΑ
ΤΟΜЄ Μ Ν ω Ν
ΘΗΒΑωΝ Π Ρ Ο Μ Α
ΧωΝΤΟΝ Δ Є
ΜΟΝΑϹ ЄΙϹ

V. 1 videtur **ΦЄΙ** in ectypo legi. Litterae a Lepsio punctis expressae et v. 6 **N** vocis **TON** in ectypo non apparent.

Φ]είδῳ καὶ [Γά]λλῃ πρόφρων ἐφθέγξατο Μέμνων,
Θηβάων προμάχων τὸ[ν κη]δεμόνα ⏑ ⏑ – ⏑

Titulo a Pocockio pessime tradito versus hexametros subesse persensit Franzius qui verba *ἐφθέγξατο Μέμνων* recte ex-

pedivit. Nomina Romana Fidus et Galla saepissime occurrunt, ut exempla afferre supersedeam. V. 2 hexametrum quam pentametrum fuisse probabilius est. Ad formam Θηβάων cf. supra p. 21 v. 4 Θηβάας (Ahrens I p. 100); Θηβαῖοι πρόμαχοι copiae intellegendae quae Thebaidem defendebant a barbaris: cf. infra n. XXX. Quae res in memoriam vocat versus statuae Pescennii Nigri a rege Thebaeorum inscriptos (Spart. v. Pesc. 12)

Terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens
Thebaidos socius e. q. s.

Adde Trebell. Poll. trig. tyr. 22 de Aemiliano *Thebaidem totamque Aegyptum peragravit et quatenus potuit barbarorum gentes forti auctoritate summovit*[1]. Eius exercitus ducem et curatorem (neque enim v. 2 video quid suppleri possit nisi κηδεμόνα) Fidum illum fuisse sumendum est quem salutasse Memnon dicitur. Post κηδεμόνα participium aliquod supplendum est quale est ἀσπαζόμενος: mihi quod et versui conveniret et litteris ЄΙϹ traditis reperire non contigit.

XXI.

C. I. G. Add. III 4761 b. Kaibel n. 1012. Lepsius VI tab. 77 Gr. 74. Ectypum contuli.

ЄΙΦΘЄΝΓΗΤΙΛΑΛΗ
ЄΙΔЄΜΟΝΟΝϹЄΙΓΑϹ
ΑΛΛΑΘЄΛωΝЄΠΑΚΟΥ
ΜΗΜΟΙΤΗΝϹЄΙΓΗΝΗΝЄ
ЄΥΜЄΜΝωΝЄΛΑΛΗϹΑϹΑ
ΠΑΝΤΟΤЄΚΑΙ ΛΛ ωΝΗЄΛ
ΡΗ

V. 5 Α addidi lectioni Lepsianae.

V. 6 Wilkinson ΚΑΙΤΑΙΛωΝ. In ectypo ΚΑΙΔΛΧωΝ dispicere mihi visus sum. — V. 7 Wilkinson Π; ectypo ΒΗ non respuitur.

[1] Cf. de his Lumbroso *Bull. inst. arch.* 1880 p. 119 sq.

Quod Kaibel qui versuum initia iam recte legit et interpretatus est — nisi quod v. 4 addenda lectioni eius ἦν ἐ – – —, v. 6 Wilkinsonii apographo usus παίδων supplevit, ectypo non comprobatur; πολλῶν fuisse potest. — V. 7 litteras **PH** vel **BH** temporis notae reliquias esse verisimile est; quare restituatur ἀθὺρ ῆ vel μεχὶρ ῆ vel etiam τυβ(ὶ) ῆ.

XXII.

C. I. G. Add. III 4761 d. Kaibel n. 1014. Lepsius VI tab. 77 Gr. 75. Ectypum contuli.

ΟΑΛ////ΕωΠΑΙΧΑΙΡΕΠΡΟΦΡωΝΕ
Φ////ΕΞΑΟΓΑΡΜΟΙ
ΜΕΜ//////ΕΙΕΡΙωΝΕΙΝΕΚΑΤΑΙϹΜΕΛΟΜΑΙ
ΦΙΛΑΟΛ////Μ////ΕΜΑΔΕΠΙΗΡΑΦϹΡΟΙϹΝ
ΑΡΒΙΥΟϹ//Ε////ΝωΓΝΕΚΡΕΤΟϹ

Letronnii lectionum a Kaibelio male repetitarum has attinet referre: v. 1 **//Α//////////ωΠΑΙ**. — V. 3 in initio **////ΜЄΜ**. — V. 4 **ΦΙΛÀΟ** atque in fine **ϹΡΟΙϹΑ**; mox ectypon **ΜωΕΜΑ** videtur exhibere. — V. 5 Letronne **//////ΡΒ Ν ΚΡЄΤῸϹ**

Φ]α[ίδιμ'] Ἔω παῖ χαῖρε· πρόφρων ἐφ[θέγ]ξαο γάρ μοι,
Μέμ[νον, Π]ιεριῶν εἵνεκα, ταῖς μέλομαι.
– – – – – – – – *δ' ἐπίηρα φ[έ]ροι[ε]ν*
– – – – – – – – – – – – – – –

Kaibel cum versus a Letronnio male lectos concinnaret, in initio v. 1 lacunam notatam esse neglexit. Certe ipso vocabulo παῖ Aurorae mentio flagitatur. Πρόφρων deinde cum ἐφθέγξαο de Memnone praedicatum tam arte cohaeret, ut particula γάρ tertio loco collocata vix offendat. — V. 2 quod Kaibel de deabus poetam agere censuit, iam lectione Πειεριῶν reperta apparet Musas intellegi: quamquam non est cur mulierem et sacerdotem dearum loqui cum Kaibelio supponamus. Praeterea v. 3 Letronnii lectio φέροισα ectypo reicitur; ad easdem

Musas verba *ἐπίηρα φέροιεν* pertinere certum est. Itaque de Balbilla carminis auctore nullo modo cogitandum est: nomen poetae quod barbarum fuisse probabile est potius v. 4 latet.

XXIII.

Kaibel n. 994. Lepsius VI tab. 77 Gr. 69. Ectypum contuli.

Lectionem a Lepsio temptatam non attinet referre, cum Wescheri demum diligentia inscriptio lectu difficillima expedita sit. Neque ectypo quicquam proficimus.

XXIV.

Lepsius VI tab. 78 Gr. 83.

Epigramma quod l. l. Lepsius primus rettulit in figura quae dicitur filiae sinistrae Memnonis quae a latere cruris dexteri eius in solio exstat[1]) inscriptum est. Atque ductus carminis maxime evanidos esse vel ex eo conicias quod ab omnibus qui Memnonem ante Lepsium viserunt praetermissum est. Quare cum litteras fugitivas ectypo usus recte num exceperim valde dubitem, praeter meum ipsius apographum Lepsii integrum repeto.

Lepsii apographum.

ΘΗΒΗϹϵΚΠϵΔΙΟΥϹΙΓΟΑΡΟΤ / Α
//Λ///ΔΙΝΗΕΝΤΑΗΘΑϹ//// Μ/Μ ΤΛωϹΜ
///Ϲ///ϵΚΛΥΑΜϵΜΝοΝΑΥΟΙϹΛΥϹΟΙ////ΙΚ
ΛΤΛΠΤωΝΘΗΒΑΙΔοϹϵΑΑ//// ///ΝΜΟ////////
//////ΗοωϵΝωΝΧΑΛΚωΙΚΟΛΠΜ/////ΑϹϹΑΛϵ
////ϹΑωλΥωϹ((ΗΔϵΙϹΙΡΔΛω////////ΙΙϵΙΗΝΗΚΤϹV
/////ΠΟΤ/ΥΑΟΠΠοΙΙΝΓΑΓϵΝΓϹΓ//////Το///////ΤΟϹ///
////ΑΟΛΟΑΙϹϵΒΡΑΧϵΤϹΥ/Ϲ'///Α/////ΥΟΤϵΓ/////
//////////ο ΜΥϹΑΝΥϹΥΟΤοΙΟ ΛΝΛΙ/ΤΥ/////
////////ΛϹϹ ΜΟΟϹΑϹϹΙϵΤΟϹϹ//ϹΟΗΑΛΛ

---

[1]) v. Letronn. *Rec.* tab. XII, B.

Apographum meum.

ΘΗΒΗϹЄΚΠЄΔΙΟΥϹΙΝΑΡΟ . . Α
οΥΔΙΝΗЄΝΤΑΗЄΙΛΟΝΑΝΑΠΛωϹΑϹ
Ϲ.Η.ЄΚΛΥ . ΜЄΜΝοΗΑΥΤΗϹ....ΟϹЄΠΙ
ΤΡΟΠЄωΝΘΗΒΗΙΔΟϹΗΙΑ. ..ΟΙΗΟ
Є . ΗΟΜЄΗωΝΧΑΛΚωΙΚΟΛΠ .....ΑϹϹΑΔЄ
ΑωΟΧΘοϹΘΗΛЄΙωΝΔΑ...... ΙΙΙΝΑΤΙΚΤЄ/
ΠΟΤΝΙΑΟΠΠΟΙΟΝΓΑΡЄΝΗ.Ο......ΟЄΝΤΟϹ
ΘΟΘΑΡΑΙϹЄΒΡΑΧЄΤЄΥΧЄΑΚ..ΙΙΟΥΟΤЄΓΙ
ΙΝΙΙϹΙΤΑΝΥϹΤΟЄΟΙЄΧΟΥ . . ΤΥ
Ο ΚЄοΙΘοϹΑϹΠЄΤΟϹЄϹΛ/.ΙΡΙ ΛΟΥ

Θήβης ἐ[ν] πεδίο[ι]σιν - - - - - δινήεντα
Νεῖλον ἀνα[π]λώσας [σῆς] ἔκλυ[ε], Μέμνον, ἀυτῆς
- - ος ἐπιτροπέων Θηβηΐδος - - - - -
ϑ]ε[ιν]ομένων χαλκῶι κόλπων - - - -
ἄ]χϑος ϑηλειῶν - - - - - - - - τίκτε -
πότνια· ὁπποῖον γὰρ - - - - - -
- - - ἔβραχε τεύχεα - - - -
- - - - - - - - -
- - ἄσπετος - - - -

Carminis argumentum ut restituerem mihi quidem non contigit: nisi quod primis versibus auctorem peregre advectum Memnonis vocem audivisse narratur; ubi lectio *Θήβης ἐκ πεδίου* cum verbis *Νεῖλον ἀναπλώσας κτλ.* conciliari nequit. Neque hexametri quot fuerint liquet, cum singulorum versuum spatia non aequent.

XXV.

C. I. G. 4781 v. 4—6. Lepsius VI tab. 76 Gr. 44.

Cum Letronnius et Franzius verbis C. I. G. 4781 unum titulum effici censuerint, meliore Lepsii apographo duos secernendos esse docemur. Nam postquam Burichius quidam professor Ascalonita[1]) pedestri sermone usus haec inscripsit:

---

[1]) De scholasticis cf. Letronn. *Rec.* II p. 311. coll. p. 275. 308. 313 etc.

Βουρίχιος σχολαστικὸς
Ἀσκαλωνίτης ἱστορήσας κατέγνων ἐ-
μαυτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐγνωκέναι τὸν λόγον,

postea alter litteris usus quas hoc loco exprimendas curare non licet[1]) senarium apposuit:

τοῦ κἀπεδεξάμην σε τ(ῆς) ἐπιτριβῆς,
ὦ Βουρρίχιε.

i. e. ‚Ideo mihi probatus es propter animi demissionem tuam'. Ceterum in his *τῆς* scriptum Tϟ insigne exemplum est compendii tachygraphici, qualia saeculo p. Ch. altero vel tertio in usu fuisse apparet exemplo altero [Lepsius VI tab. 76 Gr. 53] in eodem sepulcro reperto:

ΔΛΔΟΥΧΟϹ
ϹΧΟΛΑʿΤΙΚΟϹ
ΊΑΤϠΗΛΘΟΝ
ΚΕΘΑΥΜΑϹΑ

Ubi v. 3 ΊΑΤ) pro *ιατής* s. *ιατρός*, v. 4 Ϗ pro *καί* est[2]). Ceterum geminatum *ρ* in nomine *Βουρρίχιε* non offendit.

XXVI.

Lepsius VI tab. 76 gr. 54 [»*Westl. Theben, Grab* 9«]. Rep. in eadem syringe atque C. I. G. 4766, 4770 b. 4781. 4783. 4785. Add. 4788 b. 4809, 4820.

Καὶ τόδ' ἐγὼ Κλεοβουλιανὸς μέγα θαῦμα νοήσας
ἠγασάμην, γαίης Δελφίδος ὢν ναέτης.

Litterae ⲁ . ⲉ . ⲥ . ⲱ. V. 1 *θαῦμα* pertinet ad monumentum sepulcrale cuius in pariete versus colore rubro

---

[1]) cf. Letronn. *Rec.* tab. XXX, 150.
[2]) cf. Gardthausen, *Griech. Palaeogr.* p. 244.

inscripti sunt. V. 2 *ἠγασάμην* dicitur loco vocabuli in hoc genere titulorum usitati *ἐθαύμασα*.

XXVII.

Epigrammata in templo Pani dicato reperta.

»*Ὕδρευμα τὸ ἐπὶ τοῦ Πανείου κατ' Ἀπόλλωνος πόλιν*« C. I. G. 4837. Cf. Letronn. *Rec.* II p. 239 sq. Dümichen *Gesch. d. alt. Aegypt.* Berol. 1879 p. 39 sq. Lepsius VI tab. 81 Gr. 119—171.

Ad Apollinopolim Magnam situs est trans Nilum fluvium pagus qui ab Arabibus Redesîeh vocatur: unde ad orientem versus profecti per unius diei iter ad templum in media Trogodytice conditum pervenimus quod deo Chem ithyphallico ab Aegyptiis, Pani a Graecis dedicatum esse credebatur.

Templo ex ipso saxo excavato obstructus est pronaus, cuius in pariete postico duae statuae regis exsculptae sunt. Cum autem ex inscriptionibus hieroglyphicis[1]) appareat hoc loco, quem iam antiquissima aetate via ad oram maris Arabici et ad metalla auri smaragdique ducens attingeret, a rege Setho puteum effossum stationemque munitam esse, tamen neque Romanorum aetatis geographi Strabo Plinius Ptolemaeus templi illius atque castelli mentionem faciunt neque inter inscriptiones a Cailliaudio L'Hôtio Wilkinsonio Lepsio ibi descriptas ulla est latina; quamquam tria nomina romana (Trebonius Leps. Gr. 119. Severus ib. 120. Aelius Gellius ib. 142) inter sexaginta fere graeca inveniuntur. Quibus rebus perpensis titulos graecos vetustiores esse Romanorum in Aegypto dominatione conicere licet, cui rei illud convenit quod praeter litterarum formas rotundas etiam vetustiores **E**, **Σ**, **Ω** atque **A**, **I**, **Γ** passim adhibentur.

Sed aetatem inscriptionum quamquam earum nulli annus appositus est etiam accuratius circumscribere possumus.

[1]) v. Lepsius III tab. 138—141. Chabas *Inscript. histor. du règne de Séti I. Châlons* 1855.

Quoniam enim Plinio auctore[1]) Ptolemaeus Philadelphus »primus Trogodyticen excussit« atque oppida complura in ora maris Arabici constituit, recte videtur Letronnius conclusisse Satyrum illum qui in templo Panis statuam Arsinoes Philadelphi dedicavit eundem fuisse qui Philadelphi regis iussu oppidum Philoteram condidit[2]). Itaque tempore quod inter Philadelphi aetatem et Romanorum dominationem intercedit tituli illi graeci incisi sunt. Atque ut antiquitus ita Ptolemaeis regnantibus statio militum praesidio tenebatur[3]). Totam autem regionem vel subactis Trogodytis infestam fuisse ex formula *σωθεὶς ἐκ Τρωγοδυτῶν* saepius viatorum nominibus addita apparet. Ceterum hominum quorum nomina in templi parietibus incisa ad nostram aetatem pervenerunt, cum permultorum patria mercatura nota sit, ut Aeginetum [Leps. Gr. 150] Cretensium [122. 165] Cyrenaeorum [147. 148. 149] Pergaeorum [132. 143 (C. I. G. 4836 h.). 141. 170] Judaeorum [C. I. G. 4836 c]: ei maximam partem videntur mercatores fuisse qui Arabiam felicem eiusque oppidum Sabam peterent[4]). Nam etiam Arabiam felicem a Graecis habitatam esse testantur verba quae citat Miller[5]) ad Marcian. Heracl. p. 145 ex vita quadam Arethae manu scripta: *ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Σαβᾷ χώρᾳ πάντες οἱ κατοικοῦντες Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι ὑπῆρχον.*

A.

C. I. G. 4838 coll. Add. III p. 1212. Kaibel n. 826. Lepsius VI tab. 81 Gr. 124 Ectypum contuli.

V. 1 ΠΑΙΣ] ΓΑΙΣ. v. 2. ΓΛΑΥ////////ΚΟΥΓΟΡ////////Ι ΟΝ; in media voce ΓΛΑΥΚΟΥ rasura; post ΓΟΡ 3—4 litterae exciderunt. V. 3 Σ . ΘΕΙΣ] ΣωΘΕΙΣ Lepsius, ectypum autem mihi quidem videtur ΣΩ etc. exhibere. V. 4 ΓΗΣ ΑΓΟΤΗΣΣΑΒΑΙ////ΩΝ, post ΒΑΙ rasura.

---

[1]) VI, 29. cf. Monum. Adulit. C. I. G. 5127, A v. 10.

[2]) v. Letronn. *Rec.* II p. 241. Droysen *Hellenism.* III² p. 339; coll. 346.

[3]) v. C. I. G. III Add. 4836 c.

[4]) v. infra A. [5]) v. Droysen l. l. p. 307 *Anm.* 3.

V. 2 Letronnii supplementum πόρε κόσμον, quod ad ipsum carmen teste Lepsio in pronao templi inscriptum pertinere verisimile est, recte habere videtur. Eiusdem lectione v. 4 Σαβαίων confirmata quod Franzius correxit Ἀράβων refellitur.

Franzius epigrammata Kaib. n. 826, 825, 976 cum Cailliaudio auctore mox ad templum in deserto, cui nomen Elithya, situm mox ad Apollinopolim Magnam rettulisset, ea iam a Letronnio uni Panis templo attributa esse in Addendis non animadvertit; ignorat etiam Kaibel.

B.

C. I. G. 4835 b. Kaibel n. 976. Lepsius VI tab. 81 Gr. 127. Ectypum contuli.

V. 1 ΠΡΟΣ] ΓΡΟΣ; etiam in versu altero littera O ceteris minor est; in fine ΠΑΝΘΗΒΩΝΛΙ] ΓΑΝΘΗΒΩΝΑΓΟ. V. 2 Wilkinson ΠΟΣΕΙΔΗ.., Lepsius ΓΟΣΕΙΔΙ..., ectypum ΓΟΣΕΙΔΓ.

Versuum in columna pronai inscriptorum auctor neque Ποσείδηος quod Kaibel Wilkinsonii apographo nisus proposuit, neque Ποιείδιος quod Letronnius restituit, audit; sed ectypo supplementum Franzii Ποσείδεος comprobatur.

C.

C. I. G. 4838 b coll. Add. III p. 1217. Kaibel n. 825. Lepsius VI tab. 81 Gr. 135. Ectypum contuli.

V. 1 ΞΕΙΝΟΝΤΙΜΗϹΑΝΤΕϹΟΔΟΙΓΟΡΟΙ etc.
V. 2 ϹΤΕΙΥΕΤΕ] ϹΤΕΙΧΕΤΕ.
V. 3 ΚΟΗϹ] ΚΡΗϹ. ib. ΕΟΗΚΕ] ΕΘΗΚΕ.
V. 4 ΗΡΟϹ] ΗΡωϹ.

Teste Lepsio carmen in saxo inscriptum est. V. 4 quod Kaibel vocabulum ἥρως a Pane praedicari censet, Phido non ignarus deum externum (Chem) coli, non Pana sed ἥρωα τόνδε ξεῖνον Aegyptiorum appellat.

Versum 4 huius epigrammatis Antiochus quidam in suum usum vertit ita (Lepsius VI tab. 81 Gr. 160):

ANTIOXÓC
ωΙΔΙΔΟΥϵΥΤΥ+ΙΑΝΓΡΑΜΜΑ////

Ἀντίοχος,
ὦι δίδου εὐτυχίαν, γράμμ' ἀ[νέθηκε τόδε.

D.

Lepsius VI tab. 81 Gr. 158.

ΠΑΝΙΧΑΡΙΝCω
ΘϵΙCϵΥΤΥΧΙΔΗC
ϵΘ ϵΤΟ
ϵΚΤΡωΓΟΔΥΤωΝ
//////////////////////

Πανὶ χάριν σωθεὶς Εὐτυχίδης ἔθετο
ἐκ Τρωγοδυτῶν.

Pentametro auctor verba *ἐκ Τρωγοδυτῶν* addidit; post quae nihil scriptum fuisse videtur. Formulam iam supra explicatam *σωθεὶς ἐκ Τρωγοδυτῶν* habes praeterea: Lepsius l. l. Gr. 122 (in statua dextera pronai inscript.)

Α////////////ΕΤΙΜΟΣΚΡΗΣ[1])
ΚοΥΡΤΩΛΙΙΑΟΣ
ΠΑΝΙΕΥοΔΩΙ
ΣΩΘΕΙΣΕΚΤΡΩΠΔΥΤΩΝ *sic*

ib. 133 in saxo incisum [C. I. G. III Add. 4838 k.]:

ΕΥΦΑΙΔΑΣ
ΣWΘΕΙΣΕΚΤΡΩΓΥΔΥΤ////// (T in fine ex ectypo addidi)

[1]) ΕΤΙΜΟΣ ectypum: Lepsius ΓΤΙΜΟΣ exhibet.

ib. gr. 157:

ΜΕΝΕΑΣ
ΣΩΘΕΙΣΕΚΤΡΩ
ΓΟΔΥΤΩΝΠΑ
ΝΙΕΥΟΔΩΙΧΑΡΙΣ

ib. gr. 170:

ΠΑΝΙΕΥΟΔΩΙ
ΣΩΤΗΡΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΠΕΡΓΑΟΣ *sic*
ΣΩΘΕΙΣΕΚΤΡΩΓΟΔΥΤΩΝ

Formam nominis ,Trogodytae' non ,Troglodytae' ab omnibus fere scriptoribus latinis usurpari notum est. Nam et apud Ciceronem de div. 2, 44, 93 male contra codices »Troglodytas« editur et Plinii (2, 178; 185; 228. 5, 43. 6, 154; 164; 169; 189. 7, 23; 31. 8, 25) et Martiani Capellae (6, 702) codices omnibus locis sine ulla fere discrepantia »Trogodytae« exhibent, neque apud Pomponium Melam (9, 9. 14, 12 ed. Parthey.) et apud Solinum (144, 3. 153, 16. 229, 8. 9 ed. Momms.) Troglodytae legitur nisi in libris deterioris notae: eosdem auctores sequitur Isidorus (cf. Letronn. *Rec.* II p. 247). Neque vero minus apud Graecos formam *Τρωγοδῦται* in usu fuisse non solum titulis supra citatis[1]) sed etiam meliorum codicum lectionibus demonstratur. Sic Her. 4, 183 codex Vaticanus R deterioris generis antistes *Τρωγλοδῖται*, Florentinus A a prima manu et Passioneus B *Τρωγοδῦται* exhibent. Etiam Strab. 15, 696 cum in optimo codice Vaticano *Τρωγοδῦται* legitur tum epitomator Strabonis diserte docet *ὅτι Τρωγοδῦται ἄνευ τοῦ λ λέγει ὁ Στράβων*. Quamquam cum ceteris locis omnibus *Τρωγλοδῦται* codices praebere videantur, Kramer illam formam aspernatus est. Apud Diodorum in editionibus legitur *Τρωγλοδῦται*: Wesseling nihil usquam discrepantiae adnotavit. Unum quod superest exemplum in lapide scriptum monumenti Adulitani (C. I. G. 5127 v. 10) **ΤΡΩΓΛΟΔΥΤΙΚΩΝ**, quoniam inscriptionem hanc non habemus nisi per libros ma-

[1]) Tituli non variant nisi in alterius syllabae vocali: n. 133 est *Τρωγυδῦται*, n. 122 ΤΡΩΠΔΥΤΩΝ i. e. ΤΡΩΓΙΔΥΤΩΝ.

nuscriptos traditam, ad formam *Τρωγλοδῦται* commendandam valere non potest.

E.

Lepsius l. l. 165.

ΠΑΣΙΘΕΜΙΣΜΑΝΕΓΡΑΨΕΝ
ΟΜΑΛΤΑΔΑΛΙΠΑΡΑΙΟΣΚΡΗΣ

Πασίθεμις μ' ἀνέγραψεν ὁ Μαλτάδα Λιπαραῖος Κρής.

In fine versus hexametri auctor ultima genetivi *Μαλτάδα* correpta vocis *Λιπαραῖος* primam syllabam produxit, eiusdem paenultimam corripuit. Verbis *Λιπαραῖος Κρής* non designatur homo Cretensis in Liparaeorum Siculorum civitatem receptus (tum enim per *καί* copulam ethnica duo iungenda erant, ut fit in titulo Olympiae nuper reperto Kaib. n. 744 *Πραξιτέλης . . . Συρακόσιος . . . καὶ Καμαριναῖος κτλ.*, C. I. G. 3426 in titulo Philadelphiae reperto: *Ἀρτεμίδωρος Κυμαῖος καὶ Ἀθηναῖος καὶ κτλ. καὶ ἄλλων πολλῶν πόλεων πολείτης*, ib. 1717 in titulo Delphico *Ἰούλιος Αὐτόφιλος Θεσσαλὸς Ὑπαταῖος καὶ Δελφός* etc.): verum civis Liparae oppidi in insula Creta siti, licet de eius nominis oppido Cretensi nusquam quicquam tradatur. Ita autem cum aliorum populorum cives significantur (cf. in titulo modo allato *Θεσσαλὸς Ὑπαταῖος*, in Cumanudis tit. sepulcr. Att. 1806 *Ἀγεμὼν Θετταλὸς Σκοτουσσαῖος*; C. I. G. 1723 *Χρῆστος Πρώτου Θεσσαλὸς Λαρεισαῖος Πελασγιώτης*, 6473 *Σύμφορος Σικε(λιώτης) Πανορμίτης*; Kaib. n. 188 *σᾶμα τοῦ Κυπρίου τοῦ Σαλαμινίου*; ethnico patriae nomini praeposito similiter C. I. G. Add. 2477 c *Θεσσαλὸς ἐκ Φαρσάλου*, 1583 *Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας*, 2907 *Κύπριος γένος ἐξ Αλαμῖνος*[1]): tum maxime apud Cretenses hic usus sollemnis fuit. Sic C. I. G. add. 2561 b iudices memorantur ex senatus Romani decreto dati ut *Κρησὶν Ἰτανίοις καὶ Ἱεραπυτνίοις* iudicarent. Ib. 6377 in titulo Romae reperto legitur *Ἐπαφρᾶς Κρὴς Πολυρήνιος*, ubi Franz hominem Cretensem propter

---

[1]) Diversum est C. I. G. 1590 *Νικαιεὺς ἀπὸ Βιθυνίας*.

opulentiam *Πολυρήνιος*, i. e. *πολύρρην* vocari adnotavit: sed Polyrrheniorum civitatem in Creta fuisse apparet ex C. I. G. 3054 (cf. lemm. n. 3045). Idem statuendum de verbis epigrammatis Semonidei *Κρὴς γενέαν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι κτλ.* (Anth. Pal. VII, 516). Denique luculenter ea de re constat ex Philonidis hemerodromi titulis nuperrime Olympiae repertis (*Archaeol. Zeit.* 1879 p. 139. 209 n. 275. 329): quorum verba *Φιλωνίδης* ... *Κρὴς Χερσονάσιος* quid significent explicat Pausanias VI, 16, 5: *Φιλωνίδης γένος μὲν ἐκ Χερρονήσου τῆς Κρητῶν.* Atque ibi Dittenberger p. 139 et alterum exemplum *Κρὴς Χερσονάσιος* citat (Cumanud. l. l. n. 1917) et simile *Κρὴς Ὀάξιος* (ib. n. 1915). Itaque cum in inscriptione Leps. Gr. 122 (supra p. 52) exstet **ΚΡΗΣ ΚΟΥΡΤΩΛΙΙΑΟΣ**, quamquam nomen *Κουρτωλιαῖος* aliunde notum non est, tamen non dubito quin ita civis eiusdem oppidi Cretensis designetur quod C. I. G. 2554 v. 152 *Κορδωῖλα* vocatur ad rivum prope Lato urbem in mare effusum siti.

Epigrammata Philis in insula reperta.

Ad aetatem epigrammatum eorum determinandam quae in pariete exteriori pylonis magni Philis exstructi[1]) incisa sunt, explicare attinet quo tempore ipse pylon aedificatus et figuris inscriptionibusque hieroglyphicis ornatus sit et quomodo tituli graeci inter figuras eas dispositi sint. Nam quae Letronnius[2]) eisdem de rebus proposuit iam Lepsii tabula 84 sq. multifariam corriguntur. Ac primum quidem mediam pylonis portam magnam Nectanabis regis aetate [378—360 a. C.] exstructam esse nominibus eius hieroglyphice inscriptis demonstratur. In porta autem sinistra Philometoris [181—146 a. C.] nomen, in ipso pariete quo porta Philometoris circumdatur nomen Dionysi [81—52] leguntur[3]). Inde apparet totam partem sinistram py-

---

[1]) v. Letronn. *Rec.* tab. II n. 2, g. Leps. VI tab. 84, H.
[2]) *Rec.* II p. 3—22 coll. tab. XVIII—XXII.
[3]) v. Leps. IV tab. 24—26. 52.

lonis cum porta certe Philometoris aetate aedificatam, a Neo Dionyso autem figuras et inscriptiones hieroglyphicas additas esse. Iam vero ex titulis graecis qui iam antea in pylonis pariete insculpti illis Dionysi ornamentis temptati et ex parte laesi sunt, si epigramma infra XXXI A relatum omittas, quod num annum primum (81 a. C.) an tricesimum, i. e. ultimum Dionysi (52 a. C.) inscriptum habeat non liquet, nullus recentior est anno XIX. Dionysi [63 a. C.] [1]; qua re pylon putandus est aut intra annos 63—52 aut ipso quo mortuus est Dionysus anno 52 a. C. figuris ornatus esse. Cui rei convenit, quod nullus titulus aetatis Augusti ornamentis iuxta exsculptis mutilatus est. Omnes enim qui a latere sinistro portae Philometoris leguntur, figurae regis hostes capillis prehensos flagellantis diligenter accommodati sunt, quorum complures, veluti epigrammata quae infra tractabimus, Augusti et Tiberii annorum notam diserte ferunt.

XXVIII.

Catilii carmina.

A.

C. I. G. 4923 coll. Add. III p. 1226. Kaibel n. 978. Lepsius VI tab. 88 Gr. 255. Ectypum contuli.

Plurima Letronnii supplementa Lenormanti et Bailii apographis quae Franzius in Addendis rettulit, firmata sunt. Haec tamen secundum Lepsium adnoto. Pentametri nullo spatio a

---

[1]) v. Leps. VI tab. 86 gr. 237:

- - - - συγγενὴς καὶ στρατηγ[ὸς καὶ]
ἐπιστράτη[γος τῆς] Θηβα[ΐδο]ς - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - -
καταντήσας - - - - - πεποί[ηκ]α
[τὸ] προσκύνημα βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ
Ν[έο]υ Διονύσου Φιλοπάτορος [Φιλαδέλφ]ου - -
- - - - -

LIΘ *Παχών - -*

margine interiecto incipiunt. Litterae apicibus parvulis exornatae sunt; forma **M** constanter, **П** et **Π** promiscue adhibentur. **KAT** supra syllabas v. 1 **CAPI** scriptum Franzius ex Letronnii tab. XXI non addidit. V. 5 **IAPAIЄNΠЄTPAI TOKATIΛIOCAΓNONЄΘHKЄ**; litterae **ITO** in ectypo non apparent. — V. 6 **ΓPAMMAΠAΛEΞANΔPOYΔЄYPO MOΛωNΠOΛIOC**: in ectypo **AΛ** et **POY** non agnovi. — V. 7 **AN - - - MEΓA - - -**] **ANЄKMЄΓAΛωN**: ultima **ΛωN** in ectypo non legi. V. 11 **ΦYΛAI**] **ΦIΛAI**; in fine Lepsius cum ceteris **CAIΓYΠ**, ectypum **C ΓYΠ**. V. 12 Lepsius cum ceteris **AIΘIOΠ**, ectypum non exhibet nisi **AIΘ Π**; cordis imaginem a Bailio in fine eiusdem versus traditam neque Lepsius neque ectypum firmat. — V. 15 Lepsius **NIKANOPOC**, in ectypo apparet **NIKANO**. — Vs. 16. 17 **LKΓKAICAPOC ΦAMЄNωΘIB̄** Bailius recte rettulit.

Litteris **KAT** in capite carminis insculptis poeta nomen indicare voluit quod postea mutato consilio in calce tituli reposuit. Kaibel si in repetendis Catilii carminibus Franzii Addenda inspexisset, uncis partim abstinere poterat. Sic v. 2 in voce **ЄΛЄYΘЄPIωI** iota mutum a Lenormantio et Bailio relatum est; versum 4 qualem Letronnius restituerat Bailius recte tradidit. In initio v. 5 cum Lenormanti apographum secutus Letronnius *γαίᾳ ἐν Αἰθιόπων* reposuisset, Franzius cum Bailio *ἕδρᾳ ἐν Εἰσιακᾷ* scripsit; dilucidius etiam Kaibel supplemento *Ἴσιδος ἐν προπύλοισι* locum designari voluit quo carmen incisum esset. At lectione nunc patefacta

ἱαρᾶι ἐν πέτρᾳ τὸ Κατίλιος ἁγνὸν ἔθηκε
γράμμ(α)

ipse propylonis paries significatur. In verbis *τὸ Κατίλιος ἁγνὸν γράμμα* articulus modo homerico usurpatur. Formam *ἱαρός* pro *ἱερός* Catilius prima producta etiam in carmine altero (B = Kaib. n. 980) v. 5 usurpat. — V. 6 usque ad finem omnia Letronnii supplementa firmantur. V. 8 genetivum *Αἰγύπτω* Kaibel male mutavit in *Αἰγύπτου*; idem quod v. 9 *στάλλαι* dedit, iam ex Bailii et Lenormanti apographis *στάλαι*

petendum erat. In subscriptione ante anni notam (qui est annus 7 a. C.) patris Catilii eiusdemque Nicanoris notationem *τοῦ Νικάνορος* Kaibel omisit.

B.

C. I. G. 4924 coll. Add. III p. 1227. Kaibel n. 980. Lepsius VI tab. 89 Gr. 274. Ectypum contuli.

////ΥΑΝΑCΚΑΙΦΙΛΑΙ////
////ΕΧΟΝΓ\ Ι/\Ν ΚΑΤΑΨΥΧΑ Ν ΧΑΡΙΝ////
////ΑΠ ΕΧΘωΝΑΜΒΟΛΑCΚΑΤΙΛΙΟC////
////ΟΝΓΡΑΦΕΙΟΝΕΙCΜΝΑΜΑΝΤΟΔΕ////
////ΡΑΓΝΟΝΕΝΕΚΟΛΑΨΕΝΙΑΡω
////ΠΟΙCΤΑCΚΑΛΑCΔΡΑΚωΝΦΙΛΑC
////ΞωΙΜΗCΥΝΕΖΕΥΚΤΑΙΞΕΝΕ
////ΑCΤωΥωΤΑΠΡΟCΘΕΟΙC
////ΝΟΥΔΕΚΑΡΦΟCΕΒΛΑΒΗ
////ΙΑΓΝωCΙCΕΥΔΕΧΟΙΤΥΧΑΙ
////CΚΑΙΘΕΟΙCΤ////ΙωΜΕΝΟC
ΑΜΟΙΟΚΑΙΚΑΙΚΑ////CωΖΟΙΚΥΠΡΙC

V. 2 ΕΧΟΝΙΙΙΛΙVΙΙ\ΓΑ Lenormant, ΕΧΟΝΙΙΙ/\' '\ΤΑ Lepsius; átque ΑΝΚΑΤΑ extitisse ex ectypo certo apparet. — V. 5 apsidem litterae Ρ vel Β ex ectypo addidi. — V. 10 ωCΙCΕΙΔΕ Lenormant, ωCΙΟΕ////ΛΕ Lepsius. — V. 12 in initio Lepsius ////ΟΙCΚΑΙ.

Χαίροιτέ μοι, Πύλα Σ]υάνας καὶ Φίλαι
◡ – ἔχον[τι τὰν κα]τὰ ψυχὰν χάριν.
μακρὰς δ'] ἀπέχθων ἀμβολὰς Κατίλιος
λαβὼν σοφ]ὸν γραφεῖον εἰς μνάμαν τόδε
μναμεῖον] ἁγνὸν ἐνεκόλαψ' ἐν ἱαρῷ
ἐμοῖς προσώ]ποις τὰς καλὰς δρακὼν Φίλας.
– – – – – μὴ συνέζευκται, ξένε,

- - - - - - - - - - *τῶ ὑῶ? τ[ὰ] πρὸς θεοῖς*
- - - - - - - - - - - - *οὐδὲ κάρφος ἐβλάβη*
- - - - - - - - - - - - - - *εὐ δ' ἔχοι τύχαι*
φίλος τε θνατοῖ]ς καὶ θεοῖς τ[ιμ]ώμενος·
αὐτὸν δὲ] - - - καὶ κα[λὰ] σώζοι Κύπρις.

Placuit totum carminis contextum repetere, cum neque a Letronnio neque a Franzio satis intellectum esset. Prius autem quam Kaibelius Lenormantii apographo prorsus neglecto ipsius atque Wilamowitzii coniecturas proposuit, Lauthius modo prorsus diverso carmen restituere temptavit[1]). Censet enim vir acutus Catilium Philas advectum esse, ut propter filii valitudinem Isidem Sospitem (*Σώτειραν*) exoraret. Atqui non modo nullo loco de filio aegroto agitur, sed ipsa verba v. 8 *τῶ ὑῶ* num recte Letronnius legerit valde dubito. Neque Isidis auctor omnino mentionem fecit: immo Catilium qui insulam Isidi dedicatam adierit et in eius deae templi parietibus carmina sua inter innumerabilia proscynemata inscripserit, et Iovem (Kaib. n. 978 v. 2) et Venerem (ib. 980 v. 12) neque Isidem invocare conspicuum est. Quae autem Lauthius ad verba et versus constituendos protulit, ut illi parcam silentio praetereo.

Letronnius cum v. 1 Syenes et Philarum nomina fuisse recte monuisset, in transcribendo verba tradita in *Συάνᾳ καὶ Φίλαις* mutavit. Sed genetivum *Συάνας* cum nominativo *Φίλαι* con-

---

[1]) *Sitzungsber. d. bayr. Acad.* 1877 p. 223 sq., ubi haec edidit:

Ἀνῆνθεν ἐς Πύλαν Σοάνας καὶ Φίλαις
τὰν ναῦν προσέχοντι ἐξεῖλεν ἀγὰ ψύχαν, χάριν
θεῶν· ἀπέχθων δ' ἀμβολὰς Κατίλιος
λαβών τε τὸ ὃν γραφεῖον εἰς μνάμαν τόδε
τὸ προσκύναμ' ἁγνὸν ἐνεκόλαψ' ἐν ἱαρῷ.
Πύλαις, ἔβητ' εἰς τὰς καλὰς δράκων Φίλας,
ἁ σύζυγος τῷ μὴ συνέζευκται, ξένε,
ὃς καὶ διάγει ἑκὰς τῶ ὑῶ, τὰ πρὸς θεοῖς
ἀμύμονος μὲν, τοῦ δὲ κάρφος ἐβλάβη.
ἅδ' ἐστὶ τῶ ἄγνωσις. Εἰ δ' ἔχοι τύχᾳ
δόξειε καὶ θεοῖσι - τὸ προ - τῶ μένος
μένον εἰς αἰῶνα καὶ καλὰ σώζοι Κύπρις.

iunctum esse offendere nequit, quoniam oppidum illud sollemniter ἱερὰ Πύλη Σοήνης (Σουήνης, Συήνης) audit (confer e. g. C. I. G. 4884 b). Iam cum de nominativis cogitari nequeat deficiente praedicato, Catilium insulam atque oppidum alloqui eaque quae in carmine Kaib. n. 979 valere iubet salutare verisimile est. Caesura versus neglecta nomini proprio condonetur.

V. 3 ἐπελθών Franzii supplementum, cui Kaibel Νείλου δέ) addidit, refutatur lectione ἀπέχθων ἀμβολάς. Qua in explicanda haereo: quamquam ἀπέχθων idem significare ac simplex ἔχθων facile statuimus.

Supplementis vs. 4—6 prolatis versuum sensum assecuti esse viri docti videntur: certe μναμεῖον quod Kaibelius v. 5 reposuit verbis μνῆμα τῆς μνήμης χάριν ἔτευξε τοῦτο κτλ. (Kaib. n. 424 v. 2) commendatur. Partis vero posterioris quantum ex reliquiis intellegi potest, poeta sententias ad mores spectantes addidit atque homini pio bonam fortunam et deorum hominumque praemia precatur. Quomodo autem hi versus et antecedentibus adnexi sint et inter se coniuncti, parum liquet. V. 7 ob negationem μή particula quae antecedat εἰ vel similis desideratur. Verbis τὰ πρὸς θεοῖς quae fortasse cum συνέζευκται iungenda sunt — Wilamowitzii supplementa μισητὸς ἀστοῖς ἐστ', ἀνιηρὸς θεοῖς ferri nequeunt — significantur deorum instituta ac leges. V. 10 optativus ἔχοι quem Kaibel recipere ausus non est, non magis quam v. 12 σώζοι offendit. V. 11 cum in initio CKAI legeretur, Wilamowitzii et Franzii supplementum φίλος βροτοῖσι in φίλος τε θνατοῖς facile mutavi. V. 12 quod bis scriptum est KAI non describentis est error, id quod putat Kaibel, verum lapidarii.

C.

C. I. G. 4924 b. coll. Add. III p. 1227. Kaibel n. 979. Lepsius VI tab. 87 Gr. 257. Ectypum contuli.

V. 1 KAMO] KAMЄ. V. 2 ЄTMAΘЄ] ЄΓMAΘЄ.

Letronnius et Franzius carmen tertio inter Catilii epigrammata loco, Kaibelius altero posuerunt. Ex carminum in pariete

dispositione nihil quidem concludi potest; sed cum poeta in hoc carmine reditus atque parentum denuo visendorum mentionem faciat, probabile est id postremo conceptum atque ultimo loco collocandum esse. — Vs. 9. 10 mire Lauthius (l. l. pag. 223) maluit legere *ἀλλ' ὅ-ρος κατάλοιπον ἔχω*.

XXIX.

C. I. G. 4925. Kaibel n. 982. Lepsius VI tab. 90 Gr. 296.

Droysen quamquam *Hellenism.* III[1] pag. 44 adn. 3 diserte dixit se in ectypo Lepsiano lectionem *ἐπόλισσεν* dispexisse, ib. III[2] pag. 335 *ἐποίησε* retinuit.

XXX.

C. I. G. Add. III 4935 b. Kaibel n. 985. Lepsius VI tab. 87 Gr. 252. Ectypum contuli.

ΙΟΥΝΙΟϹΕΝΘΑϹΑΒΙΝΟϹΕΧωΝΙΤΥΡΑΙΙΔΑΠΟΡΠΑΝ
ΙΚΤΟϹΥΗΝΑΙΑϹΕϹΜΟΝΑΓωΝϹΤΡΑΤΙΑϹ
ΑΠΑΝΟΕΡΤΕΥΟΥϹΑΝΕΟΙϹΕΓΑΝωϹΕΝΙΑΚΧΟΙϹ
ΕΙϹΙΝΕΚϹωΖΕΙΝΚΟϹΜΟΝΕΠΙϹΤΑΜΕΝΑΝ
//////////////////ΙΥΛΑΜΕΜΗΝΟΤΑΡωΜΥΛΙΔΑΙϹΙ
//////////////////ΑϹΗΚΕΝΕΧωΝΑΓΕΛΑϹ
//////////////////ΙωΛΟΝΕΡΕΙϹΤΟΤΕΚΑΙΠΑΡΟϹΑΝΗΡ
//////////////////ΑΙϹΤΕΦΟϹΑΡΜΟϹΑΤΟ

Litterae v. 4 ΕΚϹ, v. 6 Λ, v. 7 Π in ectypo non apparent; ex eodem autem v. 5 Ι lectioni Lepsianae addidi.

Ἰούνιος ἔνθα Σαβῖνος ἔχων Ἰτυραιΐδα πόρπαν
ἵκτο Συηναίας ἑσμὸν ἄγων στρατιᾶς,
ἃ πάνεορτεύουσαν ἑοῖς ἐγάνωσεν ἰάκχοις
Εἶσιν ἐκσώζειν κόσμον ἐπισταμέναν·
καὶ γὰρ ἄμυνεν φ]ῦλα μεμηνότα Ῥωμυλίδαισι,
τῶν θράσος ἐκδικάσ]ας ἧκεν ἔχων ἀγέλας.
σωθεὶς δὴ κατὰ μ]ῶλον, ἐρεῖς, τότε καὶ πάρος ἀνὴρ
ἀνταπέδωκε χάριν κ]αὶ στέφος ἁρμόσατο.

Carmen a latere sinistro portae Philometoris prope figuram regis qui hostes capillis prehensos flagellat incisum est. Cum in titulis eo loco inscriptis non numerentur nisi Augusti et Tiberii anni, Iunii carmen eiusdem videtur aetatis esse. Quocum congruit quod et litterae similiter atque in Catilii epigrammatis apicibus exstructae sunt et formae doricae adhibentur. V. 1 iam pro eo quod Letronnius coniecerat *ἔχων ἱππαΐδα πόρπαν* diserte legimus *ἔχων Ἰτυραιΐδα πόρπαν*, quorum verborum explicatio non minores praebet difficultates. Ituraeorum cohors sive ala in inscriptionibus aegyptiis saepius commemoratur[1]: quo si verba illa referre volueris, *ἔχων Ἰτυραιίδα πόρπαν* is erit qui fibula singulari eques turmae Ituraeorum designetur. Quali de insigni cum nihil notum sit, nescio an *πόρπα* potius vocis *πόρπαξ* notione fungatur quam Hesychius quidem testatur glossa *πόρπη: ὁ ἀνοχεὺς τῆς ἀσπίδος εἰς ὃν ὁ πῆχυς ἀνίεται.* Unde Sabinus *πόρπαν* pro *ἀσπίδα* vel *πέλτην* dixisse videtur, ut se ex Ituraeorum equitibus esse significaret. Altero versu disertius se ducem cohortis appellat. Ac poterat quidem vox *πόρπη* si modo idem exprimit quod *πέλτη*, eodem iure ad turmam ipsam significandam adhiberi[2]: quamquam ea in explicatione offenderet quod verbis *ἑσμὸν ἄγων στρατιᾶς* additis idem bis exprimeretur. V. 3 Franzius recte restituit neque mutare debebat Kaibel *ἔνθα πανοπτεύουσαν*. V. 4 Letronnius *Εἶσιν καὶ σώζειν*, Kaibelius *Εἶσιν ὅλον σώζειν* etc. metri causa scripserunt: sed Iunius *Εἶσιν ἐκσώζειν* prioris vocis syllaba ultima producta dedit. Ad sententiam v. 4 confer Kaib. add. n. 874 a ubi Sarapis, Isidis *σύνναος θεός*, appellatur *κοίρανος κόσμου καὶ χθονός*, et ib. n. 1028 v. 30 sq. ubi Isis de se ipsa loquitur:

πυροέντων
ἀέλιον πώλων ἀγήτορα φαίνοπα κύκλων
ἐς πόλον εἰθύνεσκον, ἵν' εὐκόσμοισι πορείαις
ἄξοντες ἰλίγγοισι περικτυπέοντι διαύλωι
νύκτα διακρίνωσιν ἀπ' ἤματος.

---

[1] C. I. G. 5050. Leps. VI tab. 97 Gr. 439. 445. C. I. L. III[1] p. 13 n. 59. Cf. VI 421.

[2] cf. Eur. Alc. 498. Rhes. 410.

Hoc loco quo spectet illa laus mundi servati, statim explicatur. Nam versuum qui sequuntur fragmentis a Lepsio traditis apparet de Romanorum hostibus barbaris agi quos Iunius Isidis auxilio se vicisse gloriatur. Ultimo disticho a lectore, opinor, auctoris pietatem, cuius et nunc et prius exempla ediderit, comprobari fingitur. His supplementa accommodavimus quae quam incerta sint non ignoramus.

XXXI.

A.

Lepsius VI tab. 86 Gr. 232 coll. tab. 84. Ectypum contuli.

ΝΕΙΛΟΥΠΕΡΑϹΑϹΙΑΡ
Ϲ ƆΡΟΥ ΕΓΑΝΓ///ΟΡ
Ν Λι ƆΗΚωΠΡΟϹ
Μ ΗΝΙυ Ν
ΜΝΕΙΛ ΕΠΑΓΑΘωΙ
ΤωΝ ΔΙωΙ Ι
L Λ ΘωΥ

Hae versuum reliquiae signis hieroglyphicis supra positis in ectypo certo dispiciuntur; Lepsii supplementa e carmine Kaib. n. 984 desumpta omisi. V. 7 aut L Λ quod dedit Lepsius aut L/, i. e. LΛ agnoscitur.

Νεἱλου περάσας [κ]αρ[ποφό]ρου [μ]έγαν [π]όρ[ον
Μ[έναvδρος] ἥκω πρὸς μ[εγάλ]ην Ἰ[σιν θεάν
μνεῖα[ν] ἐπ᾽ ἀγαθῶι τῶν [ἰδ]ίω[ν ποιούμενος.
L$\bar{\alpha}$ (vel $\overline{\lambda}$) *Θωύ[θ –*

Titulus a latere dextero portae Philometoris incisus signis hieroglyphicis a Neo Dionyso additis fere deletus est. Qua re cum eum ad Auletae aetatem referendum esse verisimillimum sit, annus est aut 81 aut 52 a. C., litterarum autem forma recentiori considerata mihi quidem videtur annus tricesimus praeferendus esse.

Iam cum idem versus Kaib. n. 983 et 984 in titulis aetatis Augusti [v. infra] legantur, utriusque archetypon carmen

hoc esse apparet. Nomen auctoris v. 3 intercidit. V. 6 *οἱ ἴδιοι* propinqui et affines sunt quales Kaib. n. 983 *γονεῖς καὶ ἀδελφοί* nominantur.

B.

C. I. G. 4936 coll. Add. III p. 1230. Kaibel n. 984. Lepsius VI tab. 87 Gr. 240. Ectypum contuli.

Addendi sunt tres versus qui cum titulo insuper insculpto confusi Wilkinsonium et Bailium effugerunt:

v. 5. ΓΟΝЄѠΝΠΟΙΟΥΜЄΝΟϹΚΑΙΤѠΝΑΔЄ
ΛΦѠΝΚΑΙΦΙΛѠΝΜΟΥΚΑΤΟΝΟΜ ΑLΛΓ
ΚΑΙϹΑΡΟϹΜЄϹΟΡ ///

Accedit igitur in fine carminis idem versus qui Kaib. n. 983 v. 4 legitur:

καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ φίλων μου κατ᾽ ὄνομα.

Annus ΛΓ Augusti est 4. p. C.; mensis *Μεσορή* [XXV. Iul. — XXIV. Aug.] dies interiit. Ceterum confer carmina A. et C.

C.

C. I. G. Add. III 4936b. Kaibel n. 983. Lepsius VI tab. 88 Gr. 265.

v. 1. ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΝ] ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΥ. v. 4. ΚΑΙΤΟ ΝΟΜΑ] ΚΑΤΟΝΟΜΑ.

V. 1. *καρποφόρου*, quod Kaib. n. 984 v. 1 recte lectum est, hic quoque reponendum. Annum secundum in fine additum Letronnius ad Ptolemaeum Auletam pertinere censuit. Sed cum carmen eodem parietis loco quo Kaib. n. 978—980. 985, C. I. G. 4931. 4922 al. incisum sit, in quibus omnibus Augusti et Tiberii anni numerantur, eidem aetati hoc quoque tribuendum esse apparet. Atque equidem annum alterum Tiberii esse [15 p. C.] censeo. Demetrius autem cum non solum auctoris tituli

A sed etiam Sarapionis [B] verba imitaretur. *Ἶσιν* non *Εἶσιν* dedit nec v. 2 *τὴν ἐν Φίλαις* praeter metrum addidit.

XXXII.

C. I. G. 4943. 4944 coll. Add. III p. 1232 sq. Kaibel n. 981. Lepsius VI tab. 89 Gr. 272. 273. Ectypum contuli.

Ad textum in Addendis a Franzio compositum haec noto: formae ϴ et Θ promiscue usurpantur. v. 3 ΚЄΥΜΑ] ΧЄΥΜΑ; in fine ΟΛΒ . .]ΟΛΒΟΝ. v. 5 ΦΙΛωΝ]ΦΙΛΑ. v. 7 ΗΜΑ.] ΗΜΑC. v. 9 ΑΙΓΥΠΤωΙΟ] ΑΙΓΥΠΤΟΙΟ. v. 13 ΑΞΙΟCωΡΟΝ] ΑΞΙϴЄωΡΟΝ. v. 14 . . ΠΑΝΤЄC] ΗΝΠΑΝΤЄC. ΛCΔΡЄC] ΑΝΔΡЄC. in fine v. CЄΜΝΥ] CЄΜΝΥ.

V. 4 verba *Καίσαρος εὐτυχίαις* Kaibelius ad »romanam civitatem«, cui ex Aegypto quotannis annona adportaretur referenda esse arbitratur. Sed quoniam carmen a latere sinistro portae Philometoris inter seriem Kaib. n. 978—980. 985 etc. insculptum est, voce *Καίσαρος* imperatorem Augustum significari elucet, quo feliciter regnante Aegyptus Nili beneficiis augetur. — V. 5 pro *ἄνασσα Φιλῶν* quod Bailius tradidit, ectypum *ἄνασσα* ΦΙΛΑ exhibet. Quod si retineremus, ΦΙΛΑ forma dorica esset pro *φίλη* abhibita; sed cum formae doricae a sermone auctoris abhorreant, lapidarius erravisse putandus est cum scribere vellet *ἄνασσα Φιλῶν*; praesertim cum v. 6 Sarapidis sedes similiter addatur. — V. 11 Wilamowitzius quod traditum est *ναούς* in *λαούς* correxit, quoniam una sola aedicula cum Isidis imagine navibus allata esset. Atqui non solum de pluribus aediculis e diversis Nubiae templis adportatis, quae suam quaeque Isidis imaginem continerent, cogitari posse Letronnius animadvertit, sed etiamsi Aethiopes omnes unam eandem imaginem coluissent, cum Iside *οἱ σύνναοι θεοί* in sua quisque aedicula afferri poterant.

XXXIII.

C. I. G. Add. III p. 1233 n. 4944 b. Lepsius VI tab. 91 Gr. 316.

Ἶσιν τὴν ἐν Φίλαις προσκυνήσας τις εὐτυχεῖ,
οὐχ ὅτι μόνον πλουτεῖ, πολυζωεῖ δ' ἅμα τούτῳ.
τραφεὶς δ' ἐγὼ πὰρ Φαρίᾳ Ἴσιδι ἐνθάδ' ἱκόμην·
εἰμὶ δ' ἐγὼ Σερῆνος Βόηθος ἀγακλυτοῦ Πτολεμαίου·
ὁμοῦ σὺν Φήλικι καὶ Ἀπολλωνίῳ ζωγράφῳ
χρησμοῖς Ἀπόλλωνος ἀνικήτοι[ο] ἄνακτος
σπονδῶν καὶ θυσιῶν ἕνεκα ἐνθάδ' ἱκόντες,
δεόμενοι καὶ τούτων μετασχεῖν· πρέπον γὰρ ἦν.
οὐδέν[α] μῶμον εὑρήσεις.

v. 2. Δ\ΑΜΑ. v. 6. ΑΝΙΚΗΤΟΙΘ. v. 7. ΕΝΘΑΔ\ΙΚΟΝΤΕϹ[1]. v. 9. ΟΥΔΕΝΔ.

Carmen ab homine Romano imperite factum in pariete aedis non absolutae[2] inscriptum est eodem loco atque Kaib. n. 982. C. I. G. Add. 4915 c [Leps. VI tab. 91 Gr. 317]. ib. Add. 4944 b, v. 10—13 [Leps. ib. Gr. 319], v. 14—19 [Leps. ib. Gr. 320]. Lepsii apographo cum omnia optime referantur auctorem versus sive senarios sive hexametros componere voluisse[3] perspicuum est. V. 1 Letronnius qui in fine legeret προσκυνήσας τόδ' ἐπόησα versum alterum intellegere non potuit. Iam apparet quicumque Isidem colat felicem ab auctore appellari. V. 2 πολυζωεῖ ex verbo πολύζωος novo exemplo derivatum est. V. 3 ἀπογραφεύς quod Letronnius coniecit nihili est. Verbis autem τραφεὶς πὰρ Φαρίᾳ Ἴσιδι (quae in Pharo insula colitur cf. C. I. G. 4713 b) auctor pariter atque Catilius verbis Kaib. n. 978 v. 6: ἀπ' Ἀλεξάνδρου δεῦρο μολὼν πόλιος Alexandrinus designatur. — Ut v. 5 pictor Apollonius — pro ζωγράφῳ Letronnius coniecerat Ζωτικῷ — ita C. I. G. 4908 [Leps. VI tab. 88 Gr. 262] actor Amaerio Isidi sacra facit. V. 6 Letronnii coniectura Κρηνίδου Ἀπολλωνίου ἀνικήτοις ἀνάκτορσιν iam reicitur. Quae verba cum Letronnius et Franzius ad imperatores plures simul imperantes pertinere putarent, ex anni nota ΛΑ adscripta titulo Add. 4944 b,

1) Lineola obliqua \ v. 1 et 7 spiritus asper significatur.
2) v. Letronn. *Rec.* II p. 176 sq. Lepsius I tab. 104, G.
3) Confer quos Kaibel p. 703 enumeravit versus inconditos.

v. 10—19, qui una cum nostro incisus est, alter a. 177, alter 314 p. C. Sereni titulum scriptum esse collegerunt. Iam cum v. 6 nihil fuisse de invictis imperatoribus constet, annus ille XXXI. ad Augustum videtur referri posse (1 p. C.). — V. 7 Letronnius male restituit: *θυσιῶν γενομένων ἐμείναμεν*. Participia *ἱκόντες* et *δεόμενοι* quasi praecedat *ἐγὼ Σερῆνος καὶ Φῆλιξ* ad sensum constructa sunt.

XXXIV.

Hymni Talmi (*Kalabscheh*) reperti.

Talmi in oppido ultra Philas insulam in Aethiopia sito Romanorum aetate magnum templum exstrui coeptum neque umquam absolutum est. Teste Lepsio[1]) in inscriptionibus hieroglyphicis non invenitur nisi Augusti nomen; ipse tamen inde imagines reportavit[2]) quibus etiam Traianus imperator deis sacra faciens repraesentatur. Ipse deus cui templum dicatum erat in inscriptionibus aegyptiis *Merul*, *Mertul*, *Menrul*, *Mentul*[3]) vocatur et fortis atque potens Talmis dominus praedicatur, qui Hori filius radiosus exoritur in oriente. Atque ut duae Hori formae ab Aegyptiis colebantur Horus et Horus infans (*hor pe chrut* i. e. Harpocrates), ita praeter deum Mentul etiam Mentul infans Talmi nominatur et figuris repraesentatur. Deo autem aegyptio Horo comparato apparet aethiopicum Mentul Solem esse, quem ab Aethiopibus cum Luna et Dionysio patrium deum coli Heliodorus refert 10, 2.

Proscynemata graeca in templi parietibus inscripta[4]) a militibus Romanis deum Mandulin colentibus, quantum ex anni notis additis cognoscere licet, intra a. 81—248 p. C. incisa sunt. Hymnos autem tres qui sequuntur ab Aegyptiis conceptos esse, cum auctorum nomina non adscribantur, dicendi et scribendi

---

1) v. *Briefe aus Aegypten* p. 263. cf. *Denkmäler* IV tab. 72 f. g.

2) Ib. IV tab. 84.

3) Cf. Wilkinson, *Manners and Customs* vol. II. p. 35. London 1841.

4) C. I. G. III 5039—72 coll. Leps. VI tab. 95 Gr. 377—379, tab. 97 Gr. 432—464. C. I. L. III¹ p. 16 n. 77. 78.

ratione demonstratur. Cui rei convenit quod deum Mandulin non solum Apollinem et Solem sed etiam nomine Macarei filii (Mentul infantem) appellant. Neque casu factum esse videtur ut Nonnus et ipse Aegyptius pariter atque hymnorum auctores Solem *Τιτῆνα* [1]) vocaret et inter Solis filios Macareum enumeraret [2]). Qui deus ita colebatur ut homines cum caste sancteque vixissent ac scelera expiavissent, mane exirent ad deum orientem exspectandum; cuius indicia ubi aspexerunt, tanto gaudio affecti esse videntur quanto homines in sacra Isidis recepti, cum subito Osiridem diu commiseratos et persecutos se invenisse exclamarent [3]). Quantopere autem in regionibus illis Aethiopiae solis orientis splendor et aspectus animos commoveat, non solum qui hac aetate eam terram perlustrarunt testantur sed etiam veteres animadverterunt, ut Agatharchides mar. er. 105 (Müller): *τοῦ δὲ ἡλίου τὴν ἔκφασιν ἐν τοῖς ἐπέκεινα Πτολεμαΐδος ἰδίαν λέγουσι καὶ παρηλλαγμένην. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν φῶς ἀνήλιον ἕωθεν ὁρῶμεν ἐπὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον, εἶτα τὴν ἀνατολήν· ἀλλὰ νυκτὸς σκοτίας ὑπαρχούσης ἐξαίφνης ἀνέλαμψεν ἥλιος, ἡμέρα δὲ οὐδέποτε γίνεται ἐκεῖσε πρὶν τὸν ἥλιον ἰδεῖν.*

Sermo horum hymnorum satis barbarus est. Quomodo vero Aethiopes barbari linguam graecam in suum usum vertissent itaque novam dialectum vulgarem formavissent, de ea re iam disseruerunt Niebuhr in commentatione de inscriptionibus Nubiensibus conscripta [4]) et Mullach in Encycl. Hal. vol. 81 p. 10. Hymni B et C etiamsi certo metro non sint concepti [5]), tamen propter orationem poeticam hoc loco omittendi non erant.

---

1) Dionys. 2, 544. 19, 206. 2) ib. 14, 44.
3) v. Preller, *Röm. Myth.* p. 731.
4) v. Gau, *Neuentdeckte Denkmäler aus Nubien* p. 8.
5) Cf. n. XXXIII.

A.

C. I. G. 5039. Kaibel n. 1023. Lepsius VI tab. 97 gr. 432.

ΧΡΥϹΟΧΕΛΕΠΑΙΑΝΜΑΝΔΟΥΛΙΑΘΗΝΑϹΑΓΑΠΗΜΑΕΙΛΙΑΝΕΠΙϹΕΜΟϹ
ΛΑΤΟΥϹΓΟΝΗΧΡΗϹΜΟΔΕΛΥΡΟΚΤΟΠ... ΗΤ...ΙΕΑΠΟΛΛΩΝ
ΟΤΗΝΜΕΛΑΝΟϹΤΟΛΟΝΒΛϹΙΛΙϹΗΙϹΕΙΔΙΕ......ΜΑ
ΙϹΑΘΡΗϹΑϹΔΕΓΩΕΝΘΑϹΙΗϹΙΚΑΝΩϹΠΡΟϹΚΥΝΗϹΑϹΘFΜ
ΤΟΝΠΡΟΚΑΘΗΓΗΜΑΜΑΝΔΟΥΛΙΚΑΙΠΡΟΟΡΟΝ
ΤΗΝϹΗΝΜΑΝΤΟϹΥΝΗΝΤΙϹΔΑΝΚΟΜΙϹΑΙΕΠΙΝΕΥϹΑΝΤΩ
ΙΛΑΘΙΜΟΙΜΑΝΔΟΥΛΙΔΙΟϹΤΕΚΟϹΗΔΗΠΙΝΕΥϹΟΝ
ϹΩΖΕΜΕΚΑΙΚΗ......ΙΗΝΑΛΟΧΟΝΚΑΙΠΑΙΔΑϹΑΡΙϹΤΟΥϹ
ΚΛΗϹΖΩϹΕΠΑΝΤΟΤΕΚΑΙΕΤΑϹΚΑΙΔΜΟΑϹΠΑΤΡΙΔΙΚΕϹΘΑΙ
ΝΟϹΦΙΝΑΤΕΡΜΟϹΟΥΚΑΙ......ΑΤΗΡΧΑΛΕΠΟΙΝΟΙΩ
ΛΑΜΠΡΟ......ΦΕΡΩΝΚΑΙΔΕΞΙΟϹΙϹΙΔΙΒΑΙΝΩΝ
ΧΑΙΙ.ΕΙΔΙ...ΑϹϹΑϹΙϹΤ ΟΡΟΑΕΜΑΝΤΟϹΙΝΑϹΝΑΦΑϹΩΛΟΝΤΗ
ΩΛΛΛΙΜΟΙΚΑΙΕϹΤΙΝΑΜΙΜΩΝΙΑΚΗΚΑϹΙΓΝΤΟΥϹΑΜΜΩΝΟ
ΠΟΡΕΝΔΟϹΕV......ΓΟΝϹΧΥΝΑϹΙΥΔΡΙΚΑΗΡΙΜ

Versus 12—14 Gau ita tradidit:

Α.ΗϹ.....ΕϹΑϹΙϹΤΟΡΔΑΕΜΑΝΤΟ..ΝΑϹ ΑΦΡΑΩΑΑϹΝΤΗ
.ΙΚΑ.ΜΙΙϹΑΙΕϹΤΙΝ.UUWϹΝΑΚΗΚΝϹΓΓΝΤΟΥΟΑΝΜΩΝ
.ΑΟΡΕΝΑΙϹΕΥΚ.ΓΟΝϹΧΥΝΑΙΨΧΑΙ......

Χρυσοχέλ(υ) Παιὰν Μανδοῦλι, Ἀθηνᾶς ἀγάπημα εἶ λίαν ἐπίσ(η)μος,
Λατοῦς γονή, χρησμ(ω)δέ, λυροκτ(ύ)π[ε], ἤ[π]ιε Ἄπολλ(ο)ν,
ὁ τὴν μελανόστολον β[α]σιλίσ(σ)η Ἴσειδι - - - - - - -
(ε)ἰςαθρήσας δ' ἐγώ, ἔνθα σ(ὺ) ᾗς, ἱκανῶς προσκυνήσας θ[εὸν]
τὸν προκαθήγημα Μανδοῦλι καὶ προορ(ῶ)ν[τα? - -
τὴν σὴν μαντοσύνην τίς δ' ἂν κομίσαι ἐπινεύσαντ[ος];
ἵλαθί μοι, Μανδοῦλι, Διὸς τέκος ἤδ' (ἐ)πίνευσον·
σῶζέ με καὶ κ(ε)[δν]ὴν ἄλοχον καὶ παῖδας ἀρίστους,
κλήσζω σε πάντοτε καὶ ἔτας καὶ δμ(ῶ)ας πατρίδ' ἱκέσθαι
νόσφιν ἄτερ [ν]ο[ύ]σου καὶ ἄτ(ε)ρ χαλεποῖ[ο πό]νοι(ο).
Λαμπρό[τητα] φέρων καὶ δεξιὸς Ἴσιδι βαίνων
κ]αὶ Ἴσειδι [ἀν]άσσᾳ σιστ[ρ]ο[φ]όρ(ῳ)? μαντοσ(ύ)νας - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - κασιγν[ή]τους Ἀμμωνο[ς
- - - - - - - - - - - αἰ]σχύνας? - - - - - - - - - - - - - -

Editores quominus carmen intellegerent imperitia auctoris potius quam Gauii apographo solito diligentius confecto prohibiti sunt. Nam ipsi poetae deberi quaecumque in ratione graece loquendi et scribendi peccata sunt Lepsii apographum testatur. Sic vocalibus *ε* et *η* commutatis et v. 1 ЄΠΙCЄMOC et v. 7 HΠINЄYCON dedit. v. 8 KH . . HN ex *κε[δν]ήν*. v. 10 ATHP ex *ἄτερ* effecit: quamquam in eodem versu ATЄP recte scripserat. Pariter vocalis *ο* mensurae imperitus v. 2 pro *χρησμῳδέ* XPHCMOΔЄ, v. 5 pro *προορῶν[τα]* ΠPOOPON, v. 9 pro *δμῶας* ΔMOAC et v. 2 pro *Ἄπολλον* AΠOΛΛωN, idemque v. 6 pro *ἐπινεύσαντο[ς]* ЄΠINЄYCANTω, v. 9 pro *χαλεποῖο πόνοιο* XAΛЄΠOINOIω exhibuit. Praeterea XPYCOXЄΛЄ v. 1 et ΛYPOKTOΠ v. 2 corrupta sunt ex *χρυσοχέλυ* et *λυρόκτυπ[ε]*, CI v. 4 ex *σύ*; denique in vocabulis v. 3 BΛCIΛICH et v. 9 KΛHCZω litteram *σ* falso aut omisit aut addidit.

V. 1 Franzius et Kaibelius veram Niebuhrii lectionem *ἀγάπημα εἶ λίαν ἐπίσημος* aspernati sunt: prorsus similiter v. 5 neutrum *προκαθήγημα* quod Niebuhr recte scripserat — nam hic quoque Kaibelius cum Franzio male corrigit *προκαθηγέτην* — cum articulo *τόν* coniungitur. Qualia vocabula ab verbis derivata barbaris illis in frequenti usu fuisse ex eo quoque concludi potest quod Silco Aethiopum rex pro voce maxime sollemni *νίκη* adhibet *νίκημα* C. I. G. 5072 v. 4. — V. 2 *λυροκτύπος* a Nonno Dionys. 41, 727 Apollo, paraphr. 7, 165 David rex vocatur. — V. 3 Niebuhr accusativo *βασιλίσσην Ἶσιν* restituto coniunxit adiectivum *μελανόστολον*; quod quidem Plut. Mor. p. 372 de Iside praedicatur [1]). Sed quoniam dativum *βασιλίσσῃ Ἴσειδι* fuisse constat, praeter aliud vocabulum ad *μελανόστολον* relatum participium ex quo accusativus pendeat supplendum est. Quare in fine versus *ἐ[πάγων] ἀ[γέλην]* restituerem, dummodo constaret quinam *μελανηφόροι* illi Isidis cultui addicti fuissent: qui atris vestibus insignes fortasse etiam peplum seu velum Isidis nigrum in pompa portabant [2]).

---

1) Eadem Orph. hymn. 41 *μελανηφόρος* appellatur.

2) v. Boeckh. C. I. G. 2293. 2294. 2296. 2227. *Ἀθήναιον* 2, 194.

Quamquam ab Apolline vel a Manduli pompam eorum ductatam esse prorsus ignoratur. — V. 4 quae Kaibelius reposuit *ἐν θυσίαις ἱκάνω κτλ.* ferri nequeunt; nam cum *ἱκανῶς* certum est tum litterae ΕΝΘΑΣΙΗΣ aut cum Niebuhrio *ἔνθα εἴης* aut quod praefero *ἔνθα σὺ ἧς* transcribendae sunt atque ad modum dei colendi pertinent, qualem supra explicavimus. In fine versus Niebuhr *θεόν* videtur recte coniecisse. — V. 5 licet lacuna non indicata verbum finitum desideratur. — Versum 11 Kaibel cum scriberet *λαμπρὸς ἐπιπνείων καὶ δεξιὸς ἱστία ἱκάνων* ad reditum familiae auctoris de quo antea agitur referendum esse censuit: rectius olim Niebuhr de deo Manduli auctorem locutum esse vidit. Qualis autem sententia versibus postremis 12—14 lateat ne Lepsii quidem apographo duce elucet.

B.

Lepsius VI tab. 97 Gr. 451.

ΑΚΤΙΝΟΒΟΛΕΔΕΣΠΟΤΑ
ΜΑΝΔΟΥΛΙΤΙΤΑΝΜΑΚΑΡΕΥ
ΣΗΜΙΑΣΟΥΤΙΝΑΛΑΜΠΡΑΘΕΑΜΕΝΟΣ
ΕΠΕΝΟΗΣΑΩΑΙΕΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΣΑΑʹΦΑΛΩΣ
ΊΔΕΝΑΙΘΕΛΩΝΕΙΣΥΙΟΗΛΙΟΣ.ΑΛΟΤΡΙΟΝ
ΕΜΑΥΤΟΝΕΠΟΙΗΣΑΜΗΝΠΑΣΗΣΚΑΚΕΙΑΣ
ΚΑΙΠΑΣ/// ///ΟΤΟΣΚΑΙΑΓΝΕΥΣΑΣΕʹΠΟΛΥΝ
ΧΡΟΝ/// ///ΤΙΘΕΙΑΣΕΥΣΕΒΙΑΣΊΝΕΚ//////
ΕΠΕ/// ///ΚΑΙΕΝΘΕΑΣΑΜΕΝΟΣΑΝΕ//////
ΝΕΥΩ/// ///ΕΔΕΙΞΑΣΜΟΙΣΕΑΥΤΟΝΕΝΤΩ
ΧΡΥΣ//////ΚΑΦΟΣΑΙ///Τ///ΡΩΝΤΑΤΟΝ
ΟΥΡΑΝΙΩ///ΩΛΟΝΚΑΙΣΤΟΠ///ΝΔΕΜΜΑΤΑ
ΚΑΤΑΔΕΙΝΟΝΝΥΚΤΙΑΡΟΜΟΝ///ΝΑΑ///ΠΙΑΤΟΝΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ
ΕΝΩΚΑΙΑΓΙΩΤΩΤΗΣΑΘΑΝΑΣΙΑΣΥΑΑΤΙΛΟΥΣΑΜΕΝΟΣ

Principia versuum 6—13 Lepsius ib. Gr. 463 repetivit:

ΕΜΑΥΤΟΝΕΠΟΙΗΣΑ
ΚΑΙΠΑ//////////ΟΤΟΣ
ΧΡΟΝ//////////ΤΙΘ
ΣΠΕ//////////ΚΑΙ
ΝΕΥΩ//////////ΕΔ
ΧΡΥΣ//////////ΚΑΦΟΣ̇
ΟΥΡΑΝΙΩ/////ΩΛΟΝ
ΚΑΤΑΔΕΙΝΣΝΝΥΚΤΙΔ

Ἀκτινοβόλε δέσποτα,
Μανδοῦλι, Τιτάν, Μακαρεῦ,
σημ(εῖ)ά σού τινα λαμπρὰ θε(ώ)μενος
ἐπενόησα [κ]αὶ ἐπολυπραγμό(νη)σα ἀσφαλῶς
(εἰ)δέναι θέλων, εἰ σὺ (εἶ) ὁ ἥλιος· ἀλ(λ)ότριον
ἐμαυτὸν ἐποιησάμην πάσης κακ(ί)ας
καὶ πά[σης ἀθε]ό[τη]τος καὶ ἁγνεύσας ἐς πολὺν
χρόν[ον θυώμα]τι, θείας εὐσεβ(εί)ας (εἵ)νεκ]α - -
ἐπε[θυσάμην] καὶ ἐνθεασάμενος ἀνε[βλεψάμην.
νεύω[ν γὰρ κατ]έδειξάς μοι σεαυτὸν ἐν τῷ
χρυσ[οδέτῳ σ]κάφ(ει) δι[απε]ρῶντα τὸν
οὐράνι[ον πό]λον καὶ - - - - - - - - - -
κατὰ δεινὸν νυκτιδρόμον[Μῆ]να? - - - - - ποιησάμενος,
ἐν ᾧ καὶ ἁγίῳ τῷ τῆς ἀθανασίας ὕδατι λουσάμενος
- -

Ad tituli scripturam quod attinet, forma **ⲕ** litterae **K** notabilis est. Ut mittam alia exempla de quorum tempore non constat, eadem in titulo C. I. G. 5068 [Leps VI tab. 97 Gr. 456] anno p. C. 226 scripto adhibita est. Gardthausen[1]) eam anno a. C. 154 iam in usu fuisse docuit; antiquiora autem exempla in supellectili fictili in insula Elephantine reperta nobis servata sunt, quae annum XVIII. Traiani (115 p. C.) adscriptum ferunt.[2]) Titulum autem ab homine barbaro compositum certae aetati attribuere non ausim, quamquam elocutio multo magis emendata est quam auctoris carminis A. Nam praetermissis itacismi exemplis (v. 3 **CHMIA**, v. 5 **IΔENAI**, v. 6 **ⲕAⲕEIÀC**, v. 7 **EYCEBIAC INEⲕ[A]**) perpaucae formae corruptae sunt: v. 3 **ΘEAMENOC** ex *θεώμενος* vel *θεασάμενος*; v. 4 **EΠOΛYΠPAΓMOCA** ex *ἐπολυπραγμόνησα*; v. 5 **AΛOTPION** ex *ἀλλότριον*; v. 11 nisi fallor **[C]ⲕA-ΦOC** ex *σκάφει*. — Ad carminis argumentum comprehendendum quae supra scripsimus sufficiant; ibidem etiam de nomine *Μακαρεύς* satis egimus. V. 2 in voce *σημεῖα* non de

---

1) *Griech. Palaeographie* tab. III, 12.

2) C. I. G. 4866 sq.

certis dei ostentis, sed de solis radiis cogitandum est quibus aspectis deum adesse poeta sentiat. — V. 5 *ἀλλότριον ἐμαυτὸν ἐποιησάμην κακίας* pro *ἐγκρατῆ ἐμ. ἐπ.* vel *ἀπεστησάμην κακίας* dictum certe homini barbaro debetur. Ad sententiam vv. 11. 12 conferendus Nonnus Dion. 17, 271 ubi Sol *φλογεροῖο δι' ἅρματος αἰθέρα τέμνων* appellatur. Ceterum versuum 12—14 reliquiae non satis intelleguntur, praesertim cum sententia incohata v. 14 subito abrumpatur.

C.

Lepsius VI tab. 97 Gr. 455.

ΦΑΙ////ΟΝΗΛΘΕςωΑΤΑωΑΙΡΟΝΑΝΑΤΟΛΑς
ΠΟΙΟ////ΕΙςΤΟΝςΟΝςΗωΟΝ$\overline{\text{ΔΟ}}$ΑΝωΤΕςωωΑΙΝΑωΕΜΠΝΟΙΑΝ
ΠΑΡΕΧωΝωΑΙΔΥΝΑΜΙΝΜΕΓΑΛΗΝΕΝΘΑςΕΕΓΝωΝΜΑΝΔΟΥΛΙ
ΗΛΙΟΝΤΟΝΠΑΝΤΕΠΟΠΤΗΝΔΕςΠΟΤΗΝΑΠΑΝΤωΝΒΑςΙΛΕΑ
ΑΙωΝΑΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΑωΤωΝΕΥΤΥΧΕςΤΑΤωΝΛΑωΝΤωΝωΑΤΟΙωΟΥΝΤωΝ
ΗΝΟΗΛΙΟςΜΑΝΔΟΥΛΙςΑΓΑΠΑΤΗΝΙΕΡΑΝΤΑΛΜΙΝΗΤΙςΕςΤΙΝΫΠΟ
ΤΑςωΑ////ΘΕΙΡΑςΜΥΡΙωΝΥΜΟΥΙςΙΔΟς

Φαί[διμε Ἄπολλ]ον, ἦλθες κατὰ καιρὸν ἀνατολὰς
ποιο[ύμενος] εἰς τὸν σὸν σηκόν, ἀ[θ]άν[α]τε, σῷ καὶ ναῷ ἔμπνοιαν
παρέχων καὶ δύναμιν μεγάλην· ἔνθα σε ἔγνων, Μανδοῦλι,
ἥλιον τὸν παντεπόπτην δεσπότην, ἁπάντων βασιλέα,
αἰῶνα παντοκράτορα· ὦ τῶν εὐτυχεστάτων λαῶν τῶν κατοικούντων,
ἣν ὁ ἥλιος Μανδοῦλις ἀγαπᾷ, τὴν ἱερὰν Τάλμιν, ἥτις ἐστὶν ὑπὸ
τὰ σκᾶ[πτρα τῆς εὐε]θείρας μυριωνύμου Ἴσιδος.

Hymni auctor ignotus peritiorem se praebuit linguae graecae quam populares quos supra cognovimus. V. 2 tamen obscurius est quid poeta voluerit. Cum sententia exprimatur deum ubi ortus sit in cellam suam prodire, voce *ἀθάνατε* interposita addi videntur verba *σῷ καὶ ναῷ* ex *ἔμπνοιαν παρέχων* apta: quamquam lectio ipsa non satis certa est. *Ἔμπνοια* ad ventum matutinum pertinet. Quomodo autem verba v. 3 *ἔνθα σε*

ἔγνων (sc. orientem) explicanda essent, supra expositum est. — V. 4 cf. Nonn. Dion. 9, 276 *Ἀπόλλων πανόψιος*. — V. 7 cum Talmin in Isidis tutela esse exprimendum sit, mihi quidem videtur collatis Kaib. n. 1028 v. 8. 1029 v. 8, ubi Isis *ῥωμαλέα σκάπτροισιν* atque *σκῆπτρον ἔχουσα* appellatur, auctor semel forma dorica usus esse cum scriberet *ἥτις ἐστὶν ὑπὸ τὰ σκᾶπτρα τῆς εὐεθείρας μυριωνύμου Ἴσιδος*. De crinibus vero Isidis, quae Kaib. 833 v. 1 *εὐπλόκαμος* nominatur, Aegyptios fabulatos esse ex nomine plantae apparet quae *Ἴσιδος τρίχες*[1]) vocabatur: accedit quod Memphitae Luciano auctore[2]) cincinnos Isidis ostentabant. Cognomen *μυριώνυμος* simile sollemni adiectivo *πολυώνυμος*, quod quidem Brugsch[3]) translatum esse censet ex aegyptio *āš-ranu* quod de omnibus fere deis aegyptiis praedicatur, legitur C. I. G. add. 4922 d. 4944 b. Plut. Is. et Os. 53. Orelli 1876. 1877. Cf. Marquardt *Staatsverw.* III, 84.

XXXV.

C. I. G. 5041. Kaibel n. 1022. Leps. VI tab. 97 Gr. 444.

Versus quales Kaibel Niebuhrii et Franzii supplementis receptis exhibet, in lapide legi apographo Lepsiano demonstratur nisi quod nomen auctoris Niebuhr male mutavit *Σανένως*; nam nihil obstat quin legamus nomen barbaricum *Σάνσνως* quam Gauii lectionem Lepsius firmavit. Alterum vero eiusdem nominis exemplum Lepsius rettulit [VI tab. 97 Gr. 511]:

ΤΟΠΡΟCΚVΝΗΜΑ
CΑΝCΝωCΨεΝΧΝΟΥΒΙΟC
ΠΡΟCΤΑΤΗC
L Ī (Tiberii?)

Simile nomen feminae *Σενσάως* exstat C. I. G. 4828.

---

1) Plut. fac. orb. lun. 25. Agatharch. mar. er. 108. Plin. XIII, 52.
2) Adv. indoct. 14.
3) *Hieroglyph. Wörterb.* I, 220 s. v. *āš*.

XXXVI.

C. I. G. 5078. Kaibel n. 975. Lepsius VI tab. 96 Gr. 409. Ectypum contuli.

ΗΛΘΕCΤRΑΤΗΓΟCΕωΝΑΠΟΛΛωΝΙΟCΕΝΟΑΔΙΚΛΖωΝ
////////COIΔΕΑΝΑΞ+ΕΛΧΙΔΟCΟCΜΕΔΕΕΙC
////////ΥΤΣΜΕΤΑΞΥΚΑΙΑΙΘΙΟΠωΝ//////ΕΡΜΗ
////////ΧΟΜΕΝΟCΡΕΖΕΘΥΗΠΟ////////C

V. 3 Lepsius ΥΤΤΜΕ exhibet.

Ἦλθε στρατηγὸς ἐὼν Ἀπολλώνιος ἔν[θ]α δικ[ά]ζων
ἀνδράσι·] σοὶ δὲ, ἄναξ, Ψέλχιδος ὃς μεδέεις,
Αἰγύπτο]υ τ[ε] μεταξὺ καὶ Αἰθιόπων [χθονός,] Ἑρμῆ,
πολλὰ προσευ]χόμενος ῥέζε θυηπο[λία]ς.

Nomen *Ἑρμῆ* a Kaibelio coniectura v. 4 additum iam in fine v. 3 legimus. V. 4 *θυηπόλιον* Letronnii supplementum cum neque sensu neque apographo Lepsii commendaretur, *θυηπολίας* correximus.

XXXVII.

C. I. G. 5083. Kaibel n. 974. Lepsius VI tab. 96 Gr. 412. Ectypum contuli.

v. 1. ΠΑΤΡωΙΘΔΙΔΟΤ] ΠΑΤΡωΙΕΔΙΔΟΥ.
v. 3. ΤΗΡΑCΑΝCρΧ] ΓΗΡΑCΑΝΕρΧ.
v. 7.8. ΤΕΡΜ(' ΙΑΕΙΝΑΤΑ·ϽΝ] ΤΕΡΜ'ΕCΙ'ΔΕΙΝΑ-ΓΑΘωΝ; littera Θ in ectypo non apparet.

V. 8 Kaibelii supplemento *ἀγανόν* ex fide lectionis Lepsianae *ἀγαθῶν* exploso eiusdem explicatio versuum »pro tribus his itineribus fac ut quietum aliquando vitae videam finem« tollitur.

Appendix.

XXXVIII.

Ante hos paucos menses cum iam haec de epigrammatis graecis in Aegypto repertis commentatio typis mandata esset, in antiquitatum aegyptiarum Museum Berolinense lapis Cahira ex urbe advectus est (n. 7974) epigrammate ornatus, quod ut hoc loco adderemus v. cl. Lepsius benignissime concessit. Lapis est calcarius 52 cm. altus, 32 cm. latus, quem prope Memphidis rudera repertum esse verisimile est: ubi sub imagine uraei qui dicitur serpentis cuius caput cornibus atque solis disco exornatum est hi versus exarati sunt litteris 0,006 — 0,008 m. altis (v. tab. II):

Στῆθι λᾶον κατενῶπα τελώριον ἐν τριόδοισι,
ξεῖνε, καὶ εὑρήσεις γράμματι ῥηγνύμενον.
ἠὺ δ' ὄπα προχέων στενάχιζέ με τὴν προμολοῦσαν
εἰς ἐνέρους ὁσίην ἀσπίδα τηλέβιον
δυσμενέων ὑπὸ χερσί. τί σοι πλέον, αἰνότατ' ἀνδρῶν,
ἐστίν, ὅτι ζωῆς τῆςδέ με ἀπεστέρεσας;
σοὶ γὰρ ὁμοῦ καὶ ἔρεσσι κέλωρ' ἐμὰ θεσπέσι' ἔσται·
οὐκ οἴη(ν) ἐπὶ γῆς ἔκτανες οὖσαν ἐμέ,
ἀλλ' ὅσαπερ ψάμαθος παρὰ θῖν' ἁλὸς ἔσχεν ἀριθμά,
τόσσον ἐπιχθόνιοι θῆρες ἔχουσι γένος·
ἦ σὲ μὲν οὐχ ὕπατον, πύματον δ' ἄιδη[ν] πελάσουσι
ὄμμασι δερκόμενον σῶν ἐρέων θάνατον.

Sepulcralis titulus in trivio collocatus fuit uraei [1]), qui ab impia manu necatus his verbis et viatoris misericordiam exci-

[1]) Is serpens non anaglypho tantum sed etiam nomine *ἀσπίς* certo designatur. Ceterum cf. Horapoll. (ed. Leemans. Amstel. 1835) 1, 1;

tat et interfectori vindictam miserrimam a reliqua serpentium multitudine inferendam minatur.

Inter animalia sacra Aegyptiorum quae post mortem in sanctis sepulcris condi solita sint, quamquam uraeum neque Herodotus neque Diodorus referunt[1]: tamen eum in simili veneratione habitum esse cum inde concludi potest quod regum atque omnium fere deorum dearumque, Isidis maxime et Aegypti inferioris, tamquam signum colebatur[2], tum corporibus serpentium conditis quae in museis aegyptiis adservantur luculenter demonstratur. Quamquam similis inscriptio sepulcralis uraei neque graeca ulla innotuit neque aegyptia a L. Sternio viro rerum aegyptiarum peritissimo allegari potuit.

Quo magis autem Aegyptii animalia illa venerabantur, eo gravius supplicium de eo qui bestiam sacram sciens necasset sumebatur: quem ex lege mortis condemnatum esse Herodotus testatur.[3] Iam hoc loco cum ignotus sit interfector ipsos serpentes eum persecuturos esse praedicitur. Ac notum est uraeum omnium esse animalium maxime venenatum atque pestiferum.[4]

Epigramma graece scriptum, cuius argumentum optime cum Aegyptiorum moribus congruere ostendimus, certe aut Ptolemaeorum posteriorum aut primis dominationis Romanae temporibus attribuendum est. Nam Ptolemaeis regnantibus linguae graecae inter Aegyptios usus adeo pervulgatus est, ut etiam Romani in administranda Aegypto eam retinerent. Ac litterae inscriptionis primi fere a. C. saeculi praebent speciem. Graecum autem hominem ne epigrammatis auctorem esse statuamus,

---

ὄφιν ζωγραφοῦσιν ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην, ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι οὐραῖον κτλ.

1) Cf. Her. II, 38. 41. 69. 72. 74. Diod. I, 83.

2) v. Wilkinson, *Manners and customs 2. ed. London* 1878 vol. III, p. 242 sq. P. Pierret *Dictionnaire d'archéol. égypt.* Paris. 1875 s. v. Uraeus.

3) II, 65: *τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ ζημία κτλ.* Idem Diodorus refert I, 83.

4) v. Horapoll. ed. Leemans p. 119.

cum argumento tum dicendi genere prohibemur quod a Graecorum usu plus uno nomine recedit.

Quo pertinent non tam lapicidae error v. 8 ΟΙΗΜ pro *οἵην* scriptum, quam formae inusitatae v. 1 *τελώριον* pro *πελώριον*[1]) v. 7 *κέλωρ(α)*[2]) et v. 9 *ἀριθμά*, praeterea v. 1 *κατενῶπα* non genetivo sed accusativo iunctum. Atque ipse accusativus ΛΑΟΝ et metro adversatur et sermonis legibus: expectas *λᾶαν* vel monosyllabum *λᾶν*. Nam nominativum *λᾶος* Sophoclis O. C. 195 (cf. Herodian. ap. schol.) Hygini fab. 153 p. 266, Servii ad Verg. Georg. 1, 63 testimoniis parum comprobari recte notat Dindorfius in Thes. v. *λᾶας*. Etiam illud *λᾶαν γράμματι ῥηγνύμενον* insolite dictum. — V. 11 pro *ἦ σε* certe concinnius diceretur *οἵ σε*: neque tamen de itacismo aegyptio cogitare audeo[3]).

Denique singulare est vocabulum *ἔρος*, cuius hoc loco primum deprehenduntur formae v. 7 *ἔρεσσι* et v. 12 *ἐρέων*. Quae Hesychii glossis: *ἐρέας· τέκνα. Θεσσαλοί* et *ἐρέεσφι· τέκνοις* explicantur: ubi *ἐρέας* formam thessalicam propter genus masculinum praedicari verisimile est. Quod M. Schmidt (ad Hesych. l. c.) *ἔρος* idem esse atque *ἔρνος* statuit, si quidem Buggius[4]) recte vocabula *ἔρνος ἔρνυμι orior* ad unam eandemque radicem rettulit: et *ἔρος* et suffixo *-no* auctum *ἔρνος* (cf. *ἴχνος*, *ἔθνος*) ex radice illa facile derivantur.

Ceterum Homerica expressit auctor *λᾶαν πελώριον* v. 1 = *λ* 593, *δυσμενέων ὑπὸ χερσὶν* v. 5 = *T* 62, *ὁμοῦ καὶ* v. 7 = *ε* 294, *ι* 69, *μ* 315, *παρὰ θῖν' ἁλός* v. 9 = *Α* 316. 327, *Ω* 12. Ad verba v. 3 *ἠὺ δ' ὄπα προχέων* cf. Pindaricum Pyth. 10, 56: *Ἐφυραίων ὄπ' ἀμφὶ Πηνεϊὸν γλυκεῖαν προχεόντων ἐμάν*.

---

1) Notabilis forma vitiosa uno Hesychii testimonio comprobata: *τέλωρ· πελώριον, μακρόν, μέγα* et *τελώριος· μέγας, πελώριος*: quae glossae non iam est cur damnentur cum M. Schmidtio.


2) Hesych. *ὁ κέλωρ· υἱός, ἔγγονος*.

3) Cuius generis exempla sunt in papyris Ptolemaeorum aetate scriptis *θροῖα = θρῖα* *Notices et extraits* vol. XVIII² p. 304; *ἀνύγω = ἀνοίγω* ib. p. 323; *ὑπόκιται* Leemans pap. gr. mus. Lugd. p. 26.

4) In G. Curtii Stud. IV p. 327.

II

II



DE M. TERENTI VARRONIS DE LINGUA LATINA LIBRORUM CODICE FLORENTINO

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ADOLFUS GROTH

SUERINENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

PRAEFATIO.

M. Terenti Varronis de lingua Latina librorum quae supersunt haud ita paucis codicibus servata ad nostram aetatem pervenerunt, quos omnes*) iamdudum inter viros doctos constat ex uno illo libro defluxisse, qui saeculo XI in Montis Casini monasterio litteris Langobardicis exaratus et deinde Florentiae in bibliotheca Marciana adservatus nunc Florentiae in bibliotheca Laurentiana plutei LI codex X est. Hunc librum, quem nota *F* significabo, anno MDXXI Petrus Victorius cum eo, quo utebatur, editionis principis exemplo contulit, in cuius fine haec leguntur: »Petrus Victorius ac Jacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex divi Marci bibliotheca literis longobardis exarato, tanta diligentia sive potius morosa observatione, ut vel quae in eo corrupte legebantur, in hunc transtulerimus.«

His verbis confisus Leonh. Spengel Victorii lectiones ubique, perinde ac si ipsius codicis essent, in eam quam ipse paravit Varroniani operis editionem (a. 1826) transtulit. Nec tamen tantam illis fidem habere debebat. Etenim Victorius, qua erant illius saeculi homines in codicibus conferendis socordia, non solum sescenties libri scripturas ab editione principe discrepantes prorsus neglexit, verum etiam saepe codice obiter inspecto vel similes litteras permutavit vel compendia scripturae male intellexit.

*) nisi quod fragmentum quod dicunt Casinense quinti libri de urbe Roma locum continens ex alio vetustiore fonte excerptum videtur. Qua de re conf. Spengel, Ueber die Kritik pag. 481 sq.

Quare non mirum est iam Hieronymum Lagomarsinum, qui anno MDCCXL codicem Florentinum accuratius contulit, et postea alios viros doctos in eam adductos esse sententiam, ut negarent Victorianum illum librum eundem esse ac Laurentianum. Quae quidem opinio cum permultis aliis minutiis certo refutatur, quas a Victorio laudatas in nostro codice reperias, tum rubro aliquo puncto, de quo infra in adnot. ad 533, 14 verba faciam.

Lagomarsinus autem illo quidem diligentius, id quod supra monui, codicis scripturas enotavit, attamen quae passim ex eius collatione Niebuhr et Lachmann rettulerunt, ne ipsa quidem satis accurate ea quae in codice leguntur reddunt.

Itaque viri docti artem criticam in Varronianis libris exercendam omni certo fundamento tam diu carere consentiunt, quam diu nova Florentini codicis collatione destituti simus. Quam quidem ab Henrico Keil confectam possidet Leonh. Spengel (conf. Spengel, Ueber die Kritik p. 432), sed hic vir doctissimus et de Varrone optime meritus novam huius scriptoris editionem, quam per complura iam decennia in scriniis servat, iuris publici facere adhuc noluit.

Quam ob rem ego, cum anno 1877 occasione feliciter oblata per aliquot menses Florentiae morari mihi liceret, auctore et suasore Guilelmo Studemund bis illum codicem quam accuratissime potui cum Spengeliana editione contuli omnesque scripturae discrepantias in exemplo meo enotavi. Hanc autem editionem Muellerianae ideo praetuli, quia contextum Varronianum, qualis antiquitus traditus est, Spengel multo fidelius servavit, cum Mueller et suas et aliorum coniecturas sescentas in ordinem verborum receperit.

Deinde in patriam reversus ad hanc meam collationem ipsum illud editionis principis exemplum a Victorio cum codice collatum adhibui, quod cum nunc in bibliotheca regia Monacensi adservetur, ii qui huic praesunt benignissime mea causa Argentoratum transmiserunt. Atque iam laboris mei fructus in hoc libello ita composui, ut si quae verba editionis Spengelianae cum codice non prorsus concinerent, ad haec ubique ea adscriberem, quae pro iis in codice exstant. Ut autem

oculis statim percipiatur, quidnam mea collatio novi attulerit, omnibus iis lectionibus, quas iam Victorius recte in exemplo Monacensi enotaverat, litteram *V* addidi, eas autem, quas a Victorio prolatas in ipso codice non reperias, his uncinis ( ) inclusas adscripsi. Veluti ad verbum quod exstat in edit. Speng. p. 21 vers. 3 »quaerere« adscripsi »quare *V*« id est: iam Spengel auctore Victorio recte rettulit, pro illo »quaerere« codicem *F* habere »quare«. Contra quod scripsi ad 13, 9

»ἐτυμολογίαν] ethimologian (etymologian *V*)«

id significat Victorium ex codice enotasse »etymologian«, cum re vera ibi scriptum sit »ethimologian«. Praeterea si quid in codice legi ex Victorii silentio concludas propterea quod hic editionis principis scripturam non mutaverit, id his uncinis [ ] significavi ita, ut si consentiret edit. princ. cum codice, litteram [*V*], si discreparet, ipsam editionis princ. scripturam addita *V* littera illis uncinis saeptam adscriberem. Veluti quod habes 12, 4 »eam] ea [*V*]«, id significat pro Spengeliano »eam« in codice esse »ea«, idem autem cum iam in edit. princ. legeretur, Victorium non mutasse. Contra vocabulum »communi«, quod legitur 16, 8, in edit. princ. omissum est, nec Victorius quicquam notavit, ut cum Spengelio crederes illud etiam in codice omissum esse. Attamen illud ibi legitur, nisi quod, sicut saepe, una *m* littera scriptum est. Id ergo significavi hoc modo »16, 8 communi] comuni [*om.* *V*]«. Similiter 30, 5 ubi ego adnotavi »qui prope] *sic F* [quippe *V*]« codex quidem recte praebet »qui prope«, Victorius autem id quod in edit. princ. exstat »quippe« non mutavit itaque Spengel bonam illam lectionem non nisi deterioribus codicibus fulciri opinatus est. Nonnumquam etiam Spengel ipsas Victorii lectiones in editionem suam minus accurate transtulit, cuiusmodi locos asterisco *V* litterae addito signavi. Veluti id quod adnotavi ad 259, 9 »quo] qui *V**« significat bonam lectionem *qui*, quam Spengel ex uno codice Havniensi affert, in Florentino quoque libro inveniri, idque Victorium recte enotasse. Ubi denique variae codicis scripturae nihil adieci, ibi Victorii lectio eadem est atque lemma, i. e. verbum ex contextu Spengeliano exscriptum. Veluti

15, 2 codex praebet *qua*, Victorius autem editionis principis lectionem *quam* non mutavit. Itaque ego nihil nisi »quam] qua« enotavi.

Sed haec hactenus. Iam cum omnia quae ad Florentini libri condicionem atque indolem pertinent, satis dilucide exposuerit Spengel (Ueber die Kritik p. 433 sqq.), illa hic praeterire licet.*) Restat, ut pauca dicam de variis vitiorum generibus, quibus Varronis de ling. Lat. libri adeo scatent, ut vix alterum habeamus veterem auctorem, cuius opera aeque deformata sint. Atque primum id certissimum est, quod iam monuit Spengel (De emend. rat. p. 7), eum qui codicem *F* exaravit, cum archetypum suum fidelissime depingeret, abstinuisse omnino a sanandis sescentis illis verborum monstris, quorum interpolati posterioris temporis codices vix ullum integrum reliquerunt. Rectissime igitur mihi Spengel l. l. sic iudicasse videtur: »Quod si iam Florentinus eam censuram perpessus esset, nemo verum investigando et coniectando reperire posset; nunc vero cum verba misere corrupta a librario cum fide sint depicta, in emendando via et ratione progredi, et quo magis quis ingenio et industria pollet, eo felicius veram auctoris manum restituere licet; quae enim insunt interpolationes, cum explicandi causa vocabulum saepius invita Minerva adderent, casu magis quam consilio ex margine illatas esse dixeris.«

Sed etiamsi librarius quae legere sibi videretur, ea recte describere sedulo studuit, tamen non minus certa ratione demonstrari potest illum permulta quae in archetypo recte scripta essent, non recte expedivisse.

Quisquis enim paulo diligentius hos de lingua Latina libros legerit, mox animadvertet non pauca menda in eos

544, 10 proportio] proportione [*V*] || quod dicunt] quid dicunt [*V*] || 11 ἀνάλογον] analogon [*V*] || 545, 1 analogian] analogiam || anomaliam] anomalia [*V*] || 6 res plerasque] *prima manu in rasura scriptum, ut vid.* || videtur habere] **habere uidetur**[394]) *corr. ex* uidetur habere, *ut vid.* || 10 dicitur dissimile] *corr. ex* dicitur dissimili || 13 nam simile] nam **similis**[395]) *corr. ex* nam simile || 16 pluris] plures [*V*] || 546, 3 corporis simili] corporis **filo**[396]) *V* || 4 proxume] *corr. ex* proxime [proxime *V*] || 6 putant] **putent**[397]) [*V*] || 7 vocent] **uocant**[398]) || 10 quodcunque] **quodcumque** || 547, 3 subiiciunt] **subiciunt** [*V**] || 4 fit ut] fuit ut [*V*] || 6 cum simile] *corr. ex* quoniam simile || quoi parti] quincui parti [*V*] || 8 sit et non sit] sit · non sit [*V*] || 9 parteis] partis || 12 partes] partis || ut similis dicantur] similis habere · dicuntur [*V*] || 548, 2 alterum significat] alterum non significat [*V*] || 8 nemus] numerus [*V*] || 9 quod utrumque] quod cum utrumque[399]) [*V*] || 10 eis certae] eas certe [*V*] || 549, 1 genere est] genere nominum sint eodem est [*V*] || dicitur] *corr. ex* dicitur dicitur || 2 essent] esset [*V*] || 4 et hic nemus] *sic F* (aut hic nemus *V*) || aut hoc lepus et hoc nemus] aut hoc nemus hoc lepus (aut hoc lepus hoc nemus *V*) || 7 sintne, quaeret] sint · ne queret || 8 vitaverint] **uitauerunt**[400]) || inceperint] **inceperunt**[400]) || 11 Dionysius Sidonius] dyonisius sydonius || 550, 2 eadem] eidem [*V*] || 3 quadraginta] quadringenta *V* || 4 retulit] rutulit[401]) *V* || literas quatuordecim] litteras XIIII [*V*] || in literas octo] **VIII**[402]) [*V*] || 7 verborum] uborum || 8 ad quae] atque *V* || 9 exigi] exegi || 551, 2 conferatur] conferetur *V* || 8 analogia] analogiam || 12 similitudinum quae] *corr. ex* similitudinem quae, *ut vid.* [similitudinis quae *V*] || 15 alia declinantur] alia declimantur || 552, 1 a limo] **ab** lima [a lima *V*] || 8 a nomine alio] a nomine aliae[403]) [*V**] || 9 Roma] **romae**[404]) [*V**] ||

---

[394]) sic Mueller || [395]) sic C. F. W. Mueller l. l. p. 873; conf. tamen 547, 8 || [396]) *corporis, filo* probavit Lachm. in Lucr. V 571 p. 300 || [397]) conf. not. ad 46, 2 || [398]) sic scribit Spengel, Ueber die Kritik p. 448 || [399]) **quom** *utrumque* Mueller, *cum utrumque* Spengel De emend. rat. p. 6 || [400]) sic Mueller || [401]) **rettulit** Mueller || [402]) *octo* Mueller || [403]) *a nomine aliei* coni. Spengel De emend. rat. p. 4 || [404]) sic Mueller

552, 14 ad rationem] ad orationem [*V*] || 553, 8 **communi**] **comuni** || 9 et languescit] *om.* *F* [405] *V* || e populi] e **populo** [406] [*V*] || 10 imperio] **imperito** [406] || loquendo] loquenda 11 anomalia] *sic man. pr.* anamalia *man. posterior, ut vid.* 12 declinat a natura] declinata natura [*V**] || 554, 2 docilis facilis] docilis **et** facilis || 9 vocum quam rerum] rerum quam uocum [*V**] || 555, 1 dividendum] ab diuidendum *V* || 2 harenam] **arenam** || 8 adscribimus] ascribimus [*V*] || 10 parteis] **partis** || 11 finitum et infinitum] neque finitum [*V*] || 556, 7 sed] *om.* *F* [*V*] || 11 diriguntur] **deriguntur** [407] *V* || directi **derecti** *V* || 12 latrunculis] latrunculus [*V*] || 557, 1 directi] **derecti** *V* || 3 appellantur] expellantur [*V*] || 4 directorum] **derectorum** *V* || genera] genere [*V*] || forma · Dicam] formam dicam [*V*] || 7 *post* nominatiuum *duae fere paginae vacuae relictae sunt, in margine ascripsit prima manus:* hic desunt tria folia in exemplari *V* || 558, 1 lata et alba] *corr. ex* lata alba || 6 curso] cursu [*V*] || 7 communis] comunis || 8 quodcunque] **quodque** [408] [*V*] || 9 et maxime] **maxime** || 13 ubicunque] **ubicumque** || hae] eae [*V*] || 559, 1 proximae] **proxumae** [409] || 2 potens] potes [410] || 6 soleant] solet *corr. ex* solent, *ut vid.* (solent *V*) || 13 Spurinna] purinna *V* || 560, 3 apparet] appellarit *V* || 4 a praetor] *corr. ex* praetor || 561, 1 illis] **illos** [411] [*V*] || 2 ignorentur] ignorent [411] [*V*] || sic latiorum] si latiorum [*V*] || 9 nominatuum] nominatiuom *V* || 10 esse tangere] est angere [*V*] || 14 unum alia ut] unum ut [*V*] || 562, 3 sint] **sunt** [412] [*V**] || hic et haec] **hic, haec** *V* || 4 quae quorum] quae et quorum [*V*] || 5 non necesse] necesse [*V*] || 7 sed habent] si habent [*V*] || 9 lego] logo || 563, 2 optandi] opandi || 4 sintne habet] sum ne habent [*V*] || sitne haec] sint ne haec [*V*] || 7 a semel] **ab** semel || 564, 2 *post* ge *duae fere paginae vacuae relictae sunt, in margine ascrip-*

---

[405]) verba *et languescit* delenda sunt || [406]) fortasse legendum est: *e populo multiplici* **et** *imperito.* Conf. ea quae Varro supra dixit: *quod declinantes imperite rebus nomina imponunt.* Similiter 579, 2 || [407]) conf. Aug. Mueller p. 5 || [408]) sic Mueller || [409]) sic Mueller || [410]) scribendum est **potest** || [411]) *si illos* ..... **ignores** scripsit Mueller || [412]) sic Mueller

tum est: hic desunt folia III in exemplari *V* || 564, 4 et ab eo casu] *sic F* [ut ab eo casu *V*] || 6 utrobique est et] utrubique et *V* || 14 amor et amoris] amor et amor et amoris || 565, 2 materia] a materia [*V*] || 4 singulare] singularem [*V*] || 9 quae a Graecis] agrece[413]) [a greco *V*] || vocatur] uocantur [*V*] || ἀνάλογον] analogon *V* || 12 res alterae duae] *corr. ex* alterae res duae || 566, 2 λόγον] logon [*V*] || ἀνάλογον] ana logon [*V*] || 3 ἀνάλογα] analoga [*V*] || 5 similitudinem esse] *sic F, ut vid.* [similitudine esse *V*] || 7 in argento] in argumento [*V*] || sembellam] singulam [*V*] || 8 utrobique] utrubique [*V*] || 9 et argento] et **in**[414]) argento [*V**] || rationem] *corr. ex* significationem || cum dicimus] tum dicimus [*V*] || 567, 5 subtilius] suptilius || 6 audiri] **audire**[415]) [*V*] || exspectare] expectare || 7 commune] comune || ne exspectes] expectes (exspectes *V*) || 10 si cum] **sic**[416]) cum [*V*] || 11 nam quam rationem] nam rationem [*V*] || 568, 2 sic est] *corr. ex* si est, *ut videtur* [si est *V*] || sicut ad] si ad [*V*] || 4 dicuntur in quo] dicuntur **ea**[417]) in quo [*V*] || 6 sic est] sic si est [*V*] || temporibus] tepori'bus *V* || 10 Aristarcho] aristarco [*V**] || cum dicunt] cum **dicuntur**[418]) [*V*] || 12 dissimile esse] dissimilem esse || amorem dolori] amorem et dolorem [*V*] || 569, 3 sit una] sic una [si una *V**] || directa] **derecta** *V* || 6 ducenta, quadringenta] **ducenti · quadringenti**[419]) [*V*] || 8 λόγους] **logoe**[420]) *V* || faciunt] **faciant**[421]) || 570, 1 ut unus] ut unum || 8 *post* genus *nullum lacunae indicium* [*V*] || 9 Albius] *corr. ex* Albus || Albio] *corr. ex* albo || 11 vicenaria; tria] uicenaria atria [*V*] || 17 ad unum] *corr. ex* ad nunum || 571, 1 a septem] e[422]) septem *V* || citharae] cytharae || 5 medici] midici || in aegrotis] inegrotos [*V*] || 8 quartus, et qui est] quartus, qui est [*V**] || 10 coniunctae sunt] coniunctae sint [*V**] || 13 ad lego] ab lego *V* || ad legam] *sic F* [a legam *V*] || 572, 4 quoiusque generis] cuius generis

[413]) pro codicis verbis *proportione agrece* coni. Wilmanns p. 80: **proportionis; ea graece** || [414]) sic Mueller || [415]) sic Mueller || [416]) sic Mueller || [417]) sic Mueller || [418]) sic Mueller || [419]) sic Mueller || [420]) conf. not. ad 64, 3 || [421]) sic Mueller || [422]) sic Mueller

V || 572, 5 lego ad legebam] lego et legebam [*V*] || 8 item necatus] Item haec · catus [*V*] || necabor] *om. F* [*V*] || 573, 1 natura analogia] analogia [*V* *] || 4 tria unum] *corr. ex* trianum || 5 quadripartita] **quadripertita** || 9 a recto] ac recto (*corr. ex* ab recto) [*V*] || 10 descendunt] **discedunt**[423]) [*V* *] || 12 hi Boebiei] hi abiei, *ut vid.* (hi aebiei *V*) || hae Boebiae] hae bebiae *V* || 574, 1 his Boebieis] his bebieis [*V*] || 2 ab duobus] **a** duobus [*V*] || 4 alia ab] *sic F* (alia *V*) || 7 aut a re] aut re [*V*] || 10 dolus] *corr. ex* solus || 13 si sit similis] si sit simile [ab hoc simile *V*] || 14 serue] *sic F* (seruae *V*) || item in cervus] item ceruus || 575, 1 cerue] *sic F* (ceruae *V*) || commune] comune || 2 figuras vocis] *non potui legere* [figura uocis *V*] || 9 ut prosas] **uel prosus**[424]) || rosas] rusus[425]), *ut vid.* || 11 habebit] **debebit**[426]) [*V* *] || 576, 1 at declinat] *sic F* [ac declinat *V*] || 3 multitudine] *corr. ex* multitudinum || 6 proficiscatur] proficiscantur [*V*] || 8 aliquo casu] aquo casu *V* || 10 ac declinatuum] ac declinatum, *ut vid.* [*V*] || 11 Martis] martes, *ut vid.* || debuit] **debeat**[427]), *ut vid.* || 15 ut quid sit] ut quod sit || 577, 2 tamen eam] tamen ea [*V* *] || 3 ostenderunt] **ostendunt** || 4 proficisci] proficisse [profecisse *V*] || oportet] de litteris ostendunt oportet [*V*] || 5 potius ab] potius quam ab [*V*] || 9 principiis] principibus [*V*] || 578, 2 trabs] trabes [*V* *] || ex C] **et**[428]) ex C [*V* *] || dux] duces [*V* *] || si] *om. F* [*V*] || 4 assumere] **adsumere** || 6 multitudinis] multitudines [*V*] || 7 debet] debent (*corr. ex* debet) [*V*] || possunt] possint[429]) || nonnunquam] *sic F* [nunquam *V*] || 11 dextram sinistra] dextras sinistra || 12 singularibus multitudinis] singularibus multitudines [*V*] || 16 facile enim est] facile **est enim**[429]) || 579, 3 quocunque] **quocumque** || 5 depravabit] deprauauit *corr. ex* deprauabit || 6 impositiciis] **inpositiciis** || 7 non multa in] non multae in [*V*] || 8 ab libidine] **a** libidine || 10 contra] contraria [*V*] || id illum] inillum[430]) [*V*] || 580, 1 varie-

---

[423]) sic Mueller || [424]) sic Mueller || [425]) *rosus* Mueller || [426]) sic Mueller || [427]) sic Mueller || [428]) sic Mueller || [429]) **possit** recte Mueller || [430]) fortasse **initium**? Conf. 27, 11 sq.

tatem discere] uarietate discernere [*V*] ‖ 580, 3 in I] *corr. ex* in ui ‖ hoc levi] hac leui [*V*] ‖ 5 analogia tria] analogia atria [*V**] ‖ 6 alterum quod] alterum alterum quod [*V**] ‖ 13 harmonicae] armonicae ‖ 581, 3 Iuppiter] iupiter [*V*] ‖ marspiter] *sic F* [Maspiter *V*] ‖ 5 proportione similia] *om. F V* ‖ utrumque] **utraque**[431]) [*V*] ‖ 11 significant] significant ‖ 12 quidquam] **quicquam** [*V**] ‖ 14 subiungantur] subiungatur ‖ caculae] **catulae**[432]) [*V*] ‖ 582, 1 esse biga] esse a biga [*V*] ‖ 3 una duae] unae duae [*V*] ‖ principium] principum ‖ 8 scripserunt] *corr. ex* dixerunt ‖ 14 adventitium] **aduenticium**, *item paulo post V** ‖ 16 sutori et pistori] sutori pistori [*V**] ‖ 583, 1 Peleus] peles ‖ 2 omnis] **omnes** ‖ 6 hoc] **haec**[433]) *V* ‖ 9 Accius] *corr. ex* accium ‖ nolet] nollet [*V*] ‖ malet] mallet [*V*] ‖ 10 adventitia] **aduenticia** [*V**] ‖ 11 plurimum] plurimus[434]) ‖ 13 nothae sint] notae **fiunt**[435]) (notae sint *V*) ‖ 584, 1 Bacchides] bachides [*V*] ‖ Chrysides] chrisides ‖ 2 iuniores] minores *V* ‖ Chrysides] chrisides ‖ Bacchides] bachides (Bachidis *V**) ‖ recentes] regentes *V* ‖ 3 Chrysidas] chrisidas ‖ Bacchidas] bachidas [*V*] ‖ 4 maxume] maxime [*V*] ‖ sequuntur] **sequontur** *V* ‖ 9 ut dixi] ea ut dixi (ea dixi *V*) ‖ rebus in] rebus **et** in ‖ 585, 1 in utroque] *sic F* [utroque *V*] ‖ 586, 3 dirigitur] **derigitur** [*V*] ‖ 4 nam quae prior] **nam prior** [*V*] ‖ 7 communi] comuni ‖ 10 omnes] omnem ‖ 587, 2 obscuritates] *corr. ex* obscuritas ‖ 8 communi] comuni [*V**] ‖ 9 orationis] *sic F* [*V**] ‖ vocalis] uocabulis [*V*] ‖ 10 et minima] eo minima *vel* ea minima, *ut vid.* [eo minima *V**] ‖ declinationem] *corr. ex* declinationis ‖ 11 tum quom] tum quoniam [*V*] ‖ 12 et in figura] est in figura [*V*] ‖ transitum] e transitu *corr. ex* etransitum ‖ 588, 5 communi] comuni ‖ 7 has cervices] hac si ceruices [*V*] ‖ 10 omnis partis] *sic F* (omnes partes *V*) ‖ amo] amabo ‖ iuvo] uiuo ‖ 11 iuvor] uiuor ‖ 14 potui, informavi] potuit[436]) informauit, *ut vid.* ‖ 589, 3 dicunt] dant *V* ‖ 5 et

[431]) sic Mueller ‖ [432]) sic Mueller ‖ [433]) sic Mueller ‖ [434]) pro *nominatos plurimus* scribendum videtur **nominatus** (sic iam Mueller ex coni. Spengelii) **plurimos** ‖ [435]) sic Mueller ‖ [436]) si de lectione cer-

huius] *sic F* [huius *V*] || 589, 7 quem volumus] quae **uolumus** *V** || 8 nomen quoius] non cuius [*V*] || 10 quidquam] **quicquam** *V** || 590, 1 nihili] a nhili (*corr. ex* **anhili**) *V* || 2 nequidquam] **nequicquam** *V** || 3 declinentur] deçlinetur *V* || 7 vocabula quae] uocabula **quattuor**[437]) quae [*V**] || 8 socerum socrum] soceros socerum [*V*] || 11 ut sint res] ut sint tres [*V*] || 15 hosce asses] hosce asces || 591, 1 his tres] **hi**[438]) tres [*V**] || 3 ut sit] ut **fit**[439]) [*V**] || 4 opus fuit] opufuit[440])

tius constaret, *potuit* scripturam tamquam tolerabilem significarem || [437]) sic Mueller || [438]) sic Mueller || [439]) sic Mueller || [440]) hanc formam probavit Lachm. in Lucr. I 186 p. 29. Conf. tamen Spengel De emend. rat. p. 7

Lipsiae, typis Breitkopfii et Haertelii.

DE SENATU ATHENIENSIUM

QUAESTIONES EPIGRAPHICAE SELECTAE

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

VICTOR HEYDEMANN

SEDINENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

PIIS MANIBUS PATRIS CARISSIMI

ALBERTI HEYDEMANN

S.

Cum quaestionem difficilem de provincia senatus Atheniensium retractare susciperem, quae scriptores rerum Graecarum sive historici sive oratores sive alii de illo saepe non tam referunt quam obiter tangunt, iis maximam partem neglectis inscriptionum Atticarum fere solarum rationem habui, non quo existimarem ex testimoniis veterum scriptorum nihil iam novi disci posse, sed quod multo facilius esse duxi fontes nondum satis exhaustos adire quam in vias, quas plurimi iique doctissimi viri antea iam ingressi essent, denuo me dare. Neque vero me fugit hac ratione rem in periculum quoddam adductam esse, cui me saepius semel succubuisse ipse probe scio. Cum enim alter titulus haec, alter illa, utcunque fors tulit, quae memoratu digna sint, de senatu Atheniensi doceat, difficillimum est omnia ita in commentationis formam redigere, ut singula arte inter se cohaereant et opportunus capitum ordo, qualem tenere maluissem, efficiatur. Disposui autem argumentum ita, ut praemissis observationibus quibusdam de senatus in pecuniis publicis administrandis auctoritate agerem

I. de eiusdem auctoritate in honoribus tribuendis,

II. de iurisdictione senatus,

III. de senatu operibus publicis praefecto,

IV. de senatus potestate in sociorum tributis censendis,

V. de senatus in commercio populi Atheniensium cum aliis civitatibus, praecipue in foederibus componendis potestate.

Denique appendicis loco addidi adnotationes quasdam ad titulum C. I. A. I 52.

Ceterum de recta via interdum decedenti mihi senatumque per breve tempus deserenti fore ut ignoscatur spem concipio.

Rudolfo autem Schoellio, quem praeceptorem habuisse summo mihi lucro duco, quantum cum in universis meis litterarum studiis tum in hoc opusculo conficiendo debuerim, quin grato animo palam profitear, praetermittere non possum.

De senatus Atheniensium auctoritate in pecuniis publicis administrandis pauca exponam, quae praesertim ad Calliae decretum illud pertinent (C. I. A. I 32), quo senatus populusque Atheniensium aes alienum a re publica reliquorum deorum aerariis debitum solvi iubent. Atque cum v. 9 sqq. prytanibus una cum senatu praeceptum sit, ut debita reddant, iam edicitur: quaestores a populo creandos, qui posthac sacras deorum res et pecunias omnes in opisthodomo deponendas administrent, coram senatu in arce res sacras ab eis, qui easdem usque ad id tempus administraverint, accurate numeratas pensasque accipere. Ex quo edicto Boeckhius (*Staatshaush. d. Ath.* I 220. Cf. Schoemann, *Gr. Alt.* I 397) non solum hos reliquorum deorum quaestores, sed etiam ipsos deae Minervae quaestores praesente senatu successoribus res sacras tradidisse idque, quotiescunque collegium quaestorum munere se abdicaverit, repeti solitum fuisse conclusit. Non ita iusto iure, opinor. Immo quia novum reliquorum deorum aerarium conditur novusque ei magistratus quaestorum praeficitur, quaestoribus res sacras accipientibus senatus adesse iubetur. Sed num quotannis traditionibus pecuniarum rerumque sacrarum adfuerit senatus nescimus; quod si quis negaverit, me non habebit refragantem.

Eodem in lapide illud quod praecedit (v. 7 sqq.): *λογισάσθων δὲ [οἱ λ]ογισταὶ οἱ τριάκοντα οἵπερ νῦν τὰ ὀφειλόμενα τοῖς θεοῖς ἀκρ[ιβῶ]ς· συναγωγῆς δὲ τῶλλογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω*, praeterire non licet. Logistae igitur aes alienum dis debitum una cum usuris accurate computare iubentur, ad quem computum instituendum senatui eos convocare, quando ipsi placeat, permittitur: nimirum quia

materia computandi in senatus manu erat (cf. v. 11 sq. et infra p. 9).[1] Crediderit autem quispiam illis verbis, cum sua sponte ut logistas convocaret per senatum non steterit, a populo demum hoc ei concedi. Atqui num ne ea quidem potestate senatum fuisse censeamus, ut collegium logistarum, cui ipse, summus scilicet in pecuniis publicis administrandis Atheniensium magistratus, praeerat, ultro convocare non potuerit? Potius ita verba *συναγωγῆς δὲ τῶλλογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω* accipienda sunt, ut populus senatui copiam faciat quandocunque voluerit logistis negotium praecipiendi, tempore non definito intra quod computus perficiendus sit. Unde et ordo et tempus operae exequendae senatus arbitrio permittitur.

Ceterum *βουλὴν αὐτοκράτορα* vel *κυρίαν* habes etiam C. I. A. IV 22a, in decreto de rebus Milesiorum ordinandis, quod valde mutilatum ad nos pervenisse dolemus 17 -- *ἡ βουλὴ τῆς φυλακῆς· τῶν δὲ ψηφ[ισμάτων* --- 18 *ἂν ἐπιτ[άττη]ται, ἡ βουλὴ αὐτοκράτ[ωρ* --[2]. Addo autem locum C. I. A. II 17 v. 34 sq.: *[ἐὰν δὲ τυγ]χάν[η]ι τῶν πόλεων [τῶν ποιουμένων τ]ὴν συμμαχίαν πρὸς Ἀθην[αίους σ]τ[ῆλαι οὖσαι Ἀθήνησι ἀνεπιτήδειο[ι, τ]ὴμβουλὴν τὴν ἀεὶ βουλεύουσαν κυρίαν ε[ἶν]αι καθαιρεῖν.* Certe columnas publice collocatas, postquam populi scito decreta irrita facta sunt, deici iubere neque senatui neque ulli magistratui licebat nisi diserto populi iussu. Itaque in foedere Atheniensium Thessalorumque anni 361/0 a. Ch. (in *Mittheil. d. deutsch. archaeol. Instit. in Athen* II 291) ipse populus iubet: *[τὴ]ν δὲ στ[ή]λ[ην τὴ]ν πρὸ[ς Ἀ]λ[έξα]νδ[ρ]ον [κα]θ[ε]λ[ε]ῖν [τ]οὺς [ταμία]ς*

[1]) Pariter logistae Ol. 90 pecunias 'quae cum per undecim annos Ol. 86, 4—89, 2 ad belli (Archidamii) usus e thesauris Minervae et reliquorum deorum mutuo essent sumptae, finito bello debebantur, una cum usuris' populi iussu computant: v. C. I. A. I 273 (p. 146).

[2]) Cf. etiam Hartel. *Demosthen. Studien* II 111, qui inter se confert hos locos: C. I. A. II 66 b, v. 10 sq.: *ἐὰν δέ [του ἐνδεὲς ᾖ τόδε τ]ὸ ψή[φ]ισμ[α], τ[ὴ]ν [β]ουλ[ὴν] κυρίαν εἶναι*, et Boeckh. docum. naval. p. 467: *ἐὰν δέ του προσδέ[η]ται τόδε τὸ ψήφισμα τῶν περὶ τὸν ἀπόστολον, τὴν βουλὴν κυρίαν εἶναι ψηφί[ζ]εσθαι, μὴ λύουσαν μηθὲν τῶν ἐψηφισμένων τῷ δήμῳ.*

τῆς θεοῦ τ[ὴν π]ερ[ὶ τῆ]ς [σ]υμμαχία[ς], quod foedus cum Alexandro Pheraeo anno 368 ictum esse Diodorus (15, 71) refert. Koehlerus adnotat: '*Die Säule stand auf der Burg, daher werden die Schatzmeister der Athene mit der Ausführung des Beschlusses beauftragt.*' Sic etiam Alcibiade a. 408 Athenas reverso ecclesia convocata decrevit columnam, in qua damnatio illius perscripta erat, delendam esse: cf. Diodor. 13, 69: *ἔπειτα δὲ τὰς στήλας κατεπόντισαν, ἐν αἷς ἡ καταδίκη καὶ τἄλλα τὰ κατ' ἐκείνου κυρωθέντα.* Ceterum simili modo atque fit in titulo C. I. A. II 17 alibi quoque senatus aut prytanes senatus iubentur tabulas publicas aut nomina in tabulis inscripta delere. Ita C. I. A. IV 61a, v. 33 sqq. decernitur: *καὶ [ἐ]ξαλεῖψαι τὰ ὀνόμα[τα τῶν ὁμήρ]ων τῶν Σηλυμ[β]ριανῶν καὶ τῶν ἐγγυη[τῶν εἶναι κ]ύριον τὸν γραμ[μα]τέα τῆς βουλῆς, [ὁ]π[όσοι εἰσὶ γεγ]ραμμένοι, ἐναντίον τῶμπρυτάνε[ων].* Iam quae I 32 verbis modo citatis adduntur: *ἀποδόντων [δὲ τ]ὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις, μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων, ἐπει[δὰν] ἀποδῶσι, ζητήσαντες τά τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα καὶ ἐάμπ[ου ἄλ]λοθι ᾖ γεγραμμένα*, ea opportune illustrantur loco, qui extat in Patroclidis decreto de restituendis in integrum debitoribus publicis (Andoc. de myst. 79): *τὰ δὲ ἄλλα πάντα* (sc. *ὀνόματα*) *ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλὴν κατὰ τὰ εἰρημένα πανταχόθεν, ὅπου τι ἔστιν ἐν τῷ δημοσίῳ, καὶ εἰ ἀντίγραφόν που ἔστι, παρέχειν τοὺς θεσμοθέτας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς.* Videmus eis, quorum in custodiam illa documenta data sunt, quaestoribus Minervae, practoribus, scribae senatus, denique prytanibus et senatui ipsi negotium delendorum documentorum mandari.

Ceterum similis negotiorum ordo atque in titulo C. I. A. I 32 singillatim praescribitur in inscriptione gravissima de chalcothecae rebus recensendis (Ol. 105, 3/4 vel 106, 3/4) II 61 v. 7 sqq.: *παρ[εῖ]να[ι δὲ καὶ τοὺς ταμίας] τῆς θεοῦ ὅσοι ἐταμίευσαν ἀπ[ὸ Μ]ό[λ]ω[νος ἄρχοντος· ἀ]νειπεῖν δὲ καὶ τὸγκήρυ[κ]α τῆς βου[λῆ]ς παρ[εῖναι τὰ]ς ἀρχὰς ταύτας εἰς τὴν ἡμέραν ἣν ἄ[ν] π[ρο]γράψω[σιν οἱ] πρυτάνεις· παραγγεῖλαι δὲ τοὺς πρυτάν[ε]ι[ς] καὶ Ε[ὐκλ]εῖ τῷ δημοσίῳ ἥκειν εἰς*

ἀκρόπολιν γρα[ψόμ]ενον τ[ὰ] ἐν τῇ χαλκοθήκῃ. καὶ ἐπειδὰν τὸ οἴκημα ἀ[νοι]χθῇ ἐξετάζειν κατὰ ἔθνος ἕκαστα καὶ ἐπιγράφειν τ[ὸν] ἀριθμόν, ἀντιγράφεσθαι δὲ τὸγγραμματέα τὸγ-κατὰ [πρ]υτανείαν καὶ τοὺς ἄλλους γραμμα(τέ)ας τοὺς ἐπὶ τοῖ[ς δ]ημοσίοις γράμμασιν . . . Chalcothecae igitur perlustrandae die a prytanibus statuenda acciti per senatus praeconem adesse iubentur strategi, hipparchi, phylarchi, taxiarchi et fortasse etiam alii eiusdem generis magistratus (v. 4 sqq.), deinde quaestores deae ii, qui inde a Molone archonte (Ol. 104, 3) munere functi sint[1]), postremo Eucles servus publicus, qui chalcothecae res recognoscat. *Ἀντιγραφέων* munus scribae prytanum aliisque scribis mandatur. Totum examen haud dubie coram prytanibus factum est, quippe qui diem rerum recensendarum statuant et Euclem servum publ. in arce adesse iubeant. Recensu autem perfecto senatus laterculum a scriba suo factum et per prytanes propositum cum tabulis antea scriptis comparare itaque quid deficiat, certior fieri, deinde, qua ratione id apte suppleatur, consilium cum populo communicare iubetur: 22 sqq. *ποιήσασθαι δὲ τὸγγραμματέα τ[ῆς β]ουλῆς ἀντίγραφα ἐκ τῶν στηλῶν τὰ ἀναγεγραμμένα [πε]ρὶ τῶν ἐν τῇ χαλκοθήκει· ἐπειδὰν δὲ ταῦτα παρασκ[ευα]σθεῖ, το[ὺ]ς πρυτάνε[ι]ς προγράψαι περὶ τούτων [ἐν βουλευ]τηρίῳ ὅτ[α]ν οἷόν τε ᾖ, ἀκούσασ[αν δὲ τὴν] βου-[λὴν ἀ]ντα[ν]αγιγνωσκομένων τ[ῶν ἀναγεγραμμένων* (?) *ἐν τῇ] χαλκο[θήκ]ει πρὸς τὰ ἀναγεγρ[αμμένα ἐν ταῖς στήλαις ἐ]άν τ[ινος] δέῃ προβουλεύσασ[αν ἐξενεγκεῖν εἰς τὸν δ]ῆμον, ὅ[πως ἂ]ν ἀκούσας ὁ δῆμος βου[λεύῃ πῶς ἀναπληρ]ωθήσετ[αι τὰ ἐ]λλείποντα.*

---

[1]) Cum his cf. C. I. A. I 32 B, v. 26 sq.: . . *μετὰ τῶν τ[εττάρ]ων ἀρχῶν, αἳ ἐδίδο[σαν ἀεὶ τὸν λόγον ἐκ Παν]αθηναίων ἐς Πα[ναθήν]αια*. . . Kirchhoff, *Bemerkungen zu den Urk. der Schatzmeister der anderen Götter* p. 9 sq..

DE SENATUS AUCTORITATE IN HONORIBUS TRIBUENDIS.

Transeamus nunc ad potestatem in honoribus publicis, quales sunt laudationes coronae proxenia, tribuendis senatui concessam. Ac primum quidem apparet quemvis hominem, qui de senatu bene meritus esset, ab eo ipsius nomine et privatim, ut ita dicam, laudari vel coronari potuisse, prorsus ut cuilibet collegio magistratuum paganorum tribulium aliorum viros bene meritos laudare vel coronare licebat — dummodo ne pecunia illis honoribus impendenda ex aerario publico erogaretur. Velut C. I. A. II 114 senator quidam a senatu laudatur hoc decreto facto (A v. 4): *κρίσιν ποιῆσαι τῶν λεγόντων ἐν τῇ βουλῇ ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτ[α]νείας καὶ τιμῆσαι ὃς ἂν δοκῇ αὐτῇ ἄριστα λέγων καὶ πράττων καὶ ἀδωροδοκήτως ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων διατετελεκέναι τὸν ἐνιαυτόν.* Destinatur Phanodemus, qui aurea corona donatur, ad quam faciendam quingentae drachmae ex aerario senatus assignantur: *τὸ δὲ ἀργύριον εἶναι τὸ εἰς τὸν [στέ]φανον ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῇ βουλῇ.* In eadem inscriptione alter quoque senator non arbitrio facto, sed suadente uno ex senatoribus corona aurea quingentarum drachmarum honoratur, quam Brachyllo rogante quinque *βουλευταί* pecunia ab omnibus senatoribus collata facere iubentur: *ὅπ[ως] δ' ἂν ποηθῇ ὁ στέφανος καὶ ᾖ φανερὰ ἡ δωρεὰ ἡ πα[ρὰ τῆς βουλῆ]ς, ἑλέσθαι πέντε ἄνδρας τὴν βουλὴν αὐτίκα μάλα οἵτινες ποήσονται τὸν στέφανον - - - - [τὸ δὲ ἀρ]γύριον εἶναι εἰς τὸν στέφανον π[α]ρ' [ἑκ]άστου τῶν βουλευτῶν.* Hanc Brachylli rogationem senatores secuti sunt reiecta Anticratis cuiusdam, qui idem quod de Phanodemo erat decretum rogaverat: *τοὺς δὲ ταμί[ας δοῦναι τ]ὸ ἀργύριον ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀνα[λισκο]μένων τῇ βουλῇ.*

Per psephismata summam pecuniae a senatu impendendae statutam esse ex hoc tantummodo lapide et n. 61 compertum

habemus[1]), ubi indicem instrumenti chalcothecae *ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῇ βουλῇ* fieri populus iubet (v. 20 sqq.): *[ἐς] δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τοὺς ταμίας [τῆς] βουλῆς: ΔΔΔ: [δρ]αχμὰς ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλ[ισκο]μένων τῇ βουλῇ.* Neque igitur populi solum rebus pendendis certa aerarii summa decretis assignabatur, id quod formula saepissime adhibita: *ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ* significat, sed etiam senatus partim suas res, ut senatorum honores, partim rei publicae, ut catalogum chalcothecae, *ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῇ βουλῇ* solvebat. Ceterum uterque titulus, medio fere quarto saeculo positus (Koehler. Herm. V 13), duos quaestores senatus profert (cf. 114 C. v. 7 sqq.), cum postea unum tantum fuisse constet.

Quaestores et scribae senatus, quoniam erant *βουλευταί*, a senatu solo et ipsi honore afficiuntur[2]): C. I. A. II 329. 390. 391. 393. 394. 431. 440. 487. Uno titulo 454 senatus populusque coniuncti utrumque magistratum laudant (v. Hartel. *Stud. z. Att. Staatsr.* p. 73). Prytanes autem quamvis sint senatores nusquam videmus a senatu solo laudari. Immo Hartel. (ib. p. 240. cf. p. 67), cum prytanes plebiscitis, quae a formula *ἔδοξεν τῷ δήμῳ* incipiunt, laudari soleant (cf. 390. (391). 392. 417. 425. (426). 431, 1. 432), inde efficit hac in re populum non certi probuleumatis formulam secutum esse, verum rogationem ab ipsa ecclesia profectam, quam rem ita explicat, honorem illum nisi populus ultro cuiquam contulisset, parvi tantum pretii fuisse. Quod etiamsi verum esse concedam, tamen senatus quoque partes legitimas fuisse in ea materia tractanda titulo 567 demonstratur, qui anno Ol. 123, 4 scriptus reliquos illos aetate superat[3]). Hoc lapide prytanes Aegeidis tribus a contribulibus privatim laudantur, postquam eos senatus populusque *κατὰ τὸν νόμον*, i. e. publice coronavit: *ἐπειδὴ οἱ βουλευταὶ τῆς Αἰγηίδος [φ]υλῆς*

[1]) Cf. Boeckh. *Staatshaush.* I 232. Hartel. *Stud. z. Att. Staatsr.* 131.
[2]) Cf. Koehler. in Herma Borol. V 334.
[3]) Cf. Koehler. l. l. 333.

οἱ ἐπὶ Διοτίμου ἄρχοντος καλῶς [κ]αὶ δι[κα]ίως ἐβούλευσαν καὶ ἐπρυτάνευσ[αν] τὴν πρυτανεία[ν] ἣν ἔλαχον καὶ διὰ τα[ῦτα] αὐτοὺς ἡ βουλὴ καὶ ὁ δ[ῆμος ἐ]στεφά[ν]ωσαν χρ[υσ]ῷ στεφάνω]ι [κατὰ τὸν ν]όμ[ον, ἀ]γαθῇ τύχῃ δεδό[χθ]αι [τοῖς φυλέταις ἐπαινέσ]α[ι] τοὺς βουλευτὰ[ς] τῆς Αἰγηίδο[ς φυλῆς] . . .

Quod autem hoc loco prytanes primum a senatu populoque, deinde a contribulibus ornantur, similis res esse videtur n. 562 (Ol. 110, 3) in Bularcho quodam, taxiarcho Cecropidis tribus, et a senatu et a tribulibus[1]) laudato et a senatu quidem oleagina, a tribulibus aurea corona donato. Quamquam ea res aliter explicanda est. Atque Bularchum proeliorum illorum, quae a. Ol. 110, 2 non multo ante pugnam Chaeronensem inter Graecos et Macedones commissa sunt, (Dem. 18, 216) alteriutri vel utrique adfuisse Kirchhoff. (in *Monatsber. der Berl. Akad.* 1863 p. 8) sagaciter conclusit, quare ob fortitudinem ([*ἐπειδὴ* . . .] *Βο[ύλ]α[ρχος . . . ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο περ]ὶ τοὺς σ[τρατευσαμένους]*) laudem ei a senatu, qui exercitui providet, impertiri par est. Quid autem sibi volunt *οἱ φυλέται*? Illud enim mirum, quod senatus decretum tribulium Bularchi iussu lapidi inciditur — neque enim priori decreto clausula additur de pila inscribenda — idque adeo per tribules mandatur scribae prytaniae: *παραλαβεῖν*?] *δὲ τόδε τὸ ψήφισμ[α τὸν γρ]αμμα[τέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ*] *ἐπὶ τὸ ἀνάθημα ἐπιγρ[άψ]αι καθά[περ τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς*]. Vix enim aliter haec suppleri possunt: nec de scriba tribus cogitare licere Koehlerus vidit. Certe tribuum scita plerumque curatoribus (*ἐπιμεληταῖς*) tribus inscribenda mandantur: cf. 553. 554. 557—559. Denique siquidem recte suppletur in extremo senatus decreto [*εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλο ἀγαθὸν εὑρέσ*]*θαι παρὰ τῶ[ν φυλετῶν*: quo iure dicamus formulam sollemnem probuleumati ad populum ferendo aptam (cf. Hartel. *Att. Staatsr.* 230 sqq.) ad

---

[1]) Nam quod prius decretum a tribu (*φυλῇ*) ut exercitus parte, alterum a tribulibus fieri Kirchhoffio visum est, prava Velseni lectione *ἡ φυλή* v. 14 nititur: *ἡ βουλή* extare testatur Koehlerus.

tribulium concilium referri. cui nihil commune erat cum senatu? At ne multa, *φυλέται* intellegendi sunt **senatores** qui tum erant tribus Cecropidis: qui cum ex senatus sententia et ipsi peculiari decreto Bularchi tribulis sui honores augerent, id ut publice perscriberetur prytaniae scribae senatori committere facile poterant. Pariter in decreto senatus II 329 quaestore et scriba tribus Aegeidis laudatis *εὐσεβείας ἕνεκα τῆ ς π ρὸ ς το ὺς θεοὺς καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς τοὺς φυλέτας* additur *ἐπαινέσαι δὲ καὶ ἐκ τῶν φυλετῶν Καλλικρά την Κ[ολλ] υτέα* — redit id nomen infra in prytanum recensu —: ubi *τῶν πρυτάνεων* pro *ἐκ τῶν φυλετῶν* sine causa Kirchhoffius legere malit. Nam etiam in summariis infra adscriptis quod praeter solita *ὁ δῆμος τοὺς πρυτάνεις, οἱ ἀΐσιτ[ο]ι τὸν ταμίαν Νικοκράτην* quinquies comparet *οἱ φ[υλ]έται τὸν ταμίαν Νικοκράτην, οἱ φυλέται Καλλικράτην Κολ[λ]υτέα, οἱ φυλέται τὸν γραμματέα Ἀν[τι]σθένην* etc.: *φυλέται* ipsi senatores sunt et prytanes qui tribules suos munere functos honore afficiunt. Eodem referri potest fragmentum 568 *οἱ φυλέται Σάτυρον Πρωτομήδου Ἀθμονέα.* Laudatur igitur Bularchus cum a senatu ipso tum a decima senatus parte, senatoribus tribus Cecropidis.

Porro senatus solius decretum honorarium est II 258 (Ol. 119, 1), ubi Eucharem laudat, quia *[ἐπε]μελήθη δὲ καὶ τῆς [ἀναγ]ρ[αφῆς τῶν ν]όμων, ὅπως ἂν ἐκτε[θῶσι] πά[ντες οἱ νεν]ομοθετημένοι [ἐπὶ] Φερεκ[λέους] ἄρχοντος σκοπεῖ[ν τῶ]ι βουλο[μένω]ι καὶ μηδὲ εἷς ἀγν[οῆ] τοὺς τῆς [πό]λεως νόμους.* Ornatur autem Euchares corona oleagina, quam certe pariter atque ipsam pilam (v. 18 sqq.: *ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στῆσαι ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου*) ex senatus aerario datam esse constat. Idem quod leges perscripsit Euchares, senatui potissimum gratum fecisse his verbis praedicatur: *δεδόχθαι τῇ βουλῇ ἐπαινέσαι Εὐχάρην . . ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τὴν βουλήν.* Sic 329 quoque in altero senatus decreto quaestor senatus *εὐσεβείας ἕνεκα τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς τὴν βουλὴν* laudatur: nec dubito quin 562 Bularchus per senatum coronetur

[ἀνδραγαθίας ἕνεκα καὶ] φιλοτιμίας [τῆς εἰς τὴν βουλήν], neque vero, quod Koehlerus supplevit, τῆς εἰς τὸν δῆμον. Ut vero centum annis ante novae leges liberae reipublicae restitutae per nomothetas a senatu electos propositae, per senatum et nomothetas a paganis electos (Andoc. de myst. 83) promulgatae sunt, sic earum quoque legum ferendarum, quas Pherecle archonte latas esse nimirum post Demetrii Phalerei leges abrogatas titulus testatur[1]), senatus particeps fuisse potest. Ipse autem Euchares num ex senatoribus fuerit, dubium est.

Ephebos Atheniensium corona aurea, quam peracta ephebia accipere solebant, non a senatu sed iussu populi honorari solere tituli docent cum alii tum II 316, 'antiquissimus inter omnia decreta ephebica', cuius argumentum hoc est. Cum qui Menecle archonte ephebi fuerant, quamquam bene se gesserant, fortasse propter belli tumultum praemium suum, coronam dico, non reportaverint, conquestis illis senatus obsecutus ad populum fert, ut ipsi quoque praemio donentur, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ δ[ιαμείν]α[ν]τες τετίμηνται (v. 13 sq.), atque populus coronam auream iis addicit. Primo demum a. Chr. saeculo in titulis duobus 481 et 482 senatus decretis ephebi et cosmetae honorantur: quibus iniuria n. 466 adnumerat Hartel. *Att. Staatsr.* 86, deceptus v. 39, ubi in lapidis hiatu supplendum est δεδόχθαι τῇ βουλ[ῇ τοὺς λαχόντας προέδρους κτλ.: nimirum formula probuleumativa non plena perscripta erat, sed indicata tantum pariter atque n. 467, 45 et 96. Atque recte Koehler ad n. 481: 'in utroque titulo cosmetae et ephebis honores decernuntur non iam a senatu et populo, sed a senatu solo', id quod affert ille, ut demonstret tempore, quo uterque positus sit, 'statum rerum publicarum a temporibus antiquioribus diversum fuisse'. Ceterum ephebi in fine ephebiae 'senatui ostendebant, quid in armis rebusque tacticis profecissent' (Dittenberger. de ephebis p. 27. Dumont *essai sur l' ephébie attique* I 136), cf. 466 v. 37. 467 v. 42. 468 v. 26. 469 v. 29. 471 v. 33: ἐποιή-

---

[1]) Cf. Meier. comment. epigraph. p. 18 et R. Schöll. in Comment. in hon. Th. Mommseni p. 470.

materia computandi in senatus manu erat (cf. v. 11 sq. et infra p. 9).[1]) Crediderit autem quispiam illis verbis, cum sua sponte ut logistas convocaret per senatum non steterit, a populo demum hoc ei concedi. Atqui num ne ea quidem potestate senatum fuisse censeamus, ut collegium logistarum, cui ipse, summus scilicet in pecuniis publicis administrandis Atheniensium magistratus, praeerat, ultro convocare non potuerit? Potius ita verba *συναγωγῆς δὲ τῶλλογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω* accipienda sunt, ut populus senatui copiam faciat quandocunque voluerit logistis negotium praecipiendi, tempore non definito intra quod computus perficiendus sit. Unde et ordo et tempus operae exequendae senatus arbitrio permittitur.

Ceterum *βουλὴν αὐτοκράτορα* vel *κυρίαν* habes etiam C. I. A. IV 22a, in decreto de rebus Milesiorum ordinandis, quod valde mutilatum ad nos pervenisse dolemus 17 -- *ἡ βουλὴ τῆς φυλακῆς· τῶν δὲ ψηφ[ισμάτων* --- 18 *ἂν ἐπιτ[άττη]ται, ἡ βουλὴ αὐτοκράτ[ωρ* --[2]). Addo autem locum C. I. A. II 17 v. 34 sq.: *[ἐὰν δὲ τυγ]χάν[η]ι τῶν πόλεων [τῶν ποιουμένων τ]ὴν συμμαχίαν πρὸς Ἀθην[αίους σ]τ[ῆ]λαι οὖσαι Ἀθήνησι ἀνεπιτήδειο[ι, τ]ὴμβουλὴν τὴν ἀεὶ βουλεύουσαν κυρίαν ε[ἶν]αι καθαιρεῖν*. Certe columnas publice collocatas, postquam populi scito decreta irrita facta sunt, deici iubere neque senatui neque ulli magistratui licebat nisi diserto populi iussu. Itaque in foedere Atheniensium Thessalorumque anni 361/0 a. Ch. (in *Mittheil. d. deutsch. archaeol. Instit. in Athen* II 291) ipse populus iubet: *[τὴ]ν δὲ στ[ή]λ[ην τὴ]ν πρὸ[ς Ἀ]λ[έξα]νδ[ρ]ον [κα]θ[ε]λ[ε]ῖν [τ]οὺς [ταμία]ς*

[1]) Pariter logistae Ol. 90 pecunias 'quae cum per undecim annos Ol. 86, 4—89, 2 ad belli (Archidamii) usus e thesauris Minervae et reliquorum deorum mutuo essent sumptae, finito bello debebantur, una cum usuris' populi iussu computant: v. C. I. A. I 273 (p. 146).

[2]) Cf. etiam Hartel. *Demosthen. Studien* II 111, qui inter se confert hos locos: C. I. A. II 66 b, v. 10 sq.: *ἐὰν δέ [του ἐνδεὲς ᾖ τόδε τ]ὸ ψή[φ]ισμ[α], τ[ὴ]ν [β]ουλ[ὴν] κυρίαν εἶναι*, et Boeckh. docum. naval. p. 467: *ἐὰν δέ του προσδέ[η]ται τόδε τὸ ψήφισμα τῶν περὶ τὸν ἀπόστολον, τὴν βουλὴν κυρίαν εἶναι ψηφί[ζ]εσθαι, μὴ λύουσαν μηθὲν τῶν ἐψηφισμένων τῷ δήμῳ.*

τῆς θεοῦ τ[ὴν π]ερ[ὶ τῆ]ς [σ]υμμαχία[ς], quod foedus cum Alexandro Pheraeo anno 368 ictum esse Diodorus (15, 71) refert. Koehlerus adnotat: '*Die Säule stand auf der Burg, daher werden die Schatzmeister der Athene mit der Ausführung des Beschlusses beauftragt.*' Sic etiam Alcibiade a. 408 Athenas reverso ecclesia convocata decrevit columnam, in qua damnatio illius perscripta erat, delendam esse: cf. Diodor. 13, 69: *ἔπειτα δὲ τὰς στήλας κατεπόντισαν, ἐν αἷς ἡ καταδίκη καὶ τἆλλα τὰ κατ' ἐκείνου κυρωθέντα.* Ceterum simili modo atque fit in titulo C. I. A. II 17 alibi quoque senatus aut prytanes senatus iubentur tabulas publicas aut nomina in tabulis inscripta delere. Ita C. I. A. IV 61a, v. 33 sqq. decernitur: *καὶ [ἐ]ξαλεῖψαι τὰ ὀνόμα[τα τῶν ὁμήρ]ων τῶν Σηλυμ[β]ριανῶν καὶ τῶν ἐγγυη[τῶν εἶναι κ]ύριον τὸν γραμ[μα]τέα τῆς βουλῆς, [ὁ]π[όσοι εἰσὶ γεγ]ραμμένοι, ἐναντίον τῶμπρυτάνε[ων].* Iam quae I 32 verbis modo citatis adduntur: *ἀποδόντων [δὲ τ]ὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων, ἐπει[δὰν] ἀποδῶσι, ζητήσαντες τά τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα καὶ ἐάμπ[ου ἄλ]λοθι ᾖ γεγραμμένα*, ea opportune illustrantur loco, qui extat in Patroclidis decreto de restituendis in integrum debitoribus publicis (Andoc. de myst. 79): *τὰ δὲ ἄλλα πάντα* (sc. *ὀνόματα*) *ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλὴν κατὰ τὰ εἰρημένα πανταχόθεν, ὅπου τι ἔστιν ἐν τῷ δημοσίῳ, καὶ εἰ ἀντίγραφόν που ἔστι, παρέχειν τοὺς θεσμοθέτας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς.* Videmus eis, quorum in custodiam illa documenta data sunt, quaestoribus Minervae, practoribus, scribae senatus, denique prytanibus et senatui ipsi negotium delendorum documentorum mandari.

Ceterum similis negotiorum ordo atque in titulo C. I. A. I 32 singillatim praescribitur in inscriptione gravissima de chalcothecae rebus recensendis (Ol. 105, 3/4 vel 106, 3/4) II 61 v. 7 sqq.: *παρ[εῖ]να[ι δὲ καὶ τοὺς ταμίας] τῆς θεοῦ ὅσοι ἐταμίευσαν ἀπ[ὸ Μ]ό[λ]ω[νος ἄρχοντος· ἀ]νειπεῖν δὲ καὶ τὸγκήρυ[κ]α τῆς βου[λῆ]ς παρ[εῖναι τὰ]ς ἀρχὰς ταύτας εἰς τὴν ἡμέραν ἣν ἂ[ν] π[ρο]γράψω[σιν οἱ] πρυτάνεις· παραγγεῖλαι δὲ τοὺς πρυτάν[ε]ι[ς] καὶ Ε[ὐκλ]εῖ τῷ δημοσίῳ ἥκειν εἰς*

ἀκρόπολιν γρα[ψόμ]ενον τ[ὰ] ἐν τῇ χαλκοθήκῃ. καὶ ἐπειδὰν τὸ οἴκημα ἀ[νοι]χθῇ ἐξετάζειν κατὰ ἔθνος ἕκαστα καὶ ἐπιγράφειν τ[ὸν] ἀριθμόν, ἀντιγράφεσθαι δὲ τὸγγραμματέα τὸγ κατὰ [πρ]υτανείαν καὶ τοὺς ἄλλους γραμμα(τέ)ας τοὺς ἐπὶ τοῖ[ς δ]ημοσίοις γράμμασιν . . . Chalcothecae igitur perlustrandae die a prytanibus statuenda acciti per senatus praeconem adesse iubentur strategi, hipparchi, phylarchi, taxiarchi et fortasse etiam alii eiusdem generis magistratus (v. 4 sqq.), deinde quaestores deae ii, qui inde a Molone archonte (Ol. 104, 3) munere functi sint[1]), postremo Eucles servus publicus, qui chalcothecae res recognoscat. *Ἀντιγραφέων* munus scribae prytanum aliisque scribis mandatur. Totum examen haud dubie coram prytanibus factum est, quippe qui diem rerum recensendarum statuant et Euclem servum publ. in arce adesse iubeant. Recensu autem perfecto senatus laterculum a scriba suo factum et per prytanes propositum cum tabulis antea scriptis comparare itaque quid deficiat, certior fieri, deinde, qua ratione id apte suppleatur, consilium cum populo communicare iubetur: 22 sqq. *ποιήσασθαι δὲ τὸγ γραμματέα τ[ῆς β]ουλῆς ἀντίγραφα ἐκ τῶν στηλῶν τὰ ἀναγεγραμμένα [πε]ρὶ τῶν ἐν τῇ χαλκοθήκει· ἐπειδὰν δὲ ταῦτα παρασκ[ευα]σθεῖ, το[ὺ]ς πρυτάνε[ι]ς προγράψαι περὶ τούτων [ἐν βουλευ]τηρίῳ ὅτ[α]ν οἷόν τε ᾖ, ἀκούσασ[αν δὲ τὴν] βου[λὴν ἀ]ντα[ν]αγιγνωσκομένων τ[ῶν ἀναγεγραμμένων (?) ἐν τῇ] χαλκο[θήκ]ει πρὸς τὰ ἀναγεγρ[αμμένα ἐν ταῖς στήλαις ἐ]άν τ[ινος] δέῃ προβουλεύσασ[αν ἐξενεγκεῖν εἰς τὸν δ]ῆμον, ὅ[πως ἂ]ν ἀκούσας ὁ δῆμος βου[λεύῃ πῶς ἀναπληρ]ωθήσετ[αι τὰ ἐ]λλείποντα.*

---

[1]) Cum his cf. C. I. A. I 32 B, v. 26 sq.: . . *μετὰ τῶν τ[εττάρ]ων ἀρχῶν, αἳ ἐδίδο[σαν ἀεὶ τὸν λόγον ἐκ Παν]αθηναίων ἐς Πα[ναθήν]αια*. . . Kirchhoff, *Bemerkungen zu den Urk. der Schatzmeister der anderen Götter* p. 9 sq..

DE SENATUS AUCTORITATE IN HONORIBUS TRIBUENDIS.

Transeamus nunc ad potestatem in honoribus publicis, quales sunt laudationes coronae proxenia, tribuendis senatui concessam. Ac primum quidem apparet quemvis hominem, qui de senatu bene meritus esset, ab eo ipsius nomine et privatim, ut ita dicam, laudari vel coronari potuisse, prorsus ut cuilibet collegio magistratuum paganorum tribulium aliorum viros bene meritos laudare vel coronare licebat — dummodo ne pecunia illis honoribus impendenda ex aerario publico erogaretur. Velut C. I. A. II 114 senator quidam a senatu laudatur hoc decreto facto (A v. 4): *κρίσιν ποιῆσαι τῶν λεγόντων ἐν τῇ βουλῇ ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτ[α]νείας καὶ τιμῆσαι ὃς ἂν δοκῇ αὐτῇ ἄριστα λέγων καὶ πράττων καὶ ἀδωροδοκήτως ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων διατετελεκέναι τὸν ἐνιαυτόν.* Destinatur Phanodemus, qui aurea corona donatur, ad quam faciendam quingentae drachmae ex aerario senatus assignantur: *τὸ δὲ ἀργύριον εἶναι τὸ εἰς τὸν [στέ]φανον ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῇ βουλῇ.* In eadem inscriptione alter quoque senator non arbitrio facto, sed suadente uno ex senatoribus corona aurea quingentarum drachmarum honoratur, quam Brachyllo rogante quinque *βουλευταί* pecunia ab omnibus senatoribus collata facere iubentur: *ὅπ[ως] δ' ἂν ποιηθῇ ὁ στέφανος καὶ ᾖ φανερὰ ἡ δωρεὰ ἡ πα[ρὰ τῆς βουλῆ]ς, ἑλέσθαι πέντε ἄνδρας τὴν βουλὴν αὐτίκα μάλα οἵτινες ποιήσονται τὸν στέφανον - - - - [τὸ δὲ ἀρ]γύριον εἶναι εἰς τὸν στέφανον π[α]ρ' [ἑκ]άστου τῶν βουλευτῶν.* Hanc Brachylli rogationem senatores secuti sunt reiecta Anticratis cuiusdam, qui idem quod de Phanodemo erat decretum rogaverat: *τοὺς δὲ ταμί[ας δοῦναι τ]ὸ ἀργύριον ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀνα[λισκο]μένων τῇ βουλῇ.*

Per psephismata summam pecuniae a senatu impendendae statutam esse ex hoc tantummodo lapide et n. 61 compertum

Huic rei finitimum est, quod senatus ipse imagine collocanda quemlibet hominem honorare potest: quemadmodum populus sive solus sive cum utroque senatu sive cum alterutro neque minus Areopagus sive solus sive cum senatu statuas ponere solent. Qua in re si senatus una cum populo aut Areopago honorem tribuit, id totius civitatis nomine fieri consentaneum est: sin aliter, suo ipsius nomine. Et id ipsum quidem in C. I. A. vol. III his locis legimus: 574. 584. 594. 599. 655. 692. 852. 912. Porro Cumanudis in *Ἀθηναίῳ* VI 371 hunc titulum edidit '*ἔχει . . . γράμμασι τῶν Ῥωμαίων χρόνων*' Cuman.): *ἡ βουλ[ὴ] Σωσικλῆν Σφ[ή]ττιον] ἰαθέντα Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑ[γιείᾳ] προστάξαντος τοῦ θεοῦ.* et adnotavit: '*διὰ τί δὲ ἡ βουλὴ ἀνέθηκε τὸν Σωσικλῆν ἰαθέντα καὶ ὄχι αὐτὸς ἑαυτόν; ἴσως διότι ἦν πολλοῦ ἄξιος τῇ πόλει, πένης δέ*'. Quibus non habeo quae addam.

Denique quodammodo huc spectat, quod in decretis honorariis senatus proxenis vel civibus adscripticiis vel omnino hominibus bene meritis prospicere una cum strategis iubetur. Sic C. I. A. IV 94, ubi proxenia quibusdam viris datur, legimus: *ὡς [ἂ]ν μὴ ἀδ[ι]κῆται τούτ[ων] [μη]δ[ε]ί[ς], οἱ στρατη[γοί, οἳ] ἂν ὦσι [ἑκά]στοτε, καὶ ἡ [βουλὴ] ἡ ἀεὶ βουλεύου[σ]α καὶ οἱ πρ[υ]τά[νεις ἑκά]στοτε ἐ[πι]μελέσθων αὐ[τῶν]*. Simili modo scriptum est I 64. II 209, praeterea II 69. 115. 121, quibus lapidibus cives quidam fiunt. II 1 c (add. p. 396): [*ὅπως δ' ἂν*] *ταῦτα γίγνηται* (quae de Pythophane proxeno decreta sunt), *τοὺς στ[ρατηγοὺς τοὺς αἰ]εὶ στρατηγοῦντας ἐπιμ[ε]λεσθαι καὶ τὴ[ν βου]λ)ὴν τὴν ἀεὶ βουλεύ[ουσαν]*. cf. 42; 40: *ἐπιμελεῖσθαι δὲ αὐ[τοῦ] τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρ[υτάν]εις καὶ τὴν βουλ[ὴ]ν τὴν ἀεὶ [βουλ]εύουσαν ἐάν του δέηται*. cf. 119. 124; 55: *ἐπιμελεῖσθαι [δὲ α]ὐτοῦ* (Menelai Pelagonis) *καὶ τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ὄντας περ[ὶ Μα]κεδονίαν, ὅπως ἂν ἐάν του δέηται τυγχά[νῃ]*, ubi cur strategi soli Menelao consulere iubeantur facile est intellectu[1]. Senatus solus sine

[1] Menelaus hoc loco *εὐεργέτης* vocatur; postea eundem civem Atheniensem factum esse ex lapide Iliensi cognoscimus, cf. Dittenberger. in satura philologa H. Sauppio oblata p. 43. 57.

strategis II 39 sic memoratur: [καὶ τὴν βουλὴν τὴν] ἀεὶ βουλεύουσαν ἐπιμεληθῆνα]ι Μελανθίου (proxeni) κ[αὶ τῶν ἐγγόνων ὅ]του ἂν δέωνται. I 59 haec verba: [καὶ ἐπιμέλ]εσθαι αὐτῶν τὴν βουλὴν τὴν ἀεὶ β[ουλεύουσαν κα]ὶ τοὺς πρυτάνεις, ὅπως ἂν μὴ ἀδ[ικῶνται], ad Thrasybulum, quia a. 411 Phrynichum, qui in quadringentis fuerat, occiderat (Lys. c. Agorat. 71) civitate donatum et ad complures alios peregrinos homines εὐεργέτας pronuntiatos spectant. Quibus lapidibus omnibus senatus et strategi viros, qui ornantur, adiuvare, ab iniuriis defendere, si qua re indigeant, ut illam adipiscantur, operam dare iubentur. Quod qua ratione fieri potuerit, huiusmodi titulis docemur: II 115: εἶναι δὲ αὐτῷ πρόσοδον καὶ πρὸς βουλὴν καὶ πρὸς δῆμον ὅταν δέηται, καὶ τοὺς πρυτάνεις οἳ ἂν πρυτανεύωσιν ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ἂν προσόδου τυγχάνῃ. II 41: εἶναι δὲ.. Ἐπιχάρει [αὐτῷ καὶ] ἐκγόνοις καὶ πρόσοδο[ν πρὸς τὴν β]ουλὴν καὶ τὸν δῆμον [ἐάν του δέων]ται· οἱ δὲ πρυτάνεις [οἱ ἀεὶ πρυτα]νεύοντες προσαγόντω[ν]. Cf. Hartel. *Att. Staatsr.* 175 sq. Koehler. *Mittheil. d. Ath. Inst.* I 192 not. Eo igitur valet illa clausula, ut publice caveatur eorum saluti, quibus proprium ius tribuitur, fidesque publica addatur impetraturos eos si quid iusto modo a senatu aut a magistratu petierint.

DE IURISDICTIONE SENATUS.

In titulo C. I. A. I 59 Glaucippo archonte a. 409 scripto v. 39 sqq. haec leguntur: [περὶ] δὲ τῶ[ν] δωροδοκησ[άντων ἐπὶ τῷ ψηφίσματι], ὃ ἐψηφ[ί]σθη Ἀπολλ[οδώρῳ, τὴν βουλὴν βουλεῦσ]αι ἐν τῇ πρώτῃ ἕδ[ρᾳ ἐν τῷ βουλευτηρί]ῳ καὶ κολάζειν τῶν [δ]ωροδοκησάντων καταψ]ηφιζομένην, καὶ εἰς δι[κ]ασ[τήριον αὐτοὺς εἰσάγει]ν, καθότι ἂν δοκῇ αὐτῇ[ι]. Apollodorus erat Megarensis, cui propter Phrynichum interfectum a. 411 una cum Thrasybulo priori quadam contione populus civitatem dederat[1]). Quod decretum cum per cor-

---

[1]) Cf. Kirchhoff. in *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1861 p. 608.

ruptos rogatores obtinuisse coargueretur, postea irritum est factum. Quare verbis, quae exscripsi, populus senatui imperat, ut inquirat in eos, qui ad rogationem de civitate Apollodori ferendam pecuniam acceperint, et de iis aut ipse iudicet, ita tamen, ut suam multandi potestatem non transgrediatur, aut eos iudicio heliastarum iudicandos tradat. Iudicio autem senatus procul dubio eos tradebat, quibus maiorem multam quam quingentarum drachmarum imponendam esse censeret. Constat enim eum, qui *δωροδοκίας* accusatus et condemnatus erat, aut pecunia aut publicatione bonorum aut morte multatum esse [1]), senatum autem multam quingentis drachmis maiorem nemini imponere potuisse [2]). Ea autem est ratio *εἰσαγγελίας* quae vocatur in senatu actae, qualem describit [Demosth.] adv. Euerg. et Mnesib. 43, ubi orator, postquam *εἰσαγγελίαν* suam in Theophemum delatam a senatu acceptam esse dixit, sic pergit: *καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλὴ πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον* [3]) . . . Certe cum his plane consentiunt illa decreti verba, quae supra attuli: *καὶ κολάζειν τῶν δωροδοκησάντων καταψηφιζομένην καὶ εἰς δικαστήριον αὐτοὺς εἰσάγειν καθότι ἂν δοκῇ αὐτῇ.* Nisi quod singulare in hac Apollodori causa accidit, quod populus ipse actionem *δωροδοκίας* ad senatum fert eique iudicandam mandat.

Senatus, si *εἰσαγγελία* ad eum delata erat, quaestionem habebat, reus utrum crimine teneretur necne, cuius rei exemplum eadem oratio illa in Euergum et Mnesibulum habita praebet (42): *γενομένης τοίνυν τῆς κρίσεως τῷ Θεοφήμῳ ἐν τῇ βουλῇ κατὰ τὴν εἰσαγγελίαν, ἣν ἐγὼ εἰσήγγειλα, καὶ ἀποδοθέντος λόγου ἑκατέρῳ καὶ κρύβδην ψηφισαμένων τῶν βουλευτῶν,*

---

1) Cf. Meier.-Schoemann *d. Att. Proc.* 352.

2) Cf. Siegfried de multa quae *ἐπιβολή* vocatur (Berol. 1876) p. 26.

3) Cf. Poll. VIII 51: *περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται ἢ ἄρχων ἢ ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ᾽ αὐτοῦ, κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν, ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ.*

ἑάλω ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καὶ ἔδοξεν ἀδικεῖν. Quodsi ita senatus iudicabat eum, contra quem actio delata erat, iudicio esse tradendum, eiusmodi praeiudicium senatus nominabatur κατάγνωσις. De quo cf. Timocratis legem apud Demosth. adv. Timocr. 63: ὁπόσοι ⟨ἂν⟩ Ἀθηναίων κατ' εἰσαγγελίαν ἐκ τῆς βουλῆς ἢ νῦν εἰσὶν (leg. ὦσιν) ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἢ τὸ λοιπὸν καταιεθῶσι, καὶ μὴ παραδοθῇ ἡ κ α τ ά γ ν ω σ ι ς αὐτῶν τοῖς θεσμοθέταις ὑπὸ τοῦ γραμματέως τοῦ κατὰ πρυτανείαν κατὰ τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον . . . et lexicon Pollucis (VIII 88), ubi de thesmothetis dicitur: εἰσάγουσι δὲ (sc. εἰς τὴν ἡλιαίαν) καὶ δοκιμασίαν ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τ ὰ ς ἐ κ τ ῆ ς β ο υ λ ῆ ς κ α τ α γ ν ώ σ ε ι ς. Quamvis autem de ipsa εἰσαγγελίᾳ praeiudicium tantum, non iudicium esset penes senatum, tamen καταγνώσεις senatus magnum pondus habuisse consentaneum est, cum et contio et iudices rationem habere auctoritatis senatus soliti sint. Quae si tenemus, facile lapidis, qui foedus Atheniensium et Ceorum anno 363/2 factum continet (*Mittheil. d. Athen. Instit.* II 143 v. 28 sqq.), haec verba intelleguntur: ἐπειδὴ δὲ Ἰουλιητῶν οἱ παραβάντες τοὺς ὅρκους . . . . τὰς οὐ[σ]ίας ἐδήμευσαν . . . Σατυρίδου καὶ Τιμοξένου καὶ Μιλτιάδου, ὅτι κατηγόρουν Ἀντιπάτρου ὅτε ἡ βουλὴ ἡ Ἀθηναίων κατέγνω αὐτοῦ θάνατον ἀποκτείναντος τὸν πρόξενον τὸν Ἀθηναίων. Ut par fuit Antipatrum Ceum, cum proxenum Atheniensium necasset, Athenis accusari condemnarique, ita apparet illum senatus solius iudicio condemnari non potuisse. Quare ἡ κατάγνωσις τῆς βουλῆς ne hic quidem est nisi praeiudicium senatus, priusquam Antipatri rem ad iudices deferret, factum. Nihil enim nobis restat nisi ut accusationem Antipatri per εἰσαγγελίαν factam statuamus, quam plerumque ad extraordinaria delicta punienda adhibitam esse scimus[1]). Nemo autem non perspicit necem proxeno Atheniensi a cive aliquo Ceo illatam extraordinarium scelus fuisse. Sane illud notatu dignum est, quod senatus, qui in εἰσαγγελίας actione accusatoris partes agit, idem hoc loco poenam reo irrogasse

---

[1]) Meier-Schoemann p. 262.

dicitur (*κατέγνω αὐτοῦ θάνατον*): nisi forte de aestimatione poenae (quod est *τίμημα*) ab accusatore rite proposita cogitandum est.

Eadem ratione nescio an Demosthenis quoque verba interpretanda sint, quae in oratione contra Midiam habita § 116 inveniuntur. Demosthenes strictim de Nicostrato Atheniensi ab Aristarcho occiso loquitur, qua in re de Midia haec profert: *τῆς δὲ βουλῆς περὶ τούτων καθημένης καὶ σκοπουμένης* (de Aristarcho inter sicarios reo) *παρελθὼν οὗτος* (*Μειδίας*) '*ἀγνοεῖτ', ἔφη, ὦ βουλή, τὸ πρᾶγμα; καὶ τὸν αὐτόχειρα ἔχοντες* (*λέγων τὸν Ἀρίσταρχον*) *μέλλετε καὶ ζητεῖτε καὶ τετύφωσθε; οὐκ ἀποκτενεῖτε; οὐχὶ συλλήψεσθε;* Equidem cum Meiero faciam, qui editionis Midianae p. 154 ad illum locum adnotat: 'errat schol., quod senatum, apud quem ea acta esset causa, Areopagum est arbitratus, qui fuit quingentorum'[1]). Hunc enim ipsa vox *ἡ βουλή* significare videtur, cum Areopagum plerumque *ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου* appellari constet. Praeterea *γραφὴ φόνου* non apud Areopagum ipsum, sed apud archontem *βασιλέα* intendebatur[2]); *εἰσαγγελία* autem statim ad senatum quingentorum deferebatur. Quodsi voce *βουλή* senatum quingentorum significari credimus, fieri non potest, quin etiam hunc parricidam per *εἰσαγγελίαν* accusatum esse iudicemus. Nam quamquam nemo Atheniensium nesciebat a senatu solo capitis quemquam damnari non posse, tamen Midiam ita loquentem facere licebat Demostheni per exaggerationem, quia exspectandum erat, si senatus per praeiudicium Aristarchum condemnasset, fore ut is summum supplicium subiret[3]).

Clarissimum denique *εἰσαγγελίας* exemplum causa Antiphontis oratoris, Archeptolemi, Onomaclis prodit, quam a.

---

[1]) Alia A. Schaeferi opinio est (*Demosth. u. s. Zeit.* II 97): '*Der Rath, welcher den Thäter erst zu ermitteln suchte, ist schwerlich der Rath der* 500, *bei dem das* § 121 *eingelegte Zeugniss eine Eisangelie wider Aristarchos angebracht sein lässt, sondern der Areopag, wie der Scholiast zu* § 117 *richtig bemerkt*'.

[2]) Cf. Susemihl. in annal. philol. 1865 p. 368.

[3]) Susemihl. ib. p. 369.

411 hunc in modum peractam esse documentum vitae Antiphontis Pseudoplutarcheae adiectum (Westerm. biogr. p. 233 sq.) demonstrat. Postquam strategi de proditoribus senatui indicium fecerunt, ille decrevit, ut illi in vincula conicerentur et heliastae de iis iudicarent: accusare iubentur strategi cum decem senatoribus a strategis, ut synegororum vice fungantur, eligendis[1]. Id ab usitato more abhorret: neque enim synegori ab accusatoribus vel delatoribus, ut in illa causa a strategis, eligi solebant. Iudices Antiphontem et Archeptolemum perduellionis condemnaverunt. Ceterum ex hac actione Fraenkelius, qui *εἰσαγγελίαν* a senatu ad populum neque vero statim ad iudices ferri statuit (*Att. Geschworenengcr.* p. 74), collegit illo tempore normas *εἰσαγγελίας* nondum stabilitas fuisse (ib. p. 86). Atqui senatum res per denuntiationem, qualis postea *εἰσαγγελία* a Fraenkelio instituta esse perhibetur, sibi delatas nonnunquam statim heliastis mandavisse non solum ex quattuor illis locis, quos supra memoravimus, elucet: [Demosth.] c. Euerg. et Mnesib. 43. Demosth. c. Timocr. 63. Polluc. VIII 51. 88, sed etiam ex Lysiae or. c. Nicomach. § 10 patet: *Σάτυρος δ' ὁ Κηφισιεὺς βουλεύων ἔπεισε τὴν βουλὴν δήσαντας αὐτὸν (Κλεοφῶντα) παραδοῦναι δικαστηρίῳ*, ubi Cleophontem per *εἰσαγγελίαν* accusatum esse statuamus necesse est. Atque idem valet de loco orationis in senatu habitae [Demosth.] de corona trierarch. 4[2]: *ψήφισμα γὰρ ὑμῶν ποιησάντων, ὃς ἂν μὴ πρὸ τῆς ἔνης καὶ νέας ἐπὶ χῶμα τὴν ναῦν περιορμίσῃ, δῆσαι καὶ δικαστηρίῳ παραδοῦναι, καὶ ταῦτα κυρωσάντων*, quod psephisma senatus esse Kirchhoffius demonstra-

---

[1]) *περὶ τῶν ἀνδρῶν, οὓς ἀποφαίνουσιν οἱ στρατηγοὶ πρεσβευομένους εἰς Λακεδαίμονα . . . . Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ὀνομακλέα καὶ Ἀντιφῶντα συλλαβεῖν καὶ παραδοῦναι* (codd. *ἀποδοῦναι*) *εἰς δικαστήριον, ὅπως δῶσι δίκην· παρασχόντων δ' αὐτοὺς οἱ στρατηγοὶ καὶ ἐκ τῆς βουλῆς οὕστινας ἂν δοκῇ τοῖς στρατηγοῖς μέχρι ι' . . . προσκαλεσάσθων δ' αὐτοὺς οἱ θεσμοθέται ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ, καὶ εἰσαγόντων ἐπειδὰν αἱ κλήσεις ἐξήκωσιν εἰς τὸ δικαστήριον περὶ προδοσίας κατηγορεῖν τοὺς ᾑρημένους συνηγόρους καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ ἄλλος ἄν τις βούληται.*

[2]) Cf. ib. 8.

vit[1]. Etiam Andoc. de myst. 17. ubi Speusippo rogante senatus quos mysteria aperuisse servus quidam denuntiaverat, ut iudicio tradantur decernit[2] huc referri potest: quamquam et dixerit quispiam, quia *αὐτοκράτωρ* factus esset senatus (§ 15), eum ita egisse et Speusippum *παρανόμων* accusatum damnatumque esse additur. Sed quos attuli loci ad confirmandam opinionem meam sufficiunt.

Iam in quaestione de senatus potestate iudiciaria ne inscriptiones quidem navales a Boeckhio editae neglegendae sunt. Atque coercitionem senatus illustrat populiscitum anni Ol. 113, 4 de classi in mare Adriaticum mittenda p. 466. ubi iubetur: *τὴν δὲ βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀποστόλου, κολάζουσαν τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν τριηράρχων κατὰ τοὺς νόμους.* Cum senatui cura classis mittendae committeretur, simul necesse erat trierarchos neglegentes aut dicto non audientes multandi potestatem ei dari. Semel memoratur *εἰσαγγελία ἐάν τις ἀδικῇ περὶ τὰ ἐν τοῖς νεωρίοις*: p. 540. Quo loco Boeckhius (p. 64) exemplo utitur, quod supra commemoravi, orationis c. Euerg. et Mnesib. 42, ubi Theophemo *εἰσαγγελίᾳ* in eum facta prytanes diem dicunt ob armamenta non reddita (*διότι τὰ σκεύη οὐκ ἀπεδίδου*).

Gravius est, quod secundum inscriptiones navales anno Ol. 113, 3 senatus exequitur id, quod ferme novimus iudicum fuisse. Sic enim verba (p. 438 sq. et 495 sq.): '*οἵδε τῶν τριηράρχων, ὧν ἐδίπλωσεν ἡ βουλὴ ἡ ἐπὶ Χρέμητος ἄρχοντος* (Ol. 113, 3) *τὴν τριήρη, ἣν εἶχεν ἕκαστος αὐτῶν, ἀργύριον κατέβαλον τοῖς ἀποδέκταις* . . .[3]) explicanda esse cum Koehlero (*Mittheil. d. Ath. Inst.* IV 83 sq.) censeo. Utroque loco *ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων* eos trierarchos enumerant, qui triremis postquam 'a senatu duplicata est' pecuniam solverunt. Quid autem significat *διπλοῦν τὴν τριήρη*?

1) *Üb. die Rede v. trierarch. Kranze* in *Abhandl. d. Berl. Akad.* 1865 p. 74 sqq.

2) *Σπεύσιππος δὲ βουλεύων παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ δικαστηρίῳ.* Perperam de hoc loco disputavit Fraenkel. l. c. p. 88 sq.

3) Cf. p. 513 et 544.

Constat trierarchis Atticis alveos navium a civitate traditos esse, quos si trierarchia peracta usui iam non idoneos domum reportabant, rei facti sunt iudicesque decernebant, utrum novi faciendi iis imperarentur necne. Sin vero trierarchus quamvis a iudicibus condemnatus tamen novam navem non instruxerat, iterum in ius vocatus duplici poena multabatur; cf. locum quem Koehlerus citat (*Beilage* 3, A col. II v. 66 sqq.): *οὗτος* (Pausanias) *εἰσαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον ὤφλεν δύο τριήρεις καινὰς ἀποδοῦναι τῇ(ι) πόλει.* Anno autem Ol. 113, 3 pro iudicibus senatui mandatum esse videtur a populo ius triremem duplicandi trierarchorum, qui neque novam triremem aedificassent neque pro triremi certam summam solvissent. Quod cur factum sit, Koehlerus vidit, cum adnotat: '*Offenbar weil die anhängigen Fälle sich gehäuft und zu zeitraubenden Verhandlungen Veranlassung gegeben hatten*'. Sane dubitari potest num verba *οὗτος εἰσαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον κτλ.* ad eandem rem pertineant atque illa *τριηράρχων, ὧν ἐδίπλωσεν ἡ βουλὴ . . . τὴν τριήρη.* Omnino enim mirum videri potest quod in iudicio poena duplicata esse dicitur. Nam siquis debitor publicus intra certum temporis spatium debitum non solvebat, ad duplicandam summam iudicum sententia non amplius opus erat: immo ultro debitori duplum erat pendendum. Quod ita esse ex compluribus locis perspicitur: cf. Andoc. de myst. 73: *οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ . . . τούτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας, εἰ δὲ μή, διπλάσιον ὀφείλειν.* [Demosth.] c. Neaer. 7: *μὴ ἐκτισθέντος δὲ τοῦ ὀφλήματος ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας διπλοῦν ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ ὄφλημα καὶ ἐγγραφήσεσθαι Ἀπολλόδωρος* (apud practores) *τριάκοντα τάλαντα ὀφείλων τῷ δημοσίῳ* (pro quindecim). [Demosth.] c. Theocrin. 1: *τοῦ πατρὸς ἡμῶν . . ἀτυχήσαντος πρὸς τὴν πόλιν καὶ ὀφλόντος δέκα τάλαντα, καὶ τούτου διπλοῦ γεγενημένου . . .* Harpocr. s. *ἀδικίου*: *ἔστι δὲ ὄνομα δίκης. ἀποτίνυται δὲ τοῦτο ἁπλοῦν, ἐὰν πρὸ τῆς ἐνάτης πρυτανείας ἀποδοθῇ· εἰ δὲ μή, διπλοῦν καταβάλλεται.* Quibus locis iudicii nulla fit mentio. Sed in rebus navalibus aliter institutum fuisse videtur. Nam armamenta non red-

dita in iudicio esse duplicata primum probat locus p. 449 sq.: *σκευῶν ὧν ὤφειλε Δημόνικος . . . καὶ εἰσ[α]χθεὶς εἰς τὸ δικαστή[ριον] ὤφλεν τὴν διπλασίαν.* Similia psephisma senatus, quod p. 534 sqq. legitur, suppeditat: *ἐπειδὴ Σωπόλιδος . . . κατέγνωσαν οἱ δικασταί, ὅτι οὐκ ἀπεδίδου τὰ . . σκεύη . . καὶ ἐτίμησαν πλέονος ἢ τοῦ διπλασίου* (cf. p. 212)[1]. Cf. *Mittheil.* l. l. A col. I v. 68 sqq. col. II v. 6 sqq. 13 sqq. 28 sqq. 60 sq. B col. I v. 61 sqq. Eadem igitur ratione Pausaniae actio intellegenda est, quamvis in ea voces *διπλοῦν* vel *διπλασία* (sc. *τιμή*) adhibitae non sint. Neque enim ipsa re formula *ὤφλεν δύο τριήρεις καινὰς ἀποδοῦναι* (A col. II v. 68 sqq.) differt ab ea, qua triremis alicuius trierarchi duplicari dicitur.

DE SENATU OPERIBUS PUBLICIS PRAEFECTO.

Verba quae citavi (*Seeurk.* p. 466): *κολάζουσαν* (*τὴν βουλὴν*) *τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν τριηράρχων κατὰ τὸν νόμον*, si componimus cum loco decreti de reficiendis munimentis Athenarum C. I. A. II 167 v. 25: — — *ουσαν* (*συλλαβ]οῦσαν* conicit Kirchh.) *κολ[άζειν τὸν] μὴ πειθαρχο[ῦ]ν[τα]*, hic quoque de senatu agi apparet. Itaque Siegfriedio (de multa quae *ἐπιβολή* dicitur p. 26 sq.) assentior, qui sic scribit: 'Quo ex plebiscito quamvis mutilato hoc tamen cernitur totius operis custodiam senatoribus traditam iisdemque concessum fuisse, ut eos architectos, qui dicto non essent audientes, redigerent ad obsequium multis impositis'. Neque vero illud *τὸν μὴ πειθαρχοῦντα* ad solos architectos (v. 32 et 117), i. e. secundum Koehlerum ad architectum a populo creatum (v. 6) et curatores (*ἐπιστάτας*)[2], sed etiam ad conductores,

---

[1]) p. 388 et 390 hoc tantum invenitur: *καὶ τὴν διπλασίαν*.

[2]) Cf C. I. A. I 322 in., ubi tres epistatae unusque architectus Erechtheo aedificando praesunt.

quibus totum opus (per poletas, cf. v. 36) elocabatur, pertinere arbitror; namque senatui licebat conductores rerum publicarum, si suo tempore pecunias non solvebant, in vincula conicere (v. Boeckh. *Staatshaush.* I 457): eidemque curatores operum (*ἐπιστάτας*) subiectos fuisse statim videbimus.

Omnino senatum operibus publicis ex officii ratione providisse diserte auctor libri de rep. Athen. testatur his (III 2): *τὴν δὲ βουλὴν . . νεωρίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἱερῶν* (sc. *δεῖ*), ubi *ἱερά* inprimis intelleguntur templa, sacella.

Idem evincitur tituli C. I. A. I 301, quo curatores operis alicuius publici rationes reddunt, his vocibus: *τοῖς ἐπιστάτησι, οἷς Ἀντικλῆς ἐγραμμάτευ[εν], ἐπὶ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης βουλῆς, ἧ Μεταγένης πρῶτος ἐγραμμάτευε, ἐπὶ Κράτητος ἄρχοντος Ἀθηναίοισιν* (Ol. 86, 3), *λήμματα τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου τάδε* . . . Senatus igitur anni Ol. 86, 3 quartus decimus numeratur, nimirum ab eo anno, quo opus incohatum est (v. Kirchhoff. ad l. l.). Qua de re Koehlerus (*Urk. u. Untersuch. z. Gesch. d. delisch-attischen Bundes* p. 108) haec profert: '*Der* 14. *Rath ist gezählt von dem Anfang der auf Grund eines Beschlusses des Rathes angeordneten und unter der Oberaufsicht desselben ausgeführten Bauten*'. Atque custodia operis sane senatui commissa esse videtur: minime vero ea erat potestate praeditus, ut aliquod aedificium publicum exstrui suo nomine iubere posset. Unde eundem Koehlerum alio quoque loco errasse censeo: qui cum Hermae vol. II 21 sq. tituli fragmentum publici iuris fecit, qui rationem de Erechtheo post incendium (anni Ol. 93, 3) renovato continet, ubi v. 5 agnoscitur: *[ψη]φισαμένης τῆς β[ουλῆς]* . . , inde collegit hanc aedem restaurari senatum suo nomine iussisse. Sed quamvis ad quam rem senatus consultum spectaverit ex lapide valde mutilo cognosci nequeat, tamen ut Erechtheum renovaretur populum tantum edicere potuisse persuasum mihi est.

Aliter res se habet C. I. A. II 489 b (add. p. 420), quem titulum Koehlerus primo a. Ch. saeculo attribuit. Decretum est de restaurando sacello Aesculapii et Hygieae a senatu factum, postquam sacerdos numinum illorum ab eo petiit, ut

illud suis sumptibus restaurare sibi liceret [1]. Hac enim ratione cum aerario publico parceretur, senatus ultro sacerdoti concedere potuit, ut templum illud renovaret.

DE SENATUS IN SOCIORUM CENSU INSTITUENDO PARTIBUS.

A quibus collegiis socii foedere Deliaco cum Atheniensibus iuncti saeculo a Ch. n. quinto censeri soliti sint, ex his locis cognoscimus. Auctor libelli de republica Athen., ubi de heliastarum negotiis agit, haec dicit (III 5): *πολλὰ ἔτι πάνυ παραλείπω, τὸ δὲ μέγιστον εἴρηται, πλὴν αἱ τάξεις τοῦ φόρου· τοῦτο δὲ γίγνεται ὡς τὰ πολλὰ δι᾽ ἔτους πέμπτου.* Deinde C. I. A. I 266 legimus: *[πόλεις, ἃς ἡ] βουλὴ καὶ οἱ πεντακόσιο[ι οἱ ἡλιασταὶ ἔτ]αξαν*, quo titulo collato Schoellius (in Commentat. philol. in hon. Mommseni p. 468) recte, ut opinor, ib. 37 v. 47 sq. sic redintegravit: *κ[ατὰ τάδε ἔτα]ξεν τὸμφό[ρον τῆ]σι πόλεσιν ἡ [β]ουλ[ὴ] ἧ [Πλ]ειστίας π[ρῶτος ἐγραμμ]ά[τευε καὶ ἡ ἡλιαία, ἐ]πὶ Στρατοκλ[έους ἄ]ρχοντος.* Denique praeter senatum iudicesque *τάκται* et nr. 37 memorantur et nr. 266: *[πόλεις, ἃς ἔτ]αξαν οἱ τάκται.* Quo vero negotiorum ordine senatus, iudices, tactae censum fecerint, decreto C. I. A. I 37 de censu Ol. 88, 4 instituendo singillatim exponitur. Atque Koehlerus rectissime cum censu tributi eam rationem, qua ab Atheniensibus novae leges ferebantur, comparat (*Urk. u. Unters. üb. d. del.-att. Bund* p. 66 sq.): senatus enim quin certae atque constantes in legibus decernendis partes fuerint non dubito, neque assentior Fraenkelio (*Att. Geschworenenger.* p. 27 sq.), qui Tisameni decreto a. Ol. 94, 2 post profligatam triginta viro-

---

[1] Cf. C. I. G. 1111: *Λ. Σε[ξ]σ[τ]ί[λ]ιος . . . τῇ Φλιασίων πόλει τὴν ἐξέδ[ρ]αν ἐκ θεμελίων σὺν τῇ σ[τ]έγῃ κατασκευάσας ἐκ [τ]ῶν ἰ[δί]ων ἀνέθηκεν. Ψ. Β.*

rum dominationem lato (Andoc. de myst. 83 sq.) extraordinaria tantum potestate in tempus senatum ornari censet. Ego a Koehleri partibus stare malim. Neque enim quae in libro de rep. Ath. proferuntur (III 2): *τὴν δὲ βουλὴν βουλεύεσθαι* (sc. *δεῖ*) . . *πολλὰ* . . *περὶ νόμων θέσεως*, ad sola probuleumata spectare possunt: neque decreti in Demosthenis Timocratea § 27 inserti verba *τοὺς δὲ νομοθέτας εἶναι ἕνα καὶ χιλίους ἐκ τῶν ὀμωμοκότων, συννομοθετεῖν δὲ καὶ τὴν βουλήν* neglegi licet. Sed omnino Fraenkelium nimium iudicibus, parum senatui tribuisse manifestum est. Itaque res sic potius explicanda est. Populus si anno ineunte decreverat de novis legibus quae propositae erant deliberandum esse, potestatem legum sciscendarum senatui atque heliastis (sive quingentis sive mille sive etiam pluribus) committebat, qui legibus propositis examinatis ac privatorum quoque hominum consiliis perpensis aut veteres leges confirmarent aut novas ferrent. Eodem modo populum postquam decrevisset novum censum habendum esse, tactis suffragio creandis senatui iudicibus censum mandavisse Koehlerus vere iudicat (l. l. p. 137). Qua in re haud dubie a tactis tributorum summae propositae, a senatu et heliaea demum legitime ratae factae sunt. Contra Fraenkelio fides tribuenda non est cum dicat (l. l. p. 48): '*Wir sind der bestimmten Ueberzeugung, dass der Ansatz der Tributsummen in der Volksversammlung erfolgte*'. Quod ille collegit e C. I. A. I 40, cui lapidi plura decreta inscripta sunt, annis Ol. 88, 1 et 3 facta de Methonaeis, quibus populi iussu tributum ita remittitur, ut non imperetur nisi sexagesima pars quae Minervae ex tributis debetur. Atqui cum census tributorum qui proprie vocatur (*τάξις φόρου*) a. Ol. 87, 4 et 88, 4 factus sit, certe hoc loco non de Methonaeorum tributo populi suffragiis aestimando agitur, sed proprium quoddam ius iis datur tributi quale a senatu et iudicio decretum erat, partem tantum pensitandi. Hinc potius confirmatur populum participem non fuisse census aestimandi.

Contra socios ipsos in tributo statuendo Periclis quidem aetate preces proferre potuisse verba iurisiurandi, quod a. Ol. 83, 4 Chalcidenses dederunt Atheniensibus

(C. I. A. IV 27 a, v. 26 sq.): καὶ τὸν φόρον ὑποτελῶ, ὃν ἂν πείθω Ἀθηναίους, probare videntur (cf. Fraenkel. *Att. Geschw.* p. 44). Idem iusiurandum fragmento, quod extat C I. A. II 92, praestari Foucartus animadvertit (*Revue archéol.* XXXIII p. 261), qui illud ad Antissaeos referendum esse opinatur. Contra Kirchhoffius (C. I. A. IV p. 11) idem potius cum fragmentis tituli 61 a (ib. p. 19) coniungi voluit, quo foedus cum Selymbrianis a. Ol. 92, 4 factum continetur. Sed hoc fieri vix potest. Nam huius lapidis maior pars στοιχηδόν scripta est, cum in II 92 nulla plane ratio habeatur ordinis aut numeri litterarum. Deinde non crediderim erga Selymbrianos eadem clementia Athenienses usos esse, qua triginta sex annis ante erga Chalcidenses. Immo Koehlero fidem habeo, qui titulum II 92 a. Ol. 100, 3 antiquiorem haberi non posse affirmat. Neque vero eum ad condiciones posterioris societatis Atheniensium quadrare apparet. Quare mihi quidem iurisiurandi a civitate socia saeculo quinto dati exemplum postea lapidi incisum esse videtur. Etenim haud raro accidit, ut decreta lapidibus inciderentur post longum tempus quam facta sunt: cf. Kirchhoff. ad C. I. A. I 8 (v. Schoell. in Herma VI 32). 32. 283; eundem Kirchhoff. in Herm. I 15 (C. I. A. II 73). Hartel. *Att. Staatsr.* 151.

Certe fragmentum C. I. A. II 92 demonstrat rectam formulam fuisse in sociorum sacramentis saepius repetitam: καὶ τὸν φόρον ὑποτελῶ, ὃν ἂν πείθω Ἀθηναίους. A qua re longe diversum est quod in catalogis sexagesimae tributorum quaedam recensentur πόλεις αὐταὶ φόρον ταξάμεναι (cf. Fraenkel. l. l. p. 44). Boeckhio enim assentior (*Staatshaush.* II 613 sqq. v. Loeschckius de titulis aliquot Atticis. Bonn. 1876 p. 16), qui autumat has urbes praecipuo se ipsas censendi iure instrui [1]). Contra 'Atheniensibus persuadere', ut

---

[1]) Aliter Koehler. *Urk. u. Unters.* p. 137: '*Πόλεις αὐταὶ ταξάμεναι sind Städte, welche die Billigkeit der von den Schätzern aufgestellten Ansätze mit Erfolg bestritten und die von ihnen dagegen aufgestellten zur Annahme gebracht hatten*'.

tributum non nimium sibi imponerent, non privilegii nomine neque sociorum parti tantum, sed cunctis licuisse contenderim.

Deinde ut in legislatione privatis hominibus permissum erat ut rogationes ad senatum ferrent (v. p. 31), sic fieri potuisse, ut socii quoque rogatu *ἰδιωτῶν* censerentur, ex eis evincitur, quae C. I. A. I 243. 244. 256. 257 nonnullis oppidis praescripta sunt: *πόλεις ἃς οἱ ἰδιῶται ἐνέγραψαν φόρον φέρειν* (cf. Koehler. l. l. p. 137). Quodsi Loeschckius (p. 17) probabile non putat 'eisdem civitatibus evenisse ut hac ratione pro rei natura minus usitata saepius censerentur', equidem non dubito, quin postquam semel census ille per privatos homines impetratus esset, postea formula illa, cum census retineretur, de eisdem urbibus repeti solita sit, non quo iterum atque iterum privati rogarent.

Singulare inter catalogos sexagesimae fragmentum n. 266 est, in quo haec agnoscuntur:

- - [*Μ*]*αδύτιοι*
- - [*Δ*]*αρδανῆς*
- - [*Ἀ*]*λωποκοννήσιοι*
[*Πόλεις, ἃς ἔτ*]*αξαν οἱ τάκται*
[*ἐπὶ* - -]*ον γραμματεύοντος*
- - [*Κ*]*αλλιπολῖται*
- - *Σαρταῖοι*
- - *Ἀμόργιοι*
[*Πόλεις, ἃς ἡ*] *βουλὴ καὶ οἱ πεντακόσιο*[*ι*]
[*οἱ ἡλιασταὶ ἔτ*]*αξαν*
- -

Atque Koehlero (l. l. p. 82) dubium videbatur, utrum hoc fragmentum census tributi esset, ut I 37, an catalogis exagesimae tributorum; Kirchhoffius lapidem catalogis inseruit. Quod suo iure eum fecisse persuasum mihi est. Quamquam enim in ceteris sexagesimae laterculis urbes a tactis vel a senatu iudicibusque aestimatae enumerari non solent, ut fit in eo de quo agimus, tamen in tabella census tributorum senatum et iudices initio praescribendos fuisse apparet: quem-

admodum n. 37 urbium catalogum haec praecedunt: κ[ατὰ τάδε ἔτα]ξεν τὸ μφό[ρον τῆ]σι πόλεσιν ἡ [β]ουλ[ὴ . . . καὶ ἡ ἡλιαία], neque ibi tactis fuisse locum. Potius existimo ex singulari quadam causa urbes lapidis 266 aliter atque ceteras quae in catalogis recensentur urbes distributas esse. Ac nescio an operae pretium sit in fragmentum illud paulo accuratius inquirere.

Primum tres urbes enumerantur, quae in omnibus laterculis provinciae Hellespontiae adscriptae sunt eaedemque in censoria tabula anni Ol. 88, 4 leguntur. Tabellam hanc composui:

								'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	'Ε. φ.	αἵδε πόλεις κατα[τ]ελοῦσι τὸν φόρον.
Μαδύτιοι							236		238	239		242			258	
Δαρδανῆς	229		231	233		235	236	237	238	239	240	242	244	247	258	
Ἀλωποκοννήσιοι	229?	230			234		236					242				258
	Ol. 82, 2	Ol. 82, 3	Ol. 82, 4	Ol. 83, 2	Ol. 83, 3	Ol. 83, 4	Ol. 84, 1	Ol. 94, 2	Ol. 84, 3	Ol. 84, 4	Ol. 85, 1	Ol. 85, 3	Ol. 86, 1	Ol. 87, 1	Ol. 93, 1—3	

(i. e. Madytii inveniuntur C. I. A. I 236 et sqq. et quidem ab a. Ol. 84, 2 in laterculis, quibus inscribitur Ἑλλησπόντιος φόρος: idemque valet de Dardanensibus et Alopoconnesiis).

Iam 258 Alopoconnesii a Madytiis et Dardanensibus separati iis urbibus adscribuntur, αἳ κατα[τ]ελοῦσι τὸν φόρον, de qua formula cf. Kirchhoff. ad titulum, plane igitur alienum hoc tributum a censu est fragmenti 266, ubi tres illae urbes eodem ordine coniunguntur. Kirchhoffius titulum 258 ad annorum Ol. 93 unum aliquem pertinere existimat; idem (ad 261) cum Koehlero (l. l. p. 82) frg. 266 anno Ol. 88, 4 recentius esse habendum affirmante consentit. Itaque 266 non spectare nisi ad censum horum annorum potest: Ol. 88, 4. 89, 4. 90, 4. 91, 4. Deinde cum Thucyd. VII 28 a. Ol. 91, 4

pro tributis antea solutis vicesimae vectigal ab Atheniensibus imperatum sociis narret (Koehler. l. l. p. 152), restant anni Ol. 88, 4. 89, 4. 90, 4.

Sequuntur n. 266: [*πόλεις, ἃς ἔτ*]*αξαν οἱ τάκται*, quae sunt *Καλλιπολῖται*, *Σαρταῖοι*, *Ἀμόργιοι*. Callipolis urbs est in Chersoneso Thracia sita, quae n. 37 Hellespontiae provinciae adsignatur, Sarte in Chalcidica sita ad provinciam Thraciam, Amorgus ad insularem pertinet. Leguntur tres urbes his catalogorum locis:

	π. α. φ. τ.	π. α. φ. τ.	[π. α. φ. τ.]	π. α. φ. τ.	[π. α. φ. τ.]?	[Θ. φ.]?	[Θ. φ.]?
Καλλιπολῖται	243	244					
Σαρταῖοι	243	244	[253]	[256]		260	263
Ἀμόργιοι	243	244	[253]	[256]	257		
	Ol. 85, 4	Ol. 86, 1	?	Ol. 88, 1	Ol. 88, 2 aut 3	Ol. 89, 4	?

(*π. α. φ. τ.* sunt *πόλεις αὐταὶ φόρον ταξάμεναι*. *Θ. φ.* est *Θρᾴκιος φόρος*).

243 et 244 igitur tres illae significantur *πόλεις αὐταὶ ταξάμεναι*, 253 et 256 Sarten et Amorgum, 257 solam Amorgum se ipsas aestimasse iam cognoscitur. Sartaei quoniam 260 et 263 inter urbes Thraciae provinciae enumerantur, apparet annis eorum titulorum non amplius se ipsos aestimasse. Idem de Callipoli effici videtur, cum n. 37 inter urbes Hellespontias memoretur. Fragmento vero 266 census mutatus accurate significatur. Tres enim illas civitates tactarum aestimatione iure sibi ipsas tributi summam statuendi (cf. supra p. 31 sq.) privari in propatulo est. Quamquam dubitari nequit, quin etiam hic census a tactis propositus non minus quam tributa a privatis aestimata probatione senatus et heliastarum indiguerit. Quod autem eis urbibus, quarum tributa novo modo a tactis aestimantur, tactae ipsi praescribuntur, eo spectat

ut ab aliis discernantur, quae se ipsae non censuerant. Quamquam quid sit cur tamquam nova rubrica illam sequatur: [*πόλεις, ἃς ἡ] βουλὴ καὶ οἱ πεντακόσιο[ι οἱ ἡλιασταὶ ἔτ]αξαν*, non satis assequor: praesertim cum et omnes urbes a senatu et iudicio aestimatas fuisse constet neque ulla supersint urbium nomina illi rubricae subiecta, unde cerni possit qua re ab aliis distent.

DE SENATUS IN RATIONIBUS CIVITATIS ATHENIENSIUM CUM ALIIS CIVITATIBUS, PRAECIPUE IN FOEDERIBUS COMPONENDIS VI AC POTESTATE.

Cum exteris civitatibus pro populo senatum egisse, legatos et misisse et admisisse, de mandatis illis datis *προβουλεύματα* concepisse et consilia cum populo communicasse notum est et a viris doctis multifariam tractatum (cf. cum alios tum Busolt. *d. zweite Athen. Bund* in annal. philol. supplem. VII p. 698. Hartel. *Att. Staatsr.* p. 102). Itaque — ut hoc primum afferam — C. I. A. II 86 populum senatui praescribere par est: *ποιησάσθω δὲ καὶ σύμβολα ἡ βουλὴ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Σιδωνίων, ὅπως ἂν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εἰδῇ ἐάν τι πέμπῃ ὁ Σιδωνίων βασιλεὺς δεόμενος τῆς πόλεως, καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Σιδ[ω]νίων, ὅταν πέμπῃ τινὰ ὡς αὐτὸν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων.* Tesserae enim hospitales, quibus socii atque amici invicem agnoscantur, a quonam fieri debebant nisi a senatu, quippe qui res externas administraret? Fortasse de eadem re I 64 fr. a, v. 18 agitur, ubi agnoscitur vox [*σ*]*υμβολα*.., praesertim cum de honoribus Euagorae Salaminio, regi et ipsi Atheniensium amico, tribuendis decernatur. Sed cum praecedat: *τὰς δίκ*[*ας*], etiam *δίκαι συμβολαῖαι* vel *δίκαι ἀπὸ συμβόλων* intellegi possunt. Certius II 108, quo titulo Oronti (Mysiae ut videtur satrapae) civitas confertur, verba fr. b, v. 6: *καὶ τὰ σύμβολα δειχθῇ*, huc

pertinent; neque repugnant verba fr. a, v. 13: *τοὺς μὲν Ἀθηναίους δίκας διδόναι ἐν τοῖς συμβόλοις.*

Ad legationes accedo. Atque in legatis creandis, qui de Atheniensium rebus apud alias civitates agerent, non certam usquequaque normam esse observatam tituli docent. In documento foederis inter Athenienses et Eretrienses c. Ol. 97 icti legimus[1]: *[ἑλέσθαι δὲ πρ]έσβεις αὐτίκα μάλα τὴ[ν βουλὴν δέκα ἄνδρ]ας, πέντε μὲν ἐκ τῆς βο[υλῆς, πέντε δὲ ἐξ ἰδι]ωτῶν, οἵτινες ἀπο[λήψονται τοὺς ὅρκους πα]ρὰ Ἐρετριέ[ων]. Ὀρκωταί* igitur (de quibus cf. Xenoph. Hellen. VI 5, 3) a senatu quinque senatores et quinque homines privati delegantur. Decem legati saepius creabantur (cf. Andoc. de pace 6. Xen. Hellen. II 2, 17), e senatoribus vero plures quam quinque esse missos nusquam expressis verbis nuntiatur[2]. Foedere cum Thessalis facto a. Ol. 104, 4 quinque *ὀρκωταὶ ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων* eligebantur[3], idemque C. I. A. IV 27 a, v. 45 sqq. de legatione Chalcida mittenda (Ol. 83, 4) iubetur: *οἵτινες δὲ ἐξορκώσουσι ἀφικόμενοι ἐς Χαλκίδα, ἑλέσθαι τὸν δῆμον πέντε ἄνδρας αὐτίκα μάλα* (cf. ib. 22 a, fr. a et b, v. 4—5). C. I. A. II 105 (Ol. 107, 2) quinque legati enumerantur 'ab Atheniensibus, ut iusiurandum a Chalcidensibus (Thraciis) acciperent missi', qui utrum a populo an a senatu creati sint nescimus. Deinde II 17 v. 72 sqq. (Ol. 100, 3) legitur: *ἑλέσθαι δὲ τὸν δῆμον πρέσβεις τρεῖς αὐτίκα μάλ[α] εἰς Θήβας, [ο]ἵτινες πείσουσι...* Itaque satis raro senatus videtur iussus esse legatos creare, plerumque populus eos ipse creasse[4].

Quamquam ex iis, quae tractavi, intellegimus foedere icto saepe legatos ad exteras civitates missos esse, ut earum iusiurandum acciperent, accidit quoque ut civitas aliqua

---

[1]) v. *Mittheil. d. Athen. Instit.* II 213 v. 10 sqq.

[2]) Hartel. *Demosth. Stud.* II 100 recte, ut videtur, monet etiam ex illis legatis, qui cum Philippo a. 346 de pace egissent, nonnullos senatores fuisse, ut Demosthenem et Philocratem.

[3]) *Mittheil. d. Athen. Inst.* II 201 v. 21.

[4]) Cf. Schoemann. de comit. p. 282.

Athenis in ipsa urbe fidem Atheniensibus praestituram se esse sacramento firmaret. Et tunc quidem harum civitatum legati coram senatu iuravisse videntur: num vero semper id factum sit nescimus. Testimonio est unus ille titulus, qui foedus Thessalicum continet, ubi (v. 29) haec verba attendas velim: *ὀμόσαι δὲ [κ]αὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς τῶν Θετταλῶν ἐν τ[ῆ]ι βουλῆ τοὺς [ἐπι]δημοῦ[ν]τας Ἀθήνησιν*[1]).

Ad pacem vel foedus cum civitate aliqua factum Atheniensium nomine sollemni iureiurando firmandum homines publica auctoritate praediti a populo delegantur. Videmus autem ad eam rem alios alio tempore magistratus destinari. Quo ex genere quales innotuerint, deinceps exponere ab hoc loco non alienum fuerit. Et persequamur quidem lapides scriptorumque de hac re testimonia secundum temporum ordinem.

Ut a primordiis societatis Deliacae proficiscamur, e Plutarchi testimonio cognoscimus tributis sociorum statutis Aristidem et iuravisse et iuraiuranda accepisse (Arist. 25): *ὁ δ' Ἀριστείδης ἐξώρκισε μὲν τοὺς Ἕλληνας καὶ ὤμοσεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ ταῖς ἀραῖς εἰς τὴν θάλατταν.* Quod illum fecisse, quoniam strategus Atheniensium esset, Gilbertus (*Beitr. z. innern Gesch. Athens* p. 64) existimavit. Sane eo anno, quo foedus factum est (Ol. 75, 4), Aristides strategus fuit: neque vero traditur postea quoque eum munere illo functum esse (quamquam id cogitari potest), velut cum urbium Thraciarum tributa ordinaret (Thuc. V 18). Probabile igitur hoc tantum relinquitur illum quia foederis condiciones constituerat, etiam sacramento eas sanxisse: neque veri absimile est eum haec gessisse *αὐτοκράτορα* ab Atheniensibus factum.

Deinde magno spatio intermisso ad foedus a. 446/5 cum

---

[1]) C. I. A. II 167 v. 23: *ὅ[ρκῳ πι]σ[τῶ]σαι ἐν τῆ [β]ουλ[ῆ κ]ατὰ [τὸν ν]όμ[ον]* non ad legatos pertinet, cf. p. 28. — In strategio sociorum delegati iurabant post pacem cum Philippo factam: Aeschin. *π. παραπρ.* 85: *ἐξώρκιζον τοὺς συμμάχους οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις ἐν τῷ στρατηγίῳ τῷ ὑμετέρῳ.*

Chalcidensibus ictum pervenimus (C. I. A. IV 27 a). Et v. 3 sq. quidem legimus: *τὸν ὅρκον ὀμόσαι Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τοὺς δικαστάς*. Constat foedus factum esse postquam Chalcidenses, qui ab Atheniensibus defecerant, rebus in summum discrimen adductis armis in potestatem redacti sunt. Quod ut firmum maneret, utriusque civitatis quam maxime interesse debebat: unde consentaneum est iuraiuranda ratione perquam sollemni dari. Iam cum Chalcidensium *οἱ ἡβῶντες ἅπαντες* iurare iubeantur (v. 32 sq.) [1], Atheniensium quoque heliastas omnes, i. e. cives triginta annis maiores cum senatu iurare Fraenkelius (*Att. Geschworenenger.* p. 50) arbitratur. Sed voce *οἱ δικασταί* sive *οἱ ἡλιασταί* vel una iudicum decuria intellegi potest (cf. C. I. A. I 37 et supra p. 30 sq.). Neque unquam omnes cives Athenienses iureiurando adigi populus iussit nisi ubi de populari imperio ipsaque republica sancte stabilienda et servanda agebatur, velut in Demophanti psephismate post restitutum populare imperium a. 410 itemque a. 403 perlato [2] (Andoc. de myst. 96 sqq. cf. Lycurg. c. Leocr. 124 sqq.): *ὀμόσαι δ' Ἀθηναίους ἅπαντας καθ' ἱερῶν τελείων, κατὰ φυλὰς καὶ κατὰ δήμους*, et repetitur: *ταῦτα δὲ ὀμοσάντων Ἀθηναῖοι πάντες καθ' ἱερῶν τελείων, τὸν νόμιμον ὅρκον, πρὸ Διονυσίων*. Certe satis erat senatui quingentorum et heliastarum decuriae pacta iureiurando sancienda committere: quo ipso foedus illud sollemnius sancitur quam ullum ex reliquis quae commemoraturi sumus. Ceterum non neglegenda sunt v. 19—20: *ὅπως δ' ἂν ὀμόσωσιν ἅπαντες, ἐπιμελόσθων οἱ στρατηγοί*: strategos autem in

---

1) Etiam in pactione Eretriensi (c. a. 300 a. Ch. n.), quam Eustratiadis Ἀρχαιολ. Ἐφημ. 404a (a. 1869) publicavit, legitur v. 43: [ὀμόσαι τοὺς πολίτας π]άντας, v. 47: ἀ]ναγράφειν δὲ καὶ τῶ[ν] ἐφήβων τοὺς ὀμόσαντ[ας . . Unde nescio an proprium Euboeensibus morem antiquitus receptum fuisse, ut in re sollemni omnes puberes iurarent, nostro iure statuamus.

2) Demophantum autem vetustam formulam legis de maiestate et sacramenti expressisse Schoellius statuit Comm. in honorem Mommseni p. 460.

pactionibus ineundis omnino magnas partes habuisse videbimus.

Foederum a. 433/2 cum Rheginis et Leontinis ictorum formulae servatae nobis sunt (C. I. A. IV 33 et 33 a); ubi tamen de iureiurando nihil nisi haec scribuntur: *τὸν δὲ ὅρκον ὀμοσάντων Ἀθηναῖοι κατὰ τάδε* et *ὀμόσαι δὲ Ἀθηναίους τάδε*, non additur quinam nomine Atheniensium iurare iubeantur.

Ceterum praetermittere non licet indutias a. 423 inter Lacedaemonios et Athenienses factas, de quibus Thuc. IV 119 haec praebet: *ξυνέθεντο καὶ ἐσπένδοντο* (i. e. *ὤμοσαν*, cf. 118 in fine: *σπείσασθαι δὲ . . τὰς πρεσβείας . . ἦ μὴν ἐμμενεῖν κτλ.*) . . *Ἀθηναίων . . οἱ στρατηγοὶ Νικόστρατος Διειτρέφους, Νικίας Νικηράτου, Αὐτοκλῆς Τολμαίου* (iidem tres sunt duces, qui brevi ante Cythera insulam occupaverant: IV 53). Ad indutias igitur sanciendas tres strategi sufficiunt.

Sequuntur pax et foedus a. 421 inter Lacedaemonios et Athenienses facta, Thucydidis libro V. (19 et 24) inserta, quorum utrumque septendecim Atheniensium viri iureiurando confirmant. Quorum undecim a Thucydide ipso inter strategos antea memorari Classenus vidit: unde efficitur hoc quoque loco strategos aliquot iurare. De ceteris quid valeat decernere non audeo: fortasse nonnulli erant senatores et a senatu creati. Nicias autem et Laches inter iurantes sunt, quia ipsi cum Lacedaemoniis de pace egerant (Thuc. V 43) [1].

Apud eundem Thucydidem (V 47) formula foederis a. 420 cum Argivis Mantineensibus Eleis icti extat, ubi legitur: *ὀμοσάντων Ἀθήνησι μὲν ἡ βουλὴ καὶ αἱ ἔνδημοι ἀρχαί, ἐξορκούντων δὲ οἱ πρυτάνεις* [2]. Ad quem locum Classenus adno-

---

[1]) De Thrasycle cf. Koehler. in *Mittheil.* I 172.

[2]) Cf. p. 37, praeterea vero C. I. A. I 84 v. 6: *[στ]ρατηγοὶ ἐχ[σ]ορκ* . . . et IV 27 a, v. 16 sqq.: *ὀρκῶσαι δὲ πρεσβείαν ἐλθοῦσαν ἐχ Χαλκίδος μετὰ τῶν ὀρκωτῶν* (sc. *τῶν ἐν Ἀθήναις*, cf. v. 38: *μετὰ τῶν ὀρκωτῶν τῶν ἐν Χαλκίδι*) *Ἀθηναίους*, ubi *ὀρκωταί* fortasse prytanes sunt.

tat haec: '*αἱ ἔνδημοι ἀρχαί die nur in der stadt und nicht, wie etwa die strategen, auch ausserhalb derselben ihr amt zu üben haben: entgegengesetzt die ὑπερόριοι ἀρχαί*' (cf. Aeschin. c. Tim. 19: *μήτε ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν μήτε ἔνδημον μήτε ὑπερόριον*). At falli virum egregium puto. Cur enim ab hoc potissimum foedere sanciendo strategi excludantur, qui totiens comparent? Neque Aeschinis locus obstare mihi videtur, quominus *ἐνδήμους ἀρχάς* apud Thucydidem nihil aliud esse iudicemus atque magistratus omnes, qui quo tempore foedus sanciendum est in urbe commorantur. Quod autem magistratus diversorum ordinum omnes iurare tamquam unum collegium iubentur, tam singulare est, ut eius rei alia aliorum circumspicere exempla operae pretium sit.

'Magistratibus domesticis' Atheniensium apud Thuc. l. l. respondent Mantineensium *αἱ ἄλλαι ἀρχαί* (sc. praeter demiurgos et senatum), Eleorum *οἱ τὰ τέλη ἔχοντες*, Argivorum *αἱ ἀρτῦναι*[1]). Eadem res apud Thessalos et apud Eretrienses observatur: cf. *Mittheil. d. Athen. Inst.* II 202 (v. p. 47), ubi legati Atheniensium *ἐξορκεῖν* iubentur Agelaum *τὸν ἄρχοντα*, polemarchos, hipparchos, equites, hieromnemones *καὶ τοὺς ἄλλου[ς] ἄρχοντας, ὁπόσοι ὑπὲ[ρ] τοῦ κοινοῦ τοῦ Θετταλῶν ἄρχουσ[ι]ν*. Deinde foedus inter Eretrienses et Histiaënses initio IV. a. Ch. saeculi factum haec habet (*Ἀρχαιολ. Ἐφημ.* 1872, *ἀρ.* 417[2]): [*Ὁμόραι δὲ - - - - -]ασ[- - -]αι τον[- -]η τὴν συμμαχί[αν κατὰ τ]ὰ σύνγραφα, εἰ δὲ [μή, τὰς] νῦν ἀρχάς, ὁπόραι ἄ[ρχ]ουρι̣ν ἐν ἑκατέρει τεῖ πόλει*. Etiam apud alias civitates certis temporibus omnia magistratuum collegia coniunctim egisse inscriptione Lesbia docemur iam ante Ol. 96 exarata[3]), de qua nuper Blassius in Hermae vol. XIII p. 382 sqq. disseruit. Continet pactum Mytilenaeorum et Phocaeensium de nummis aureis cudendis, ubi de falsae monetae reis iudicandis dicitur

---

[1]) Cf. Schoemann. *Gr. Alt.* I 147. 150. 153.

[2]) Eustradiadis supplementa parum probabilia omisi.

[3]) Cf. Bechtel in Bezzenbergeri *Beiträge z. Kunde d. indogerm. Sprache* V p. 108.

v. 6 sqq.: *δι[κάσταις δὲ ἔμ]μεναι τῶι μὲν ἐμΜυτιλήναι [κέρναντι* (sc. *τὸ χρυσίον*)] *ταὶς ἄρχαις πα[ί]σαις ταὶς ἐμ[Μυτιλή]ναι πλέας τ[ῶ]ν αἰμίσεων, ἐμΦώκαι δ[ὲ τ]αὶς ἄρχαις παί[σ]αι[ς] ταὶς ἐμΦώκαι πλ[έ]ας τῶν αἰμίσεω[ν]*. Haec magistratuum omnium in unum coniunctio a *συναρχίαις* illis, quae posteriori tempore in variis Graeciae civitatibus communi consilio agere saepe dicuntur, non nimis diversa mihi videtur esse. Synarchias Athenienses non noverunt: apud Achaeos praecipue et apud Messenios fuisse Polybius refert: cf. XXVII 2, 11: *οἱ δὲ περὶ τὸν Αὖλον καὶ Μάρκιον παραγενηθέντες εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν ἐχρημάτισαν ταῖς συναρχίαις ταῖς τῶν Ἀχαιῶν*. XXXVIII 5, 4: *Ἔφη γὰρ* (Critolaus) *Εὐαγόραν . . καὶ . . Στρατήγιον πάντα τὰ λεγόμενα δι' ἀπορρήτων ἐν ταῖς συναρχίαις διασαφεῖν τοῖς περὶ τὸν Γναῖον*. IV 4, 2: *Οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων ἔφοροι . . . ἀνεκαλοῦντο αὐτὸν* (Dorimachum Aetolum piratis adversus Messenios patrocinantem) *εἰς τὰς συναρχίας*: ut etiam apud Messenios *συναρχίαι*, quemadmodum Mytilenae et Phocaeae *αἱ ἄρχαι παῖσαι*, iudicum vice fungi videantur. Praeterea *συναρχίαι* secundum titulorum testimonia in his civitatibus extiterunt: Megaris, cf. Le Bas-Foucart *Inscript. du Péloponn.* 35 a [1]: *συναρχίαι προςβουλεύσαντο ποτί τε τοὺς αἰσιμνήτα[ς, τὰν] βουλὰν καὶ τὸν δᾶμον*. Aegosthenis in urbe Megarica, cf. ib. 12 (tit. III a. Ch. saeculi): *συναρχί[αι προ]εβουλεύσαντο ποτὶ τὰν βου[λὰν] καὶ τὸν δᾶμον*. Spartae, cf. ib. 194 a (tit. III a. Ch. saec.): *πόθοδον ποιησαμένου Δαμίωνος . . . καὶ ἐπελθόντος ἐπί τε τὰς συναρχίας καὶ τὸν δᾶμον*. Demetriade in urbe Thessalica, cf. Foucart. ad 35 a: *ὁ ἱερεὺς . . ὁ κοινὸς στρατηγὸς καὶ ἡ συναρχία . . εἶπαν*. Bargyliis in urbe Carica, cf. Le Bas-Waddington 87 (tit. III a. Ch. saec.) v. 31 sq.: *καλέσαι δὲ αὐτὸν* (Tyronem Teium) *καὶ ἐπὶ ξένια ἐ[ν τῷ π]ρυτανείῳ καὶ μετεῖναι μετὰ τῆς συναρχίας*. Tei, cf. ib. 88 (tit. II a. Ch. saec.) v. 2 sq.:

---

[1]) II. fere a. Ch. saeculi. Antiquior est testis Aeneas poliorc. c. 4, 11, qui adeo de Pisistrati aetate tradit: *ἀπήντων πολλοὶ τῶν Μεγαρέων, αἵ τε συναρχίαι καὶ ἄλλοι*.

συνεῖναι δὲ καὶ τὰς συναρχίας [*τάς τε ἱερας καὶ τὰς δημοσίας τ*]*ὰς ἐν τῇ πόλει καὶ τῇ χώρᾳ*[1]. In **Antiochiae** ad Maeandrum nummis *συναρχία* vocabulum extat hoc modo (cf. Eckhel. D. N. II p. 547): *Ἀττάλου* vel *Παιωνίου* vel *Μύωνος συναρχία*. Quod Eckhelius ita interpretatur: 'Mihi videtur *συναρχία Ἀντιοχέων* significare totum magistratuum collegium, qui Antiochenorum rem publicam rexere et quorum decreto signati sunt id genus numi .... ac tum additi Attalus, Paeonius, Myon aliud non sunt, quam magistratus eponymi'. Quod probat Le Bas (ad 87), qui parum apte Aphrodisiensem nummum[2] comparat, ubi est: *Ἐπὶ τῶν ἀρχόντων περὶ Μενεσθέα*. Contra eiusdem generis est inscriptio **Ancyrana** (C. I. G. III 4048): *Κλαυδίου Πρόκλου συναρχίας δ̄*. Equidem pro certo non habeo num eiusmodi synarchias, quibus nomen alicuius viri additur, reliquis illis conferri liceat, quoniam cogitari potest eas unius eiusdemque collegii hominibus neque vero compluribus magistratuum collegiis effici, quemadmodum est C. I. G. 1320: *διὰ συναρχίας* (sc. *γερόντων*) *τῆς περὶ Μάρκον Τάδιον Φιλόξενον*.

Ceterum de synarchiis Foucartum (ad 35 a) recte iudicare persuasum habeo ita: '*L'existence des συναρχίαι est une restriction à la démocratie et une barrière contre l'influence trop grande du peuple dans le conseil et dans l'assemblée*'[3]. Quod autem Blassius titulo Lesbio nisus et Mytilenae et Phocaeae, quo tempore pactio inter has urbes facta sit, oligarchiam obtinuisse arbitratur, Thucydidio loco, a quo ad totam hanc quaestionem disceptandam profecti sumus, probatur etiam in populari imperio non nunquam omnes magistratus in unum quasi collegium in re certa consociatos esse.

Revertamur nunc ad Atticos lapides. In foedere Atheniensium et Bottiaeorum (Ol. 90) C. I. A. I 52[4]) fr. b,

---

[1]) Addo C. I. G. III add. 4235 d, v. 32: *συναρχίας καὶ τῶν ἄλλων*... (inscriptio **Lycia** urbis Tloensium).

[2]) *Revue numismat.* 1851 p. 237.

[3]) Egit de synarchiis etiam Vischerus *Kleine Schriften* II 24. Strictim attigit easdem Dittenbergerus *Archaeol. Zeitung* 1878 p. 93.

[4]) De hoc titulo cf. infra p. 52 sqq.

v. 7 sqq. Kirchhoffius sic supplevit: . . *ους· τὸν δὲ ὅ[ρκον ὀμόσαι Ἀθηναίων μὲν τὴν] βουλὴν καὶ τ - - - - ιων δὲ τὴν β[ουλὴν καὶ τοὺς . . . . . ἄρ]χοντας τοὺς - - - -*. Quorum versuum septimus sine dubio recte expletus triginta tres litteras continet. Neque minus triginta tres habet v. 11 ita scriptus: . . *ος ἔστω Ἀθην[αίοις κατὰ τάδε· ἐμμενῶ τοῖς]* vel ita: . . *ος ἔστω Ἀθην[αίοις μὲν ὅδε· ἐμμενεῖν τοῖς]*. Quare v. 8 fortasse interponendum est, quod Schoellius me monuit: *τὴν βουλὴν καὶ τ[οὺς ἄρχοντας ἅπαντας. Βοττια]ίων δέ* . . . Ad quae verba supplenda et ea quae praecedit argumentatione et inde adducimur, quod Bottiaeorum quoque *οἱ ἄρχοντες* iurant.

Foedus cum Haliensibus anno Ol. 90, 1 vel 2[1]) factum (C. I. A. IV 71) ex Kirchhoffii supplementis v. 26 sq., quae aliis exemplis comprobantur, senatus et strategi sacramento sanciunt.

Deinde servata nobis est pactio cum Selymbrianis anno Ol. 92, 4 per strategos Atheniensium Selymbriae facta, C. I. A. IV 61 a, quae in haec verba exit: *ὤ[μο]σαν Ἀθηναίων οἱ στρατηγοὶ [καὶ οἱ ταξίαρχο]ι* (sic recte Sauppius in commentatione de proxenis Athen. Gotting. 1877 p. 11) *καὶ οἱ ὁπλῖται καὶ εἴ τι[ς ἄλλος Ἀθηναίων π]αρῆν*. Iurant igitur magistratus militares exercitusque, a quibus oppidum captum erat, et si qui praeterea tunc erant Selymbriae cives Athenienses. Non multo post auctore Alcibiade, qui unus ex strategis illis fuerat, pactiones plebiscito confirmantur rataeque fiunt: *καθ' ἃ ξυνέθεντο Ση[λυμβριαν]οὶ πρ[ὸς Ἀθ]η-*

---

[1]) Kirchhoffium cum annorum uni alicui, qui sunt inter Ol. 90, 1 et 91, 4 lapidem adsignaret, fugit illud v. 3: *Λάχης εἶπε*. Thucydide enim testante (V 74) Laches cum Nicostrato in pugna apud Mantineam commissa ineunte anno Ol. 90, 3 interfectus est. Rogationem igitur illam iam eodem anno ab eo latam esse probabile non est. Ex forma *ταῖς* Kirchhoff. conclusit lapidem ante Ol. 90, 1 scriptum non esse, ac profecto cum Haliensibus Athenienses pactos esse ante foedus cum Argivis exeunte anno Ol. 89, 4 ictum vix credam. Quare titulo Ol. 90 aut 1. aut 2. annus relinquitur. Ceterum indutiae quoque Ol. 89, 1 rogatu Lachetis fiebant: Thuc. IV 118.

ναίους, κατὰ ταῦτα ποιεῖν. Hoplitae iurantes hoc solo loco reperiuntur, quod explicatur ex ipsius belli atque obsidionis rationibus.

Iam transgressi Euclidis annum titulo illo, quo cum Eretriensibus Athenienses paciscuntur (*Mittheil.* II 212, cf. supra p. 37), ad tempora belli Corinthiaci deferimur. Ubi v. 5 sqq. praecipitur: *ὀμόσαι δὲ Ἀθηναίων μὲν τοὺς στρατηγοὺς καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας.* Hoc loco equites quoque proferuntur: et omnino quarto a. Ch. saeculo plerumque una cum strategis equites, hipparchi, taxiarchi, phylarchi, qui quinto saeculo aut perraro aut nunquam inter iurantes sunt, ad iurandum adhibentur. Quod cur fiat haud difficile est intellectu. Cum enim per strategos et exercitum foedera ipsa plerumque fiebant, tum militarium magistratuum omnino illo tempore propter mutatam belli gerendi rationem magnamque bellorum molem auctoritas praevalebat. Qui vero praeter strategos quoquo tempore iuraturi essent, hipparchi an taxiarchi an phylarchi an equites an bina ternave collegia, populus, utut in re praesenti placebat, praescripsit: modo id hipparchis et equitibus, modo hipparchis et taxiarchis, modo taxiarchis imperatur, modo phylarchi adiunguntur.

C. I. A. II 12 qui magistratus in foedus cum Seutha Odrysarum rege ictum iuraverint, e fragmento non plane elucet. Koehlerus v. 12 sq. sic verba reficit: [*τὸν δὲ ὅρκον Ἀθήνησιν* (vel *Ἀθηναίων*) *ὀμ*]*όσαι τοὺς στ*[*ρατηγοὺς καὶ τοὺς φυλάρχους καὶ τοὺς*] *ταξιάρχους*, ubi pro phylarchis etiam hipparchi, qui ordine illis superiores erant, inseri possunt: vox enim *ΙΠΠΑΡΧΟΣ* pariter ac *ΦΥΛΑΡΧΟΣ* octo litteras continet. Ita etiam in titulo 52 v. 74 quid supplendum sit incertum est. Hipparchos certo habemus 15 b (v. infra), 52 b, 90, 112, *Mittheil.* II 201, phylarchi in titulo 90 primo certo leguntur, deinde 112 et 333. Senatui vero in titulo 12, cum dubitari non possit quin versus singuli 36 litterarum fuerint, locum non relinqui apparet, quoniam post taxiarchos demum eum nominatum esse non credibile est[1]).

[1]) v. 5 lacuna aliter non expletur nisi verbis Koehleri: *ἐκ τῶν εἰς ψηφίσματα ἀναλισ*]*κομένων*, quamquam omnibus reliquis locis aut scri-

Quod Koehlerus in *Mittheil.* II 138 sqq. tractavit foedus a. 387 cum Chiis factum, quod a tempore tituli praeeuntis non ita longe remotum esse potest (C. I. A. II 15), v. 27 sqq. hanc formulam praebet: *ὀμόσα[ι δ]ὲ τοῖς [ἥκουσιν Χίοις] μὲν τὴμβουλὴν κ[αὶ] τοὺς [στρατηγοὺς καὶ τα]ξιάρχους.*

C. I. A. II 15 b (p. 397, anni 382?) 'plebiscito subscripta fuerunt nomina eorum qui in verba foederis iuraverant. v. 13 [*φύλα*]*ρχοι* vel [*ἵππα*]*ρχοι* exaratum fuisse probabile est'. Equidem hipparchos praefero, quoniam duo tantum nomina illud . . . *ρχοι* sequi videntur.

Simili fere ratione, ut de C. I. A. I 33 vidimus, II 17 b (p. 398), in foedere cum Chalcidensibus a. 378/7 facto non legitur nisi in universum: *ὀμόσαι δὲ τ[ὴν] πό[λιν Χαλ]κι[δεῦ]σ[ι]ν (καὶ τοὺς Χαλκιδέα[ς Ἀ]θ[ηναίοις])*.

II 19 in foedere Ol. 100 cum Byzantinis facto nihil agnoscitur nisi v. 8 [*ὀ*]*μόσα*[*ι* . ., 9 *καί*, 10 [*τοὺς*] *ἱπ*[*πάρχους* vel *ἱπ*[*πέας*.

Sequitur decretum anni 375/4 de Corcyraeis Acarnanibus Cephallenibus in societatem recipiendis II 49, ubi v. 15 sqq. extant verba: *ἀποδοῦνα[ι τοὺς ὅρκους τα]ῖς πόλε[σι] ταῖς ἡκούσαις τὴν βουλὴν [καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺ]ς ἱππέας καὶ τοὺς συμμάχ[ους?*. Senatum, strategos, equites iam in verba foederis Eretriensis iuravisse vidimus, accedunt hic socii, i. e. *τὸ κοινόν* (v. 19) vel *τὸ συνέδριον* (*οἱ σύνεδροι*) *τῶν συμμάχων*. cf. Xen. Hell. VI 3, 19: *ἐπὶ τούτοις ὤμοσαν* (a. 371 ad pacem Lacedaemone conclusam confirmandam) *Λακεδαιμόνιοι μὲν ὑπὲρ αὑτῶν καὶ τῶν συμμάχων, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ οἱ σύμμαχοι κατὰ πόλεις ἕκαστοι.* Etiam a. 346 socii per se soli iurant: Aeschin. *π. παραπρ.* 86 (cf. p. 38).

Venio ad foedus cum Dionysio maiori, Syracusanorum tyranno, a. 368/7 percussum, C. I. A. II 52, ubi v. 32 sqq.

---

bitur: *ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφ. ἀναλ.* aut *ἐκ τῶν κατὰ ψηφ. ἀναλ.* cf. Hartel. *Att. Staatsr.* p. 130, qui hoc exemplum praetermisit. Cum vero illa formula nostro loco primo usurpetur, non mirum est eam recedere a consuetudine posterioris temporis.

Koehlero praeeunte ita explendi sunt: [ὀμόσαι δὲ τήν τε] βουλὴν καὶ το[ὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἱππά]ρχους (cf. supra ad II 12) καὶ τοὺς ταξιάρχους.

Eodem anno Athenienses cum Leucadiis foedus fecisse II 52 b (p. 400) testimonio est. Ad iusiurandum has litteras tituli pertinere apparet: ἱππάρχω· Νικη . . . . . . ικλῖς· στρατηγοί· Φορμ[ίων], Σπουδίας. Aut igitur quia Leucadiorum non magna erat civitas, duo tantum strategi iurant aut duo tantum tum praesto erant.

Deinde Koehlerus (*Mittheil.* II 142 sqq.) titulum edidit anno 363/2 scriptum, quo foedus cum Ceis ictum continetur. v. 57 sq. habes haec: τάδε συνέθεντο καὶ ὤμοσαν οἱ στρατηγοὶ οἱ Ἀθηναίων πρὸς τὰς πόλεις τ[ὰ]ς ἐν Κέῳ κα[ὶ] οἱ σύμμαχοι. Manifestum est hoc foedus Selymbrianorum pactioni anni Ol. 92, 4, de qua iam egimus, simillimum esse. Ut enim Alcibiades capta urbe foedus illud fecit iusiurandumque iuravit, populus deinde sacramentum et foedus rata fecit, sic anno 363/2 Chabrias postquam cum eis Ceorum qui Atheniensium partes sequebantur (καὶ οἱ σύμμαχοι: cf. Hartel. *Att. Staatsr.* 91) eos, qui defecerant, oppressit, cum Ceorum civitate pactus est. Quare et strategi Atheniensium (non Chabrias solus; similiter C. I. A. IV 61a Alcibiades cum aliis strategis) et ii Cei, qui Atheniensibus studebant, iurant. Hi igitur socii diversi sunt a sociorum συνέδροις, quos II 49 iurasse legimus. Porro ut Alcibiadis pactio a populo ita confirmatur, ut decernatur καταθεῖναι ἐμπόλει ἀναγράψαντας τούς τε ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας μετὰ τοῦ γραμματέως τῆς βουλῆς, eadem prorsus ratione in nostro lapide (v. 17 sqq.) et strategi Iulietarum et scriba senatus inscribere pactiones iubentur, ὅπως ἂν καὶ οἱ ὅρκοι καὶ αἱ συνθῆκαι ἃς συνέθετο Χαβρίας ὁ στρατηγὸς καὶ ὤμοσε Κείοις ὑπὲρ Ἀθηναίων . . . κύριαι ὦσι.

Duobus annis post cum Thessalis foedus factum est, de quo supra iam diximus (*Mittheil.* II 201). Ubi v. 14 sqq. in verba foederis ὀμόσαι Ἀ[θη]ναίων μὲν τοὺς στρ[ατη]γοὺς καὶ τ[ὴ]ν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππάρχους καὶ τοὺς ἱππέ[α]ς populus decernit.

C. I. A. II 64 (cf. *Mittheil.* II 211. Foucart. *Revue archéol.* 1878 (XXXV) p. 228) fragmentum est foederis cum civitatibus Euboeensibus 'post pacem expeditione in insulam missa restitutam' (a. 357/6) facti. Iurant ἡ βουλὴ ἡ ἐπ' Ἀγαθ[οκλέους ἄρχοντος· οἱ σ]τρατηγοί, et hoc quidem loco decem strategi cuncti enumerantur. Senatum et strategos etiam C. I. A. IV 71 foedus sanxisse iam novimus.

II 90 in lapide pactionis cum Locrensibus circa annum Ol. 106, 1 factae, ubi Koehlerus ita legit: [ὀμόσαι . . . . τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἱππ]άρχ[ους] καὶ τ[οὺς ταξιάρχους καὶ τ[οὺς] φυλά[ρ]χους, non dubito quin v. 1 ante τοὺς στρατηγούς supplendum sit τὴν βουλὴν καί.

Contra II 112 in decreto intra Ol. 106 et 109 facto, quo foedus inter Athenienses et civitates quasdam Peloponnesi continetur, senatui locus fuisse non videtur. Koehlerus recte haec supplevisse censendus est: [τοὺς στρατηγοὺς καὶ το]ὺς ταξιάρ[χους καὶ τοὺς ἱππάρχους καὶ τοὺς φυλάρ]χους καὶ τ[οὺς ἱππέας (?)].

Postremo II 333 in decreto ad foedus ante bellum Chremonideum circa Ol. 128 inter Athenienses et Lacedaemonios componendum pertinente, haec agnovit Koehler: [ὀμόσαι . . . Ἀθηνα]ίους μὲν Λακεδαι[μονίοις . . . τοὺ]ς στρατηγοὺς καὶ τ[. . . καὶ] φυλάρχους καὶ ταξι[άρχους]. Cum vero Lacedaemoniorum οἱ γέροντες iurent, Atheniensium senatus omitti nullo pacto potuit, quem post Λακεδαι[μονίοις interponendum esse existimo.

Iam perlustrantibus nobis hanc titulorum seriem quod posui comprobatur certam normam foederum sacramentis sanciendorum apud Athenienses non fuisse. Quamquam plerumque strategorum collegium cum senatu, semper ex his alteriutri iurabant. Strategis in uno lapide C. I. A. IV 27a iudices praeferuntur. Senatus saepius desideratur, et tribus quidem locis ea de causa, quod iusiurandum non Athenis datum est, sed aut Lacedaemone (Thuc. V 19 et 24. cf. Koehler. *Mittheil.* I 172) aut Selymbriae (C. I. A. IV 61a) aut Ceo in insula (*Mittheil.* II 142). Post Euclidis annum

frequentissime praeter senatum militares magistratus iurant (cf. Koehler. in Herm. V 9. *Mittheil.* I 24).

His quantum potuimus adumbratis ad titulum C. I. A. IV 27 a paulisper redeamus, quo non solum primo docemur senatum pactionibus initis populi nomine iuravisse, sed etiam sacrificium publicum curasse, cf. v. 64: *τὰ δὲ ἱερὰ τὰ ἐκ τῶν χρησμῶν ὑπὲρ Εὐβοίας θῦσαι ὡς τάχιστα μετὰ Ἱεροκλέους τρεῖς ἄνδρας οὓς ἂν ἕληται ἡ βουλὴ σφῶν αὐτῶν.* Ceterum, ut v. 20 (cf. p. 39), hic quoque additur: *ὅπως δ' ἂν τάχιστα τυθῇ, οἱ στρατηγοὶ συνεπιμελόσθων καὶ τὸ ἀργύριον ἐς ταῦτα παρεχόντων.* Euboea subiecta, quod vaticinio aliquo (Hieroclis si credimus Foucarto) iussum erat sacrificium tres senatores cum Hierocle vate populi totius nomine instituunt. Cuius rei prorsus simile exemplum non inveni. Quamquam omnino rebus sacris functum esse senatum scimus: velut constat prytanes senatus ante contiones populi aliisque statis diebus pro salute rei publicae sacrificasse [1]), quod inscriptiones comprobant hae: II 390. 392. 408. 425. 426. 431. 432. 459. 472 aliaeque, ubi dicitur fere: *ἔθυον* (sc. *οἱ πρυτάνεις*) *τὰ πρὸ τῶν ἐκκλησιῶν τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ Προστατηρίῳ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Βουλαίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς πάτριον ἦν.* 417: *ἐπειδὴ δὲ οἱ πρυτάνεις τάς τε θυσίας ἔθυον ἁπάσας ὅσαι καθῆκον ἐν τῇ πρυτανείᾳ καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς . . .* In titulis 444. 445. 446, qui de Theseis agunt, hoc legimus: *ἔδωκεν* (sc. *ὁ δεῖνα χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου Θησείων ἀγωνοθέτης*) *δὲ καὶ τῆς βουλῆς καθέσιμον δραχμὰς ΧΗΗ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν εἰς θυσίαν Η* [2]). Laeto nuntio allato senatum sacra facienda iussisse patet

---

[1]) Cf. Koehler. Herm. V 333, Schoell. ib. VI 56, qui affert Theophr. charact. 21.

[2]) Koehler. recte iudicasse videtur (ad 444) voce *καθέσιμον* mercedem intellegendam esse senatoriam (*'Sitzungsgelder'*. cf. Andoc. de myst. 111: *ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε.* Schol. Arist. Plut. 972, al.). Agonothetae igitur mercedem illam solvunt, quod negotium plerumque quaestori senatus commissum esse Boeckhius statuit (*Staatshaush.* I 235). Atque quod duo agonothetae mille et ducentas drachmas, i. e. singulis senatoribus binas, unus sexcentas, i. e. sin-

ex Aeschin. c. Ctesiph. 160: *εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησε*, sc. Demosthenes cum nuntiatum esset Alexandrum esse mortuum. Similiter Cleon apud Aristoph. Eq. 654 sqq. hanc rogationem in senatu fert (*γνώμην ἔλεξε*):

Ἄνδρες, ἤδη μοι δοκεῖ
ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις
εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.

Aliud exemplum, quo confirmatur testimonium quod attuli p. 30 libelli de rep. Athen. de cura rerum sacrarum senatui commissa, titulus praebet a Cumanude editus (*Ἀθήναιον* VI 483), ubi est v. 4: . . [*οἱ ἱεροποι*]*οὶ οἱ αἱρε*[*θ*]*έντε*[*ς ὑπὸ τῆς βουλῆς* (cf. v. 23) *ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ὧν ἔ*]*θυον τῷ Διονύσῳ καὶ* [*τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς προσ*]*ῆκε θύειν ὑπὲρ τῆς βουλῆς κα*[*ὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναί*]*ων*. Etiam C. I. A. II 114 huc facit. Namque B v. 7 senatus a populo corona aurea donatur, *ἐπειδὴ καλῶς καὶ δικαίως ἐπεμελήθη τῆς εὐκοσμίας τοῦ θεάτρου*[1]. Theatrum igitur ipsum a senatu exornatum est, i. e. senatu iubente et fortasse prytanibus curantibus a *θεατρώνῃ*[2]), cuius erat theatri sarta tecta tueri (Boeckh. *Staatshaush.* I 308). Ib. v. 6 legitur: (*ἡ βουλὴ*) *δόξασα καλῶς ἐπιμε*[*μελῆσθαι τῆς εὐκοσμίας περὶ*] *τὴν ἑορτὴν τοῦ Διονύσου*, quod non minus ad Dionysiorum apparatum pertinet.

Senatus et res sacras et legatorum res curantis est theoros ad ludos magnos certaminaque Olympia, Pythia etc. delegare: quos quidem aut semper aut plerumque ipsos fuisse

---

gulis senatoribus singulas dederunt, inde efficitur illos, ut cuique libuit, e re familiari pecuniam donavisse, quae liberalitas ad diei festi apparatum pertinet. Nam suas opes ad Thesea celebranda agonothetas contulisse verba 444 v. 18: *καὶ εἰς ταῦτα πάντα ἀπολογίζεται ἀνηλωκὼς ἐκ τῶν ἰδίων* demonstrant.

1) Cf. 477 b (add. p. 427): *ἐπιμεμέληται δὲ* (sc. *ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν ἄστει*) *τῆς τοῦ ναοῦ εὐκοσμίας*.

2) Cf. II 573, ubi conductor theatri Piraei *ὠνητής* audit.

senatores probabile est[1]), ut Demosthenes dicit de FL. 128: *ὥστε μήτε τοὺς ἐκ τῆς βουλῆς θεωροὺς μήτε τοὺς θεσμοθέτας εἰς τὰ Πύθια πέμψαι.* Deinde apud Aristophanem in Pace v. 713 sq. Mercurius hoc Trygaeo imperat:

ἀλλ' ὡς τάχιστα τήνδε τὴν Θεωρίαν
ἀπάγαγε τῇ βουλῇ λαβών, ἥσπερ ποτ' ἦν.

Ubi schol. ad v. 715 adnotat: *ἡ γὰρ βουλὴ τὰς θεωρίας ἐξέπεμπε* (cf. v. 888 sqq.). Praeterea animadvertendum est, quod apud Dinarchum c. Demosth. 82 legimus: *ἐπειδὴ δὲ . . . Νικάνωρ εἰς Ὀλύμπια ἧκεν, ἀρχιθεωρὸν αὐτὸν* (Demosthenes) *ἐπέδωκεν τῇ βουλῇ* (Ol. 114, 1). Unde apparet architheorum quoque a senatu interdum eligi. Quamquam cum architheoria liturgia esset, hoc non semper fieri potuit, atque etiam fortuito tantum evenit, ut architheorus esset ex ipsis senatoribus, sicut iterum Demosthenes anno Ol. 107, 4 senator simulque architheorus erat, cf. Demosth. c. Mid. 115: *εἴασε* (Midias) *δ' ἀρχιθεωροῦντα ἀγαγεῖν τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν*[2]).

---

[1]) Cf. Boehnecke *Forschungen auf d. Geb. d. Att. Redner* p. 48. M. H. E. Meier de sacris Graecorum legationibus, Halis Sax. 1837 p. X.

[2]) De architheoria cf. Thumser de civium Atheniensium muneribus, Vindob. 1880 p. 95 sq.

APPENDIX.

C. I. A. I 52.

Titulum C. I. A. I 52, de quo supra pauca notavi p. 43, cum ex parte plenius restitui posse existimarem paullo diligentius tractare mihi proposui.

Atheniensium iusiurandum voce demum *οἰχομένων* (v. 15) finiri censeo et fere sequi: *ἔ[στω δὲ Βοττιαίοις ὅρκος ὅδε]*. (De spiritu omisso cf. fr. a, v. 10 *ὁμήρους*). Nam etsi his verbis lacunam recte expletam esse pro certo non habeo, certe simili modo initium iurisiurandi Bottiaeorum significari debuit. Deinde sic legam:

v. 16 *φίλοι ἐσόμε[θα Ἀθηναίοις καὶ ξύμμαχοι]*
» 17 *ἀδόλως, καὶ τ[οὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς ἕξομεν οὕσ-]*
» 18 *περ ἂν Ἀθηνα[ῖοι, οὐδ' ἀποστησόμεθ' ἀπ' Ἀθην-]*
» 19 *αίων οὔτε χρ[ήμασι οὔτε λόγῳ οὔτ' ἔργῳ, ο-]*
» 20 *ὐδὲ μνησικ[ακήσομεν οὐδέποτε. τὰς δὲ ξυ-]*
» 21 *νθήκας τὰ[ς - - - -*
» 22 *ν ἐμπόλε[ι - - - -*

Hoc igitur iusiurandum in verba *μνησικακήσομεν οὐδέποτε* desinit, cum quibus optime conferri potest formula apud Andoc. de myst. 79: *μηδὲ μνησικακῆσαι μηδέποτε*. v. 22 agnoscitur *ἐμπόλε[ι]*, quocum coniunctum illud *τὰς δὲ ξυνθήκας τάς* verba foederis a Thucydide relati in mentem revocat (V 47): *τὰς δὲ ξυνθήκας τὰς περὶ τῶν σπονδῶν καὶ τῶν ὅρκων καὶ τῆς ξυμμαχίας ἀναγράψαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ Ἀθηναίους μὲν ἐν πόλει*. Quare suppleri potest: *τὰς δὲ ξυ]νθήκας τὰ[ς περὶ τῶν σπονδῶν Ἀθηναίους μὲ]ν ἐμπόλε[ι καταθεῖναι* aut . . . *τά[σδε ἀναγράψαντες Ἀθήνησι μὲ]ν ἐμπόλε[ι καταθέντων*. cf. C. I. A. I 11: *[ἀναγράψαι δὲ*

ταῦτα καὶ τὸν ὅρ]κον ἐ[ν] λι[θ]ίνῃ [στήλῃ [καὶ καταθεῖναι Ἀθήνησι μὲν ἐμπόλ]ει. Quomodo vero his cum verbis initium fragmenti a coniungatur parum mihi constat, cf. v. 3 *ιστήλῃ* (*εἰστήλῃ* Kirchhoff.) .... 4: *δ]ὲ˘καὶ Βοττια[ι - - -.* 5 *ες καταθέντ - - -.* — De adverbio *ἀδόλως* v. 17 cf. Thuc. V 23: *ταῦτα δ' εἶναι δικαίως καὶ προθύμως καὶ ἀδόλως.* — Formula *τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς ἕξομεν* etc. invenitur apud Xenoph. Hist. gr. II 2, 20: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ... ἐποιοῦντο εἰρήνην ἐφ' ᾧ ...* (Athenienses) *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὅποι ἂν ἡγῶνται.* Unde Busolt. (*Der* 2. ***Athen. Bund*** p. 650) effici putat non dici nisi inferiores Lacedaemoniis civitates eosdem quos illos habere amicos et hostes. Idemque p. 713 indicat de Aeschinis loco (III 100): *γράφει* (Demosthenes) *κελεύων ἑλέσθαι πρέσβεις εἰς Ἐρέτριαν ... καὶ πάλιν ἑτέρους αἱρεῖσθαι εἰς Ὠρεὸν πρὸς τοὺς Ὠρείτας πρέσβεις, οἵτινες δεήσονται αὐτοῖς τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν εἶναι.* Sed [errare Busoltum Thucydides demonstrat, cum I 44 refert: *Ἀθηναῖοι δὲ ἀκούσαντες ἀμφοτέρων* (Corcyraeorum et Corinthiorum), *γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας, τῇ μὲν προτέρᾳ οὐχ ἧσσον τῶν Κορινθίων ἀπεδέξαντο τοὺς λόγους, ἐν δὲ ὑστεραίᾳ μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν* (*εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί*), *ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο ...* Etiam Corcyraeis igitur, quamvis opibus inferiores essent Atheniensibus, si foedus cum illis fecissent, ad bellum Corinthiis inferendum Athenienses cogere licuisset. Atque hanc vim in ipsa voce *ξυμμαχία* inesse quis sit quin videat? — De v. 19 cf. C. I. A. I 13 v. 13: *οὔτε λ]όγῳ[ι] οὔτ' ἔρ[γῳ.*

fr. a, v. 7 sqq. sic lego: [... *τοὺς δὲ ὅρκους*]

8: *οἵτινες λή[ψονται* (desunt 11 litterae, fortasse *ἐξορκοῦντες*?), *τὸν δῆ-*]

9: *μον πέντε ἄν[δρας ἑλέσθαι αὐτίκα μάλα. τοὺ*]-

10: *ς δὲ ὁμήρους ... - - -*

Cum quibus cf. *Mittheil.* II 213: [*ἑλέσθαι δὲ πρ*]*έσβεις αὐτίκα μάλα τὴν βουλὴν δέκα ἄνδρας . . . οἵτινες ἀπολήψονται τοὺς ὅρκους παρὰ Ἐρετριέων.* — C. I. A. II 52 v. 30 habes *λαβεῖν δὲ τὸν ὅρκον.* — Collocatio verborum similis est C. I. A. IV 27a, v. 45 sqq.: *οἵτινες δὲ ἐξορκώσουσι ἀφικόμενοι ἐς Χαλκίδα ἑλέσθαι τὸν δῆμον πέντε ἄνδρας αὐτίκα μάλα.* Etiam hoc loco postquam de legatis creandis actum est statim de obsidibus decernitur. — Denique argumento horum versuum comprobatur, ni fallor, fr. a post fr. b ponendum esse.

Bottiaeorum urbem Spartolum fuisse Thuc. II 79 (*ἐλθόντες δὲ ὑπὸ Σπάρτωλον τὴν Βοττικήν* . . .), Diodor. XII 47, Harpocr. s. v. testantur. Deinde cum pro Bottiaeis, qui C. I. A. I 234 in tabulis logistarum extant, 237 iisdem utroque loco urbibus praecedentibus et sequentibus enumerentur *Σκώλιοι* et *Σπαρτώλιοι* (qui a Thucydide quoque coniunguntur V 18: *Σκῶλος, Ὄλυνθος, Σπάρτωλος*), Koehlerus (*Urk. u. Untersuch.* p. 174) arbitratur Stolios quoque Bottiaeos fuisse [1]. Quod num verum sit dubito: 234 enim a Bottiaeis ducentae, 237 a Spartoliis ducentae, a Stoliis sexaginta sex drachmae et quattuor oboli neque a Spartoliis una cum Stoliis eadem, quae a Bottiaeis, summa solvitur. Immo ex hac re concludam Spartolios et Bottiaeos eosdem intellegendos esse (cf. Kirchhoff. C. I. A. I p. 229 in indice). Sane concedo Stolum urbem Botticam fuisse [2], verum rempublicam Bottiaeorum Spartolios cum suis agris effecisse censeo. Ita explicatur, quod in titulo nostro I 52 senatus et magistratus (*ἄρχοντες*) Bottiaeorum iurant, complures vero urbes ut unam senatum haberent fieri potuisse illo tempore non credo. Nec coniunctos fuisse Stolios et Spartolios inde patet, quod tributum utrique separatim semper solverunt, cf. C. I. A. I 226. 229. 231. 233. 235. 237. 238. 243. — Contra 'Bottiaeorum' unam

---

[1]) Cf. Boeckh. *Staatshaush.* II 675.

[2]) Constat enim nomen eius partis Chalcidicae paeninsulae, de qua agimus, fuisse *ἡ Βοττική*, cum veteres Bottiaeorum circa Axium sedes Herodoto nominentur *Βοττιαιίς* (VII 123), Thucydidi *Βοττία* (II 99).

rem publicam fuisse etiam inde sciri poterat, quod inter *πολιτείας* Aristoteleas caput erat *περὶ τῆς Βοττιαίων πολιτείας* (Plut. Thes. 16), idemque nummi probant, cf. Eckhel. II 70, qui tria numismata affert 'variante inscriptione: *ΒΟΤΤΑΙΩΝ*, *ΒΟΤΤΙΑΙΩΝ*, *ΒΟΤΤΕΑΤΩΝ*'. Botteatae vero in Macedonia ipsa habitabant neque huc pertinent (cf. Leake, numism. Hellen. Europ p. 29. Supplem. Europ. p. 118). Apud Steph. Byz. s. v. *Νίκαια* legitur: *πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀγκώρη, εἶτα Ἀντιγόνεια, ὕστερον δὲ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου γυναικὸς Νίκαια μετεκλήθη*. Ubi fortasse Botiaënses potius intellegendi sunt, cf. id. s. *Βοτιάειον· πόλις Φρυγίας, ἔχουσα λίμνην Ἄνταιαν λεγομένην, τρέφουσαν ἅλας. τὸ ἐθνικὸν Βοτιαεύς.* — Ceterum Olynthus usque ad annum 479 Bottiaeorum fuit teste Herod. VIII 127. — Cum vero C. I. A. I 226 Mecypernaei una cum Stoliis tributum solvant, apparet etiam Mecypernen urbem Botticam fuisse: sed etiam hi 234 iuxta Bottiaeos enumerantur. — Denique ut Bottiaeorum, ita aliarum quoque civitatum senatus Atheniensibus iuraiuranda dare consentaneum est: cf. Thuc. V 47 de Mantineensium et Argivorum, *Mittheil.* II 212 de Eretriensium senatu.

DE METRIS PINDARI

QUAESTIONES TRES

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FELIX VOGT

BERNENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

GUILELMO · STUDEMUNDO

RUDOLFO · SCHOELLIO

PRAECEPTORIBUS

S·

PRAEFATIO.

Trium quas de metris Pindari conscripsimus quaestionum prima, quae ad omnia epinicia pertinet, demonstrabimus Pindarum in extremo versu, ubi omnes poetae Graeci syllabam ancipitem ita admisisse dicuntur, ut pro arbitrio brevem aut longam syllabam ponerent, consulto evitasse syllabas vocali brevi terminatas. Legitime igitur versus Pindarici exire possunt in syllabas velut *-τως*, *-τω*, *-τος*, illegitimus autem exitus est e. g. in *-το*. Quod discrimen cum in libris de re metrica conscriptis non observatum sit, neque nomen sollemne praesto sit, quo exitus in vocalem brevem (*-το*) cadens distinguatur ab exitibus in consonantem (*-τως*, *-τος*) et in vocalem longam (*-τω*) cadentibus (nam brevis exitus non minus ille appellari potest, qui fit in syllabam brevem consonante terminatam [*-τος*] quam is, qui in vocalem brevem fit [*-το*]), ut uno verbo rem significemus, exitus, quales sunt *-τως*, *-τω*, *-τος*, appellabimus perfectos, contra exitus in vocalem brevem cadentes, qualis est *-το*, exitus imperfectos.

In altera quaestione agemus de versibus et colis earum stropharum, quas G. Hermannum secuti doricas appellare consuevimus. Sane cum Hermanni studia metrica inter philologorum plausus senescerent, non modo ei qui postquam identidem voluptatis causa degustaverunt magis quam perdidicerunt artem metricam, tumultuariam et incogitatam operam in hac disciplina collocarunt, sed etiam acumine suo

bene utentes et prudentes numerorum Graecorum aestimatores plerique hoc nomen adoptarunt, cum praesertim hoc stropharum genus maxime in poesi chorica Doriensium excultum esse videretur. Nos simul brevitatis causa illud nomen praeferendum esse duximus nominibus naturam metri melius significantibus, quae Westphalius his strophis dedit, cum in priore artis metricae Graecae editione strophas dactyloepitriticas, in altera hesychasticas episyntheticas nuncuparet. Item ut brevitati inserviremus, eas strophas Pindari, quae doricae non sunt, quamvis inter se diversissimas, uno nomine a e o l i c a r u m comprehendimus. Summa autem huius quaestionis haec est: Stropha dorica componitur ex colis dactylicis et trochaicis (sive epitriticis), quae constanter incipiunt a thesi, i. e. a gravi pedis parte, et exeunt in arsin, i. e. in levem pedis partem, quae arsis aut syllaba expressa est, velut in hoc colo:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

aut cum thesi praecedenti in unam syllabam totius pedis spatium explentem coniuncta est, velut in hoc colo:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞

aut pausa expletur, velut in hoc colo:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ∧

Pausa autem non fit nisi cum finis c o l i incidat in finem v e r s u s, i. e. cum post hoc colum in omnibus carminis strophis verbum finiatur et in una vel pluribus strophis syllaba anceps vel hiatus accedat. Potest autem v e r s u s f i n i s incidere non solum post ultimum pedem coli, quod fit plerumque, sed etiam i n m e d i o c o l o post thesin vel primam vel alteram vel tertiam. Quae res eo confirmatur, quod, si versus incipit a duabus syllabis brevibus, finis versus praecedentis constanter ita comparatus est, ut initium coli dactylici esse possit. Exemplo autem hoc loco uno defungar, quod Christius quoque similiter explicavit in libri, quem de re metrica conscripsit, ed. II p. 107 sq. Habemus enim in carmine P IX secundum et tertium versus strophae hos:

– ⏑ – – – ⏑ – – ⏓

⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

quorum numeros sic explicari posse dicit:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – ⏓́, ⏖ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ –́ –*).

Continuationem autem rhythmicam, qua versus in eiusmodi locis arte conexos esse apparet, per totas strophas fieri coniecimus, quia in nulla stropha sententiae incisiones eodem loco constanter factas deprehendimus, quae certiores nos facerent certo loco continuationem rhythmicam interruptam esse. Obstare vero videntur continuationi rhythmicae maxime illi loci, ubi versus incipiat ab arsi, cum praecedens in arsin ceciderit.

Quod fit e. g. **O** VI str. 5:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓

– –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⏓́

⏑ – – –́ ⏑ – – . . . . . .

nam duae arses ita ut rhythmus servetur se excipere non possunt, quia rhythmus fit aequabili vicissitudine thesium et arsium. Dissuadent autem interruptionem rhythmi loco citato eiusdem carminis versus 46 et 54:

. . . . – – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ || – –́ ⏑ – – . . . .

. . . ἐθρέψαντο δράκοντες ἀμεμφεῖ || ἰῷ μελισσᾶν . .

. . . πεμπταῖον γεγεναμένον. ἀλλ' ἐν || κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ . . .

Itaque ne inconstantiae crimen committerem sed ut talibus quoque locis continuationem numerorum servarem, paene invitus et cum magna cunctatione eo cotidiana meditatione perductus sum, ut conicerem omnes versus harum stropharum, qui in arsin exire viderentur, ita dimetiendos esse, ut syllaba longa paenultima vicem gereret unius pedis, ultima autem thesis

---

*) Inter Christii autem sententiam, cum verbis utatur his: »man wird daher entweder den angeführten Vers trotz des Hiatus in vv. 35, 60, 110 und trotz der zweifelhaften Sylbe in vv. 27, 102 mit dem folgenden Vers rhythmisch verbinden«, nostramque id discrimen intercedit, quod ille hac rhythmi continuatione quasi unum versum ex duobus (2 et 3) effici putat, nos talem continuationem rhythmi per totas strophas versuum diremptione non sublata constituendam esse contendimus. Identidem monemus ictum illum, quo Christius paenultimam syllabam versus tertii, nimio ni fallor dipodicae mensurae amore adductus, insignivit, a nobis non comprobari.

fieret, quae aut pausa aut arsi sequenti versui praefixa ad unius pedis mensuram compleretur. Quod loco citato fit hoc modo:

–́ ◡ – – –́ ◡ – – –́ ◡◡ – ◡◡ ⊔ ⏒
– –́ ◡ – – . . . .

ut colum quattuor pedum comprehendat exitum et initium versuum

–̋ ◡◡ –́ ◡◡ ⊔́ ⏒́ | –

Neque ignoramus semper futurum aliquid in hoc conatu, quod fastidiosos artis Pindaricae aestimatores offendat.

In ictibus distribuendis nihil novare voluimus, sed cum omnibus editoribus Pindari in strophis doricis describendis ictu notabimus primam thesin coli. Revera autem in colis dactylicis et trochaicis primam thesin fortissimum ictum recepisse pro certo non constat, sed veri simile est. Discimus enim ex grammaticis latinis, qui Heliodori doctrinam propagant, in trimetro iambico, qui constat ex tribus syzygiis vel pedibus duplicibus, fortiores ictus cecidisse in alteram quamque syzygiarum thesin, i. e. in pedes versus alterum, quartum, sextum:

⏓ – ◡ –́, ⏓ – ◡ –́, ⏓ – ◡ ⏒́.

Syzygia igitur ictus scandentes habet (⏓ –̀ ◡ –́), sicut pes simplex ab arsi ad thesin progreditur (◡ –́). Quodsi eadem analogia est in aliis metris inter pedes simplices et pedes compositos i. e. cola, cola dactylica et trochaica ictibus descendentibus insignienda sunt, quia pes dactylicus (–́ ◡◡) et pes trochaicus (–́ ◡) a thesi ad arsin progrediuntur.

Quod autem Westphalius (Die Fragmente u. die Lehrsätze der griechischen Rhythmiker p. 180) ictus hexametri dactylici hoc modo distribuendos esse censet:

–̋ ◡◡ –́ ◡◡ –‴ ◡◡ –̋ ◡◡ –́ ◡◡ –‴ –

verbis Marii Victorini (p. 2515): »herous in duas caeditur partes, penthemimerem et hephthemimerem«, abusus, quae de caesura, non de ictibus dicta sunt, probari nequit. Nam quod ad rationem suam confirmandam profert, hac percussione theses ante caesuram et ante finem versus fortissimos ictus

recipere, quae declamatione quoque distinguantur, confundit ictum rhetoricum cum ictu rhythmico et musico.

Tertia quaestione, qua de syllaba ancipiti in medio versu strophae doricae agetur, probare conabimur utriusque generis et dactylici et epitritici cola acatalecta strophae doricae secundum rhythmum severiorem eumque antiquiorem exiisse in trochaeum, spondeo autem pro trochaeo posito retardari rhythmum, quae retardatio Pindari tempore tam saepe facta est in extremis colis, ut spondeus ibi pes legitimus esset, trochaeus exceptionis locum tenens certis sedibus in initio maxime carminum compareret.

Aberrare aliquantum et in devium exire vereor ne videantur haec studia in difficillimis quaestionibus metricis collocata eis viris doctis, qui aut hauriendam ex optimis scriptoribus Graecis delectationem unice commendandam esse iunioribus clamant aut in hoc uno multum curae multumque sedulitatis impendendum esse arbitrantur, ut iudicandi calliditas cum vitiis librariorum socordia contextui optimorum scriptorum obtrusis luctetur. Sed neque consenescet Pindaricae poesis elegantia dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis, nec facile in Pindari locis antiquitus corruptis emendandis palmam feret pusillum et angustum ingenium eorum, qui in occurrentes versus obiter coniecturis furere solent; quin etiam refrenandos et inhibendos esse coniecturientium impetus in crisi Pindarica persuadet clarissimorum Pindari editorum exemplum, quorum salubris providentia nos docuit nec sordide custodire lectiones traditas, ubi suspicioni obnoxiae sunt, nec prodige spargere coniecturas in locis quos certo corrigi posse desperes.

QUAESTIO PRIMA.

DE EXITU VERSUUM PERFECTO ATQUE IMPERFECTO.

§ 1.

Ante Boeckhium qui Pindarum edebant, versus solebant ita diremptos constituere, ut in libris manuscriptis extant, in quibus non versus (sive periodi) distincti sunt, sed cola, quatenus grammatici et grammaticastri Byzantini hoc facere potuerunt.

Boeckhius autem cum omnem istam congeriem Byzantinorum magistellorum, quorum dum ingenia dormiunt, digiti carmina metientes opificum ritu sonabant, non dignam esse intellexisset, in qua diu desudaret, abiecta lubrica et incerta possessione regularum a Byzantinis excogitatarum, ipsa Pindari carmina accuratissime perscrutatus ac dimensus versus Pindaricos divisit secundum legem hanc: si certo loco stropharum ad idem schema metricum confectarum omnium (vel, ut uno verbo dicamus, omnibus locis parallelis) vocabulum finitur, versus finis constitui potest, et si in una vel pluribus strophis accedit hiatus vel syllaba anceps, versus finem constitui necesse est. Praeterea versus exire non potest in vocabulum elisum, neque incipere ab enclitico aut a particulis μέν et δέ. Discrepant autem cum hac regula tam pauci loci, ut emendandi esse videantur. Atque cum Tycho Mommsen omnes elisiones in finibus versuum emendando removisset, Theodorus Bergk, novissimus editor Pindari, in Poetarum lyricorum editione quarta quattuor locis elisionem in fine versuum admisit.

Christius contra (de re metrica ed. II p. 104) elisiones quidem removit, sed quinque locis versus incipere a *τέ*, *δέ* et *μοί* vocabulis contendit, quos locos Bergkius et Mommsenus emendarunt. Sunt autem loci, de quibus agitur, hi:

1) **O** II 29 (Chr.)

. . . . *φιλεῖ*
δέ νιν Παλλὰς αἰεί

Hunc versum cum praecedenti recte coniunxerunt Mommsenus et Bergkius, in unico loco parallelo v. 15 . . . *Ἀλφεοῦ* | *ἰανθείς* . . ., qui obesse videtur, hiatus post nomen proprium tolerari potest aut facili negotio *Ἀλφεοῖ' ἰανθείς* scribi (cf. **O** XIII 34 *Θεσσαλοῖ' ἐπ' Ἀλφεοῦ* et quae ad hunc locum adnotavit Mommsenus).

2) **O** III 25

. . . . *πορεύειν θυμὸς ὥρμαιν'*
Ἰστρίαν νιν . . . .

Hoc loco elisio intolerabilior quam alibi est, quod in fine strophae fit. Summo igitur iure Christius et Mommsenus ediderunt *ὥρμα* codicis A lectione recepta.

3) **P** IV 180

. . . . *ταχέως δ'*
ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα . . . .

Recte Boeckhius delevit particulam *δέ*, quam Bergkius retinet: nam saepius factum est ut asyndeta genuina librarii *δέ* particula inserta ligarent, veluti **O** I 71 *ἐγγὺς δ' ἐλθών* . . . traditum est, ubi *δέ* eici metrum iubet.

4) **N** IV 64

πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμαχάνων τελεόντων
ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμὰν
τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων
ἔγαμεν ὑψιθρόνων μίαν Νηρεΐδων,

Hanc lectionem traditam retinuerunt Mommsenus et Christius, quamquam non solum vox enclitica offendit, sed etiam syllaba brevis *τε*, pro qua undecim sedibus parallelis longa extat. Bergkius autem longam syllabam optime restituit, cum scriberet

. . . *ἀκμάν τ'* | *ἠ̃ δεινοτάτων* . . .,

sed elisionis artificium obtrusit versui extremo. Utrumque artificium evitari potest coniunctis versibus ultimis strophae:

◡́◡ ◡ – ◡◡ – ◡ – – ◡́ ◡ ◡ – ◡ – ◡ ∟ ⏓

ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν τ᾽ ἢ δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων

Ex undecim locis parallelis cum novem nullam omnino difficultatem habeant, v. 23 . . . κατέδρακεν | Ἡρακλέος . . . terminatio -εν sub ictu produci potest, sicut fit **P** IV 184

. . . ◡ – – ◡́ ◡ – –

. . . πόθον ἔνδαιεν Ἥρα,

et in v. 47 coniectura amplectenda est, quam Bergkius in editione altera protulit

ὁ Τελαμωνιάδας δ᾽ ἄτερθ᾽ Αἴας Σαλαμῖν᾽ ἔχει πατρῴαν·

5) **N** VIII 38

. . . . . καλύψαιμ᾽

Bergkius nunc servat, Mommsenus autem et Christius emendant scribentes καλύψαιν, quod ipse Bergkius olim coniecerat.

6. 7) **I** VIII (VII) 12 et 32 (Chr.)

στρ. β′ 1. . . . . ἀλλά | μοι δεῖμα . . . .

στρ. δ′ 1. . . . . εἶπε | δ᾽ εὔβουλος . . . .

Hoc loco unus Christius versus ita distribuit, ut a μοί et δέ eliso versus incoharentur, Bergkium autem et Mommsenum eos recte coniunxisse § 5, 20 demonstrabimus.

§ 2.

Si exitus versuum secundum regulas in § 1 expositas constitutorum contemplati naturam syllabarum in fine positarum examinamus, maximam partem longarum invenimus, multo minorem brevium; ex brevibus autem plurimae exeunt in consonantem, paucissimae in vocalem. Omnibus enim epiniciorum versibus secundum Boeckhii editionem computatis deprehendimus in versibus 3549 versus 100 tantum, qui cadant in syllabam brevem apertam (i. e. quae in vocalem brevem desinit, velut τέ). Ac primum quidem oritur quaestio. num haec ratio ex natura linguae graecae proveniat an ex consilio poetae. Comparemus igitur alia genera poeseos, in quibus de versuum divisione nulla est dubitatio, e. g. ver-

sum heroicum et trimetrum iambicum. In Homeri libro *N*, qui continet hexametros 835, versus 142 cadunt in brevem apertam; in dialogo Persarum Aeschyleae, qui constat ex trimetris iambicis et tetrametris trochaicis catalecticis 590 (licet enim, ubi de fine versuum quaestio est, haec duo genera metrorum consociare, quoniam utriusque pars altera, quae post caesuram est, eadem est:

⏒ – ⏑ – ⏒, – ⏑ – ⏒ – ⏑ ⏓
– ⏑ – ⏒ – ⏑ – ⏒, – ⏑ – ⏒ – ⏑ ⏓)

105 versus exeunt in brevem apertam. Hos igitur numeros evicimus:

Pindari epinicia]	100 : 3549	vel 28 : 1000,	fere $\frac{1}{35}$ vel $\frac{1}{36}$
Homeri *N*]	142 : 835	vel 170 : 1000,	fere $\frac{1}{6}$
Aeschyli Persae]	105 : 590	vel 178 : 1000,	fere $\frac{1}{6}$.

Ex qua computatione intellegitur Pindarum aliquatenus consulto reformidasse exitum versuum ita comparatum, ut ultima syllaba caderet in brevem vocalem apertam. Qua re commoti dedimus huic exitui nomen i m p e r f e c t i, ita ut exitus p e r f e c t u s nobis is sit, qui formetur aut syllaba longa clausa (e. g. *της*) aut syllaba longa aperta (e. g. *τη*) aut syllaba brevi clausa (e. g. *τος*).

Figuram rhythmicam exitus spectanti discernendi sunt exitus masculinus et exitus femininus: masculinus autem is est, cuius paenultima syllaba arsis est (⏑ ⏓́), femininus contra is, cuius paenultima syllaba thesis est (–́ ⏒) *).

Iam quamquam versus heroicus feminino, versus scaenicus masculino conspicuus est exitu, atque alia dialecto utuntur epici alia tragici poetae, tamen Homerus et Aeschylus eundem numerum relativum exituum imperfectorum habent $\frac{1}{6}$. Unde apparet figuram exitus nullius momenti esse in frequentia exituum imperfectorum admittenda reformidandave.

§ 3.

Cum circumspectis omnibus rebus rationibusque subductis explorate cognitum habeamus Pindarum exitum imperfectum

---

*) In hac definitione paenultimae naturam adhibuimus, non ultimae, ex causis, quarum infra faciemus mentionem.

parum probasse, duae quaestiones oboriuntur, quarum altera haec est, num quid 100 illis locis, quibus exitum imperfectum legimus, commune sit, quo explicetur, cur a norma ceteroqui sedulo observata recesserit, altera illa est, num omnes illi loci sani sint traditi. Quae res cum diligenti observatione indigeat, necesse est ut subiciamus tabulam locorum, in qua versus et secundum eum numerum, quem habent in toto carmine, et secundum eum, quem habent in stropha vel epodo, citabimus.

Uncis autem inclusum addemus numerum versuum totius carminis, ut appareat, quanta sit frequentia exituum imperfectorum in singulis carminibus. Simul adscribemus singulis locis, qualis sit natura exitus in reliquis locis parallelis ratione habita initii versus sequentis, ita ut discernamus septem classes exituum:

1. exit versus in longam clausam aut
   exit versus in longam apertam et incipit sequens a consonante:
   Habemus exitum longum (l.)
2. exit versus in longam apertam et incipit sequens a vocali:
   Habemus exitum longum cum hiatu (h.)
3. exit versus in brevem clausam et incipit sequens a consonante:
   Habemus exitum brevem cum positione (p.)
4. exit versus in brevem clausam et incipit sequens a vocali:
   Habemus exitum brevem (br.)
5. exit versus in brevem apertam et incipit sequens a consonante duplici:
   Habemus exitum imperfectum cum positione (ip.)
6. exit versus in brevem apertam et incipit sequens a consonante simplici:
   Habemus exitum imperfectum (i.)
7. exit versus in brevem apertam et incipit sequens a vocali:
   Habemus exitum imperfectum cum hiatu (ih.)

Percensenti e. g. omnes versus carminis P I occurrent in 100 versibus 69 l, 10 h, 9 p, 11 br, 1 i, 0 ih, 0 ip.

a et *d* litterae carminum titulis praefixae indicant metrum carminis aeolicum vel doricum.

a. **O** I (116)

62. *στρ. γ′* 4. *ἀμβροσίαν τε* | *δῶκεν*. 4 l, 2 h, 1 p, 1 i. –́⏑|–́⏑–
86. *επ. γ′* 6. *ἐφάψατο* | *ἔπεσι*. 3 l, 1 ih. ⏑–́|⏓́⏑– (Bgk., Chr.)

a. **O** II (110)

25. *στρ. β′* 3. *βαρύ* | *κρεσσόνων*. 6 l, 3 h, 1 ip. ⏑–́|–́⏑–
104. *αντ. ε′* 8. *χέρα* | *Θήρωνος*. 2 l, 4 p, 3 br, 1 i. ⏑⏑–́|––́⏑
110. *επ. ε′* 6. *δύναιτο* | 1 h, 1 p, 2 br, 1 i. –́⏑| (5)

d. **O** III (48)

9. *αντ. α′* 4. *τᾶς ἄπο* | *θεόμοροι*. 4 l, 1 p, 1 i. ⏑–́|–́⏑–
13. *επ. α′* 3. *τάν ποτε* | *Ἴστρου*. 1 l, 1 p, 1 ih. ⏑–́|–́⏑⏑–

a. **O** IV (30)

1. *στρ.* 1. *ὑπέρτατε* | *βρονταῖς*. 1 br, 1 i. ⏑–́|––́⏑⏑ (Bgk.)
21. *επ.* 1. *παῖδα* | *Λαμνιάδων*. 1 i. –́⏑|–́⏑⏑–
26. *επ.* 6. *ταχυτᾶτι* | *χεῖρες*. 1 i. –́⏑|––́⏑⏑ (10)

a. **O** V (24)

3. *στρ. α′* 3. *δῶρα* | *ὅς*. 5 l, 1 ih. –́⏑|–́––

d. **O** VI (105)

53. *αντ. γ′* 4. *ἀλλά* | *κέκρυπτο*. 7 l, 1 h, 1 br, 1 i. –́⏑|––́⏑ (Bgk.)
68. *στρ. δ′* 5. *πατρί* | *ἑορτάν*. 3 l, 2 h, 2 p, 2 br, 1 ih. ⏑–́|⏑–́–

d. **O** VII (95)

16. *επ. α′* 5. *ἄποινα* | *καί*. 1 l, 3 p, 1 i. –́⏑|–́⏑⏑

d. **O** VIII (88)

4. *στρ. α′* 4. *ἀνθρώπων πέρι* | *μαιομένων*. 1 l, 1 h, 3 p, 2 br, 1 i. ⏑–́|–́⏑⏑– (15)

a. **O** IX (120)

19. *αντ. α′* 7. *παρά* | *Ἀλφεοῦ*. 1 h, 3 p, 3 br, 1 ih. ⏑–́|–́⏑–
46. *αντ. β′* 5. *καταβάντε* | *δόμον*. 3 l, 3 p, 1 br, 1 i. –́⏑|⏓́⏑–
55. *επ. β′* 3. *ἀλλά* | *Ζηνός*. 2 l, 1 br, 1 ip. –́⏑|––́⏑
83. *επ. γ′* 1. *μήποτε* | *σφετέρας*. 2 l, 1 p, 1 ip. ⏑–́|⏑⏑–́

a. **O** X (XI) (110)

{ 4. *στρ. α′* 4. *χερί* | *ἐρύκετον*. 1 l, 1 p, 5 br, 3 ih. ⏑–́|⏑–́⏑ (20)
{ 26. *στρ. β′* 4. *ἐκτίσσατο* | *ἐπεί*.
{ 90. *στρ. ε′* 4. *ποιμένα* | *ἐπακτόν*.

21. επ. α' 8. ποτὶ | πελώριον. 1 br, 1 i, 1 ip, 2 ih. ⏑–́|⏑–́⏑⏑
65. επ. γ' 8. ἅρματι | ἀγώνιον.
87. επ. δ' 8. ἀραρότα | χλιδῶσα. (25)
109. επ. ε' 8. ἄποτε | ἀναιδέα.

28. στρ. β' 6. ἀμύμονα | πέφνε. 1l, 4p, 4br, 1i. ⏑–́|⏑–́⏖⏑ (⏑⏑–́)
37. επ. β' 3. πυρὶ | πλαγαῖς. 1 h, 1 br, 1 ip, 1 ih. ⏑–́|––́⏑⏑
59. επ. γ' 3. ἄρα | ἔστασεν.
62. επ. γ' 5. νικαφορίαισί τε | τίς. 2p, 2br, 1i. ⏑–́|––́⏑ (30)
90. στρ. ε' 2. πατρὶ | ποθεινός. 1 h, 3 p, 5 br, 1 i. ⏑–́|⏑–́
102. επ. ε' 2. μέλιτι | εὐάνορα. 1 l, 2 br, 1 ih. ⏑⏑–́|–́⏑⏑⏖

d. **O XIII** (110)

20. επ. α' 4. μέτρα | ἤ. 1 p, 4 ih. ⏑–́|–́⏑
42. επ. β' 4. ἀριστεύσατε | ἠδέ.
64. επ. γ' 4. αὐτίκα | ἦν. (35)
108. επ. ε' 4. κατά | Ἑλλάδ'.
69. στρ. δ' 3. ποδὶ | παρκείμενον. 5l, 1 h, 3p, 1 i. ⏑–́|––́⏑

a. **O XIV** (24)

1. στρ. 1. αἴτε ᾿ ναίετε. 1 i, 1 br (c. elis.). –́⏑|–́⏑⏑
10. στρ. 10. παρὰ | Πύθιον. 1 l, 1i. ⏑–́|–⏖⏑
15. αντ. 2. Θαλία τε | ἐρασίμολπε. 1l, 1ih. ⏑⏑–́⏑|⏖⏑– (40)
19. αντ. 8. ἕκατι ᾿ τόνδε. 1 l, 1 i. ⏑–́⏑|–́⏑
19. αντ. 7. Μινύεια | σεῦ. 1 l, 1 i. –́⏑|–́⏑– (Bgk.)

d. **P I** (100)

16. επ. α' 4. τόν ποτε | Κιλίκιον. 2l, 1p, 1 br, 1 i. –⏑–́|⏖⏑

a. **P II** (96)

31. στρ. β' 7. ὅτι | ἐμφύλιον. 6 p, 1 ip, 1 ih. ⏑–́|––́
79. στρ. δ' 7. βαθὺ | σκευᾶς. (45)
36. αντ. β' 4. παρελέξατο | ψεῦδος. 1 l, 1 h, 1 p, 4 br, 1 ip. ⏑–́|––́⏑
61. αντ. γ' 5. κενεὰ | εὐανθέα. 7 l, i h. ⏑⏑–́|––́⏑

d. **P III** (115)

5. στρ. α' 5. ποτὲ | τέκτονα. 5l, 1 h, 1 br, 1 i, 1 ih. ⏑–́|–́⏑⏑
74. στρ. δ' 5. ποτὲ | ἀστέρος.
40. επ. β' 3. οὐκέτι | τλάσομαι. 3l, 1 br, 1 ip. ⏑–́|–́⏑– (50)
78. αντ. δ' 2. θαμὰ | σεμνάν. 6l, 1 h, 1 p, 2 i. ⏑–́|––́⏑⏑
94. στρ. ε' 2. ἕδνα τε | δέξαντο.

d. **P** IV (299)

5. στρ. α′ 5. ἱέρεια | χρῆσεν. 13l, 2h, 4p, 6br, 1ip. –⏑–́|–́⏑ (Bgk., Mo.)

21. επ. α′ 5. διδόντι | ξείνια. 8l, 3p, 1br, 1ip. –́⏑|–́⏑

40. επ. β′ 1. θαμά | λυσιπόνοις. 3l, 3p, 2br, 2i, 3ih. ⏑–́|–́⏑⏑

86. επ. δ′ 1. τόδε | οὔτι.

224. επ. ι′ 1. σκίμψατο | καί.

247. επ. ια′ 1. καί τινα | οἶμον.

293. επ. ιγ′ 1. ποτέ | οἶκον.

53. στρ. γ′ 7. δώματι | Φοῖβος. 10l, 2h, 7p, 6br, 1i. ⏑–́|⏓́⏑

a. **P** V (124)

7. στρ. α′ 7. βαθμίδων ἄπο | σύν. 4p, 2br, 1i, 1ih. ⏑–́|⏑–́–́

69. στρ. γ′ 7. Λακεδαίμονι | ἐν.

19. αντ. α′ 8. φρενί | μάκαρ. 1h, 2p, 2br, 1ip, 1i, 1ih. ⏑–́|⏑–́⏑

101. στρ. δ′ 8. φρενί | σφόν.

112. αντ. δ′ 8. ἔπλετο | ἀγωνίας.

20. αντ. α′ 9. ὅτι | εὖχος. 1l, 1p, 4br, 2ih. ⏑–́|–́⏑

51. αντ. β′ 9. φρενί | ἦλθες.

94. στρ. δ′ 1. μέτα | ἔναιεν. 4l, 1h, 2p, 1ih. ⏑–́|⏑–́⏑

80. αντ. γ′ 7. Καρνεῖε | σ᾽ ἐν. 1l, 1p, 4br, 2i. –́⏑|––́⏑⏑ (Bgk.)

111. αντ. δ′ 7. γλῶσσάν τε | θάρσος. (Bgk.)

a. **P** VI (54)

13. στρ. β′ 4. χεράδι | κρυπτόμενον. 4l, 1h, 1ip. ⏑⏑–́|–́⏑⏑

a. **P** VII (22)

19. επ. 3. ἔργα | φαντί. 1i. –́⏑|–́⏑⏑

a. **P** X (72)

–́⏑–

6. στρ. α′ 6. ὅπα | γεύεται. 3l, 3p, 1br, 1i. ⏑–́|⏑–́⏑⏑

51. επ. γ′ 3. χθονί | πρῴραθε. 2l, 1ip, 1ih. ⏑–́|––́⏑

69. επ. δ′ 3. ὅτι | ὑψοῦ.

d. **P** XII (32)

3. στρ. α′ 3. ὦ ἄνα | ἵλαος. 3br, 1ih. –⏑–́|–́⏑⏑

6. στρ. α′ 6. τάν ποτε | Παλλάς. 1l, 1p, 1br, 1i. –⏑–́|–́⏑⏑

21. επ. α′ 8. ποτί | πελώριον. 1 br, 1 i, 1 ip, 2 ih. ⏑–́|⏑–́⏑⏑
65. επ. γ′ 8. ἅρματι | ἀγώνιον.
87. επ. δ′ 8. ἀραρότα | χλιδῶσα. (25)
109. επ. ε′ 8. ἄποτε | ἀναιδέα.

⏑⏑–́
28. στρ. β′ 6. ἀμύμονα | πέφνε. 1l, 4p, 4br, 1i. ⏑–́|⏑–́⏒⏑
37. επ. β′ 3. πυρί | πλαγαῖς. 1 h, 1 br, 1 ip, 1 ih. ⏑–́|––́⏑⏑
59. επ. γ′ 3. ἄρα | ἔστασεν.
62. επ. γ′ 5. νικαφορίαισί τε | τίς. 2p, 2 br, 1 i. ⏑–́|––́⏑ (30)
90. στρ. ε′ 2. πατρί | ποθεινός. 1 h, 3 p, 5 br, 1 i. ⏑–́|⏑–́
102. επ. ε′ 2. μέλιτι | εὐάνορα. 1 l, 2 br, 1 ih. ⏑⏑–́|–́⏑⏑⏒

d. O XIII (110)

20. επ. α′ 4. μέτρα | ἤ. 1 p, 4 ih. ⏑–́|–́⏑
42. επ. β′ 4. ἀριστεύσατε | ἠδέ.
64. επ. γ′ 4. αὐτίκα | ἦν. (35)
108. επ. ε′ 4. κατά | Ἑλλάδ’.
69. στρ. δ′ 3. ποδί | παρκείμενον. 5l, 1 h, 3p, 1 i. ⏑–́|––́⏑

a. O XIV (24)

1. στρ. 1. αἵτε | ναίετε. 1 i, 1 br (c. elis.). –́⏑|–́⏑⏑
10. στρ. 10. παρά | Πύθιον. 1 l, 1i. ⏑–́|–⏒́⏑
15. αντ. 2. Θαλία τε | ἐρασίμολπε. 1l, 1ih. ⏑⏑–́⏑|⏒́⏑– (40)
19. αντ. 8. ἕκατι | τόνδε. 1 l, 1 i. ⏑–́⏑|–́⏑
19. αντ. 7. Μινύεια | σεῦ. 1 l, 1 i. –́⏑|–́⏑– (Bgk.)

d. P I (100)

16. επ. α′ 4. τόν ποτε | Κιλίκιον. 2 l, 1 p, 1 br, 1 i. –⏑–́|⏒́⏑

a. P II (96)

31. στρ. β′ 7. ὅτι | ἐμφύλιον. 6 p, 1 ip, 1 ih. ⏑–́|––́
79. στρ. δ′ 7. βαθύ | σκευᾶς. (45)
36. αντ. β′ 4. παρελέξατο | ψεῦδος. 1 l, 1 h, 1 p, 4 br, 1 ip. ⏑–́|––́⏑
61. αντ. γ′ 5. κενεά | εὐανθέα. 7 l, i h. ⏑⏑–́|––́⏑

d. P III (115)

5. στρ. α′ 5. ποτέ | τέκτονα. 5l, 1 h, 1 br, 1 i, 1 ih. ⏑–́|–́⏑⏑
74. στρ. δ′ 5. ποτέ | ἀστέρος.
40. επ. β′ 3. οὐκέτι | τλάσομαι. 3l, 1 br, 1 ip. ⏑–́|–́⏑– (50)
78. αντ. δ′ 2. θαμά | σεμνάν. 6l, 1 h, 1 p, 2 i. ⏑–́|––́⏑⏑
94. στρ. ε′ 2. ἕδνα τε | δέξαντο.

d. **P** IV (299)

5. στϱ. α′ 5. ἱέϱεια | χϱῆσεν. 13l, 2h, 4p, 6br, 1ip. –⏑–́ | –́⏑ (Bgk., Mo.)

21. επ. α′ 5. διδόντι | ξείνια. 8l, 3p, 1br, 1ip. –́⏑ | –́⏑

40. επ. β′ 1. ϑαμά | λυσιπόνοις. 3l, 3p, 2br, 2i, 3ih. ⏑–́ | –́⏑⏑ (55)

86. επ. δ′ 1. τόδε | οὔτι.

224. επ. ι′ 1. σκίμψατο | καί.

247. επ. ια′ 1. καί τινα | οἶμον.

293. επ. ιγ′ 1. ποτέ | οἶκον.

53. στϱ. γ′ 7. δώματι | Φοῖβος. 10l, 2h, 7p, 6br, 1i. ⏑–́ | ⏒́⏑ (60)

a. **P** V (124)

7. στϱ. α′ 7. βαϑμίδων ἄπο | σύν. 4p, 2br, 1i, 1ih. ⏑–́ , ⏑–́–́

69. στϱ. γ′ 7. Λακεδαίμονι | ἐν.

19. αντ. α′ 8. φϱενί | μάκαϱ. 1h, 2p, 2br, 1ip, 1i, 1ih. ⏑–́ ' ⏑–́⏑

101. στϱ. δ′ 8. φϱενί | σοφόν.

112. αντ. δ′ 8. ἔπλετο | ἀγωνίας. (65)

20. αντ. α′ 9. ὅτι , εὖχος. 1l, 1p, 4br, 2ih. ⏑–́ | –́⏑

51. αντ. β′ 9. φϱενί | ἦλϑες.

94. στϱ. δ′ 1. μέτα | ἔναιεν. 4l, 1h, 2p, 1ih. ⏑–́ | ⏑–́⏑

80. αντ. γ′ 7. Καϱνεῖε | σ᾽ ἐν. 1l, 1p, 4br, 2i. –́⏑ | ––́⏑⏑ (Bgk.)

111. αντ. δ′ 7. γλῶσσάν τε | ϑάϱσος. (Bgk.) (70)

a. **P** VI (54)

13. στϱ. β′ 4. χεϱάδι | κϱυπτόμενον. 4l, 1h, 1ip. ⏑⏑–́ | –́⏑⏑

a. **P** VII (22)

19. επ. 3. ἔϱγα | φαντί. 1i. –́⏑ | –́⏑⏑

a. **P** X (72)

6. στϱ. α′ 6. ὄπα | γεύεται. 3l, 3p, 1br, 1i. ⏑–́ | ⏑–́⏑⏑ (–́⏑ –)

51. επ. γ′ 3. χϑονί | πϱῴϱαϑε. 2l, 1ip, 1ih. ⏑–́ | ––́⏑

69. επ. δ′ 3. ὅτι | ὑψοῦ. (75)

d. **P** XII (32)

3. στϱ. α′ 3. ὦ ἄνα | ἵλαος. 3br, 1ih. –⏑–́ | –́⏑⏑

6. στϱ. α′ 6. τάν ποτε | Παλλάς. 1l, 1p, 1br, 1i. –⏑–́ , –́⏑⏑

a. N III (80)

2. στρ. α΄ 2. Νεμεάδι | ἴκεο. 3 l, 2 p, 1 ip, 2 ih. ⏑–́ | ⏑⏑́ ⏑ –
23. στρ. β΄ 2. πελάγεϊ | ὑπερόχους. (Bgk., Mo.)
42. στρ. γ΄ 2. θαμινά | βραχύ.
9. αντ. α΄ 1. ἄπο | ἄρχε. 5 l, 1 p, 1 br, 1 ih. ⏑–́ | –́ ⏑ –
39. επ. β΄ 4. ἀτρεκέι | κατέβα. 1 l, 1 h, 1 p, 1 i. ⏑–́ | ⏑⏑–́

a. N IV (96)

69. στρ. θ΄ 5. ἀπότρεπε | αὖτις. 3 l, 6 p, 2 br, 1 ih. ⏑–́ | –́ ⏑

d. N V (54)

3. στρ. α΄ 3. ὅτι | Λάμπωνος. 4 l, 1 p, 1 i. ⏑–́ | – –́ ⏑
40. στρ. γ΄ 4. περί | πάντων. 3 l, 1 p, 1 i, 1 ih. ⏑–́ | – –́ ⏑
46. αντ. γ΄ 4. ὅτι | ἐσλοῖσι.

a. N VI (69)

23. επ. α΄ 8. γένετο | ἐπεί. 1 p, 1 br, 1 ih. ⏑⏑–́ | ⏑ –́ –

a. N VII*) (105)

5. στρ. α΄ 5. ἴσα | εἴργει. 4 l, 2 h, 3 br, 1 ih. ⏑–́ | – –́ ⏑⏑
53. αντ. γ΄ 3. Ἀφροδίσια | φυᾷ. 7 l, 1 h, 1 p, 1 i. ⏑–́ | ⏑–́ ⏑

d. N VIII (51)

16. επ. α΄ 6. ἄγαλμα | σύν. 1 p, 1 br, 1 i. –́ ⏑ | –́ ⏑ –
28. επ. β΄ 1. χροΐ | ἕλκεα. 1 p, 1 br, 1 ih. ⏑–́ | –́ ⏑ –

d. N IX (50)

3. στρ. α΄ 3. πράσσετε | τό. 3 l, 2 h, 2 p, 3 br, 1 i. ⏑–́ | –́ ⏑ –
52. στρ. ια΄ 2. ἅμα | Λατοΐδα. 5 l, 1 h, 2 p, 2 br, 1 i. ⏑–́ | –́ ⏑⏑

d. N X (90)

31. επ. β΄ 1. περί | ἐσχάτων. 1 l, 2 br, 1 i, 1 ih. ⏑–́ | –́ ⏑ –
85. επ. ε΄ 1. κασιγνήτου πέρι | μάρνασαι.

d. I III, IV (90)

32. επ. β΄ 2. ἐγένοντο χαλκέῳ. 3 l, 1 br, 1 i. –́ ⏑ | –́ ⏑ –

---

*) Omitto vitiosam emendationem Boeckhii receptam a Mommseno N VII 37

. . . ⌞ –́ ⏑̄ – ⏑⏑ – ⏑ ⌞ ⏓
. . . *πλαχθέντες δ᾽ εἰς Ἐφύραν ἵκοντο*

qua non solum exitus imperfectus intruditur, sed etiam spondeus illegitimus pro trochaeo. Bergkius lectionem traditam *ἵκοντο δ᾽ εἰς Ἐφύραν πλαχθέντες* faciliore emendatione ad metrum restituit: *ἵκοντο δ᾽ εἰς Ἐφύραν πλάναισιν.*

d. **I** VI (V) (72)

8. στϱ. α' 8. *Αἴγιναν κάτα* | *σπένδειν.* 1l, 1p, 2br, 1ip, 1i. ⏑⏒'⏓⏒⏑

31. στϱ. β' 8. *φείσατο* | *χεϱσίν.*

52. στϱ. γ' 5. *αὐτίκα* | *ἕζετο.* 2l, 1h, 1p, 1br, 1ih. ⏑⏒|⏒⏕

a. **I** VII (VI) (51)

32. επ. β' 5. *Ἕκτοϱα* | *Ἀμφιάϱηον.* 2l, 1ih. ⏑⏒|⏒⏕ (100)

33. επ. β' 6. *Ἀμφιάϱηόν τε* | *εὐανθέα.* 2br, 1ih. ⏒⏑|⏓⏒⏕

a. **I** VIII (VII) (70)

15. στϱ. β' 5. *τϱαφέντα* | *Αἰγίνᾳ.* 3p, 2br, 2ih. ⏒⏑|⏒⏑⏓

35. στϱ. δ' 5. *τυχοῖσα* | *υἱόν.*

18. στϱ. β' 7. *βασιλέι* | *ὅ.* 1p, 5br, 1ih. ⏑⏒|⏑⏒⏒⏑

20. στϱ. β' 11. *ἁγεμόνα* | *σέ.* 2p, 4br, 1i. ⏕⏒|⏑⏒⏒⏑ (105)

11. στϱ. β' 1. *ἀλλά* | *μοι.* 1l, 1p, 1p (c. elis.), 2br, 2i. ⏒⏑|⏖⏒⏑

61. στϱ. ζ' 1. *ἔσσυταί τε* | *Μοισαῖον.*

Enumeravimus 108 exitus imperfectos, 107 in tabula, unum in nota p. 18. Centum, ut diximus, Boeckhius Pindaro indulsit. Octo illorum, qui accedunt, Bergkius auctor est: tamen Bergkius 101 tantum praebet, quia sex exitus imperfectos Boeckhianos delevit, qui in tabula nostra insigniti sunt his numeris: 38, 41, 61, 101, 106, 107, et eum, quem p. 18 adnotavimus.

§ 4.

Primum colligamus ea carmina, quae nullum exitum imperfectum habeant: *d* **O** XI (21), *d* **O** XII (21), *a* **P** VIII (105), *d* **P** IX (130), *a* **P** XI (64), *d* **N** I (72), *a* **N** II (25), *d* **N** XI (48), *d* **I** I (68), *d* **I** II (48), *d* **I** V (IV) (70).

Haec undecim carmina continent versus 672. Numerus autem reliquorum carminum est 33 (si carmina **I** III et **I** IV, quoniam eodem metro composita sunt, in hac computatione tamquam unum carmen ponimus), quae continent versus 2777.

Cum autem cognoverimus paene quartam partem carminum et in iis satis longa aliquot nullum habere exitum imperfectum, suspicio oritur eos exitus imperfectos, qui in

longioribus carminibus solitarii extent, aut traditioni corruptae deberi aut falsae versuum constitutioni.

His autem locis exitus perfecti restituendi sunt libris ipsis commendantibus:

1) N IX 52. –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓
ἅς ποϑ' ἵπποι κτησάμεναι Χρομίῳ πέμψαν ϑεμιπλέκτοις ἅμα
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – . . .
Λατοΐδα στεφάνοις . . .

Cum libri omnes praebeant in fine versus *ἀμφί*, quod nec metro nec sententiae conveniat, scholiasta autem *ἅμα* exhibeat, inde ab Erasmo Schmidio omnes editores *ἅμα* suo iure in textum receperunt: nisi quod debuerunt formam simul restituere doricam *ἁμᾶ* (vel ut alii scribunt *ἁμᾷ*), quae in optimis libris extat in finibus versuum

O III 21. . . . . . . *καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ*
N V 11. . . . . . . *χεῖρας ἁμᾶ*
N VII 78. . . . . . . *ἐλέφανϑ' ἁμᾶ*

metro autem flagitatur in medio versu

P III 36. . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ ⏓
. . . *πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ δ' ἔφϑαρεν·*

ubi scholiasta Herodiani auctoritate nisus doricam esse formam declarat. Pindarus autem et *ἅμα* et *ἁμᾶ* forma usus est: metro enim flagitatur *ἅμα* O VIII 45 et N X 72.

2) O VI 53. –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⏓
οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο πεμπταῖον γεγεναμένον. ἀλλά
– –́ ⏑ – – –́ . . . .
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ . . .

Codex optimus A metro et sensu invitis praebet *ἀλλ' ἐκρύπτετο*, codices BC *ἀλλ' ἐγκέκρυπτο*, unde Boeckhius, cui ex recentioribus obtemperarunt Mommsenus et Christius, optime effecit *ἀλλ' ἐν | κέκρυπτο*. Hermannus autem, quem Bergkius secutus est, effinxit *ἀλλά | κέκρυπτο*: etsi non raro apud Pindarum praepositio a substantivo versus fine disiungitur, e. g. O X 21, XIII 108, N V 40, X 31, et a verbo, ut hoc loco, O VII 43 *ἐν δ' ἀρετάν | ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνϑρώποισι.*

3) O IX 44. ⏒ ⏑̄ – ⏖ – ⏑ ⏒ – – ⏖ – ⏓

Πύρρα Δευκαλίων τε Παρνάσου καταβάντε

⏖́ ⏑ – ⏑ – ⏑ . . .

δόμον ἔθεντο πρῶτον . . .

Quamvis omnes editores et maior pars librorum patrocinentur duali *καταβάντε*, tamen cum optimo codice A et cum scholiis reponendus est pluralis *καταβάντες*. Pindarus enim participiorum formis pluralibus ibi quoque utitur, ubi verbum formam dualem habet, e. g. O II 86 *μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον*. Gravius est quod hoc loco ipsum quoque verbum pluralem formam habet. Ceterum Homeri, qui eadem libertate utitur, nostro simillimi sunt loci: *Π* 218 et *Μ* 265

. . . δύ' ἀνέρε θωρήσσοντο

Πάτροκλός τε καὶ Αὐτομέδων ἕνα θυμὸν ἔχοντες·

et *Ἀμφοτέρω δ' Αἴαντε κελευτιόωντ' ἐπὶ πύργων*

πάντοσε φοιτήτην μένος ὀτρύνοντες Ἀχαιῶν.

4) P II 61. *χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεά* pro librorum lectione *κενεᾷ* coniecit Pauwius, cui obtemperarunt Hermannus collato O X 93 *κενεὰ πνεύσαις* (quod dictum est de eo, qui frustra laboravit), Boeckhius, Bergkius, Christius, quamquam scholiastae quoque *κενεᾷ* agnoscunt. Nec negari potest lectionem traditam *χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ* habere quo offendat: nam novi nihil additur, si *πραπὶς χαύνα* insuper *κενεά* appellatur; sed mendum non latere in *κενεᾷ*, verum in *χαύνᾳ* rectissime perspexit Mommsenus, qui collato N VIII 45 *κενεᾶν δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος* scripsit:

χαῦνα πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.

5) P VI 13. . . . – ⏑ – ⏖ ⏓

. . . παμφόρῳ χεράδι.

Est vocabulum rarissimum atque apud Homerum *ἅπαξ εἰρημένον* *Φ* 318, ubi Scamander de Achille verba facit:

. . . . κὰδ δέ μιν αὐτόν

εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χέραδος περιχεύας

μυρίον.

sed iam antiqui grammatici ambigebant, utrum *παροξύτονον*

esset et genetivus feminini substantivi, quod est *ἡ χεράς*, an *προπαροξύτονον* et accusativus neutrius quod est *τὸ χέραδος*. Atque Aristarchus quidem voluit *χεράδος*, non secus atque iam antea Apollonius, qui in Argonauticis I 423 scripsit *βωμὸν χεράδος περινήνεον*. Tamen editores Homeri *προπαροξύτονον* retinuere *χέραδος*, quod commendatur adiectivo addito *μυρίον*, quippe quod non facile addi potuerit ad *ἅλις χεράδος*. Magni vero momenti illud est, quod scholiasta Homeri praecipit: *τὸ χέραδος οὐδέτερον προπαροξυτόνως ὡς κίναδος· καὶ Πίνδαρος δὲ τὴν δοτικὴν ἐξήνεγκε χεράδει ὡς μεγέθει*, quocum Etymologicum Magnum 808. 32 consentit et Eustathius, qui 1238 ex Pythionicis affert *χεράδι παμφόρῳ* simulque *χεράδει* legi posse addit. Quae omnia cum afferat Bergkius in adnotatione ad illum Pindari locum addita, rectissime censet *χεράδι* in Pindarum intrusum esse ab Aristarcho vel ab alio Alexandrino, qui in Homero *χεράδος* agnovisset. Atque genetivus substantivi *χέραδος* servatus est in tabulis Heracleensibus I 12 *χαράδεος*. Reddendum igitur est Pindaro

παμφόρῳ χεράδει.

6) P XII 3. – ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓

ναίεις Ἀκράγαντος ἐύδματον κολώναν, ὦ ἄνα,

ita vulgo editur, quamquam codices PQR, quorum in hoc maxime carmine praestantia versu 7 conspicua est, ubi illi soli ex codicibus antiquis servant vocem *Γοργόνων*, quam reliqui omittunt, praebent *ὦ ἄναξ*: et exempla adsunt, quae demonstrent Pindarum vocativum modo *ἄναξ* modo *ἄνα* formasse. *ἄναξ* vocativus legitur in fine versus N X 77

. . . . *καὶ ἐμοὶ θάνατον σὺν τῷδ᾽ ἐπίτειλον, ἄναξ,*

ὦ ἄνα in medio versu P IX 44

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓

ἐξερωτᾷς, ὦ ἄνα; κύριον ὃς πάντων τέλος

idem sine *ὦ* particula O XIII 114

⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓

ἄνα, κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσίν,

siquidem Boeckhio feliciter cessit coniectura.

Ab Homero quidem forma ἄνα cum interiectione ὦ coniungi solet, apud tragicos autem et comicos Atticos forma sollemnis est ὦναξ.

§ 5.

Saepe exitus imperfectus ortus est ex falsa versuum divisione cum alibi tum in eis carminibus, quae quoniam breviora sunt, quomodo in versus dirimenda essent, certo iudicari non poterat:

7) O IV 1. ⏖ – ⏑ – ⏑ ⏓

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε

Bergkius cum versum primum esse vellet hunc, discessit a ceteris editoribus, qui recte constituerunt versum primum et parallelum versum 10 hoc modo:

⏖ –́ ⏑ – ⏖ ⌞ –́ ⏖ – ⏖ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ ⌞ –

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀκαμαντόποδος Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι

χρονιώτατον φάος εὐρυσθενέων ἀρετᾶν. Ψαύμιος γὰρ ἵκει

8) O IV 21.

ἅπερ Κλυμένοιο παῖδα

Ita versu primo epodi carminis unum systema continentis constituto omnes editores exitum imperfectum efficiunt, qui eo minus probabilis est, quod simul femininus est; nam in 108 exitibus imperfectis, quos enumeravimus, 24 exitus feminini sunt, quorum maior pars incerta. Versum autem optimum efficiemus, si conexuerimus versus 1 et 2:

⏑ –́ ⏖ – ⏑ – ⏑ –́ ⏖ – ⏑ ⌞ –

ἅπερ Κλυμένοιο παῖδα Λαμνιάδων γυναικῶν

9) O IV 26.

οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι

Prorsus eodem modo versus longior concinnandus hic:

–́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⌞ –́ ⏖ – ⏖ –

οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον

10) **O** VII 16.

αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα

In omnibus quinque huius carminis epodis versus quintus cum sexto comprehendi uno versus longissimi corpore potest:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏒ –́ ⏖ – ⏖ ⏒

αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα | καὶ παρὰ Κασταλίᾳ πατέρα
τε Δαμάγητον ἀδόντα Δίκᾳ
ἄνιχ' Ἀφαίστου τέχναισιν | χαλκελάτῳ ....
φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ | ῥήσιες ....
παῖδας· ὧν εἷς μὲν Κάμειρον | πρεσβύτατον ....
ἔχρεον· μὴ κρύπτε κοινὸν | σπέρμ' ἀπό ....

In prima epodo secundus epitritus cadit in trochaeum more Pindari, quem infra capite tertio explicabimus. Noli autem haerere in versu longiore, qui 5 cola et 12 theses habeat; sane longiores ii sunt, quos editores agnoverunt **N** V str. 1:

– –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ ⏒

qui complectitur 6 cola et 13 theses, et **P** I str. 6, qui habet 5 cola et 14 theses.

11) **O** IX 51.

ὕδατος σθένος ἀλλά

Versus cum sequenti iungendus est:

⏖ –́ ⏖ ⌞ ⌞́ ⌞ –́ – – ⏖ – ⏑ ⌞ ⌞́ ⏒

επ. α΄ 3. καὶ ἀγάνορος ἵππου | θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου
παντᾶ
επ. β΄ 3. ὕδατος σθένος ἀλλὰ | Ζηνὸς τέχναις ἀνάπωτιν ἐξ-
αίφνας
επ. γ΄ 3. δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. | εἴην εὑρησιέπης ἀναγεῖ-
σθαι
επ. δ΄ 3. μελέτα. σοφίαι μ ὰ ν | αἰπειναί. τοῦτο δὲ προσφέ-
ρων ἆθλον

μάν coniecit Schmidius pro codicum lectione *μέν*. Pindarum quidem *μάν* particula eodem fere sensu ac *μέν* usum esse, librarios vero invito metro *μέν* scripsisse, utriusque rei testimonium est **N** X 29

–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ –́ ⏖ – – –́ ⏖ – ⏖ ⏓

Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενί, σιγᾷ οἱ στόμα·
πᾶν δὲ τέλος
ἐν τὶν ἔργων . . . .

ubi omnes libri in *μέν* lectione consentiunt.

12) **O** IX 77.

παραγορεῖτο μή ποτε

est versus primus epodi *γ'*, qui in omnibus epodis coniungi potest cum altero

⏑ –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ –́ | ⏖ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⌞ ⏓

επ. α'. ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν | μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς
επ. β'. νεωτέρων. λέγοντι μὰν | χθόνα . . .
επ. γ'. παραγορεῖτο μή ποτε | σφετέρας . . .
επ. δ'. ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι, | μία δ' οὐχ . . . .

13) **O** XIV 1.

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαν αἵτε

Quod Boeckhius hunc versum ita constituit et versum parallelum antistrophae *ὦ πότνι' Ἀγλαΐα φιλησίμολπέ τ'*, id eo refellitur, quod versus desinere non potest in vocabulum elisione mutilatum. Recte igitur posteriores editores aut diviserunt post *ὑδάτων*, aut conexuerunt totum versum cum proximo:

– –́ ⏑ – ⏖ – | ⏑ – ⏑̄ –́ ⏑ – ⏖ – ⏑ –́ ⏑ ⌞ ⏓

Καφισίων ὑδάτων | λαχοῖσαι, ταίτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν
ὦ πότνι' Ἀγλαΐα | φιλησίμολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου

In primi versus lectione stabilienda parui Bergkio et Christio, quia Boeckhii *λαχοῖσαν* traditum non est, id autem quod Mommsenus in adnotationum supplementis defendit,

⏑ – ⏑ – ⏑

λαχοῖσαι αἵτε

exemplis quae attulit et ipsis suspicioni obnoxiis **P** V 68 et **P** VIII 96 probari non potest, cum non satis firma sint, quibus demonstretur regulam illam violari posse, secundum quam vocalis longa aut diphthongus in exitu vocabuli corripi non potest nisi brevis syllaba aut antecedit aut sequitur.

14) **O** XIV 15.

Quod in libris manu scriptis extat

παῖδες ἐπάκοοι νῦν Θάλειά τε | ἐρασίμολπε,

metro adversatur, siquidem strophae versus parallelus hic est

– ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – –

ὦ λιπάρας ἀοίδιμοι βασίλειαι | Χάριτες

nec minus sententiae, quod scholiastae quoque senserunt, qui supplent *ἐπήκοοι, γίνεσθε δηλονότι*, atque in uno codice C verbum *γίνεσθε* in textum irrepsit expulso vocabulo *νῦν*. Qua ratione ductus Bergkius verbum, quod deest, ita supplevit, ut ex *ἐπάκοοι* efficeret *ἐπακοοῖτε*, quo simul metrum restitueretur; in fine autem versus iam Boeckhius nomine tertiae Gratiae, ex Hesiodi versu theogoniae 909 *Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην Θ α λ ί η ν τ' ἐρατεινήν* cognito, quod unus etiam scholiastarum habet, reposito metrum redintegraverat. Itaque Bergkius quidem haec temptat: *παῖδες ἐπακοοῖτε νῦν Θαλία τε*; Boeckhius autem scholiastam secutus, qui ait *ἀπὸ κοινοῦ ἐπήκοοι γίνεσθε· ἔνιοι δέ φασιν πρὸς τὴν τρίτην Θάλειαν τοῦτο λέγεσθαι*, credidit imperativum, qui exciderit, singularem fuisse numero quidem ad solam Thaliam pertinentem, sed secundum sententiam de tribus Gratiis dictum, sicut *ἰδοῖσα* singulari numero additum sit, quamquam pertineat ad omnes tres deas. Itaque mavult:

παῖδες, ἐπάκοος γένευ Θαλία τε.

Sed haec vix Pindaro tribui possunt:

ὦ πότνι' Ἀγλαΐα φιλησίμολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου
π α ῖ δ ε ς, ἐ π ά κ ο ο ς γ έ ν ε υ, Θαλία τε
ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε κῶμον . . . .

Ferri quidem poterat *ἐπάκοός τε γένευ Θαλία*, sed *τε* post *Θαλία* addito figura *ἀπὸ κοινοῦ* fieri non potest. Primum autem quaerendum est, num iure forma Hesiodea *Θαλία* reposita sit invitis omnibus libris. Atque scholiasta quidem, qui formam nominis ex ipso Hesiodi versu, quem adnotat, sumere potuit, fidus testis non est. *Θάλεια* autem, quod libri praebent, auctore Hesiodo quidem Musae nomen est, th. 77:

Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε Θάλειά τε Τερψιχόρη τε

Sed cum Apollodorus I 3, 1 et Plutarchus c. princ. phil. 3 Gratiam ita appellent, consentaneum est Pindarum quoque tertiam Gratiam appellare potuisse *Θάλειαν*. Accedit aliud: Pindarus enim locis parallelis in eodem vocabulo sonove repetito egregie se delectat: conf. e. g. **O** VII *επ. α'* 6 *πατέρα*, *επ. β'* 6 *πατέρος*, **P** IV *στρ. α'* 7 *εὐάρματον*, *στρ. β'* 7 *εὐεργέται*, *στρ. δ'* 7 *εὐδείελον*, **I** V (IV) *στρ. α'* 2 *ἕκατι*, *αντ. β'* 2 *ἕκατι*, *επ. α'* 6 *Φυλακίδᾳ*, *επ. γ'* 6 *Φυλακίδᾳ*. *Θάλεια* autem respondet vocabulo strophae *βασίλειαι*. Quamobrem veri non est dissimile Pindarum vocabulum *Θάλεια* ita posuisse, ut in antistropha eundem locum teneret, quem in stropha tenet *βασίλειαι*. Quod si verum est, versus alter et tertius coniungendi sunt, *τε* inter vocabula *Θάλεια* et *ἐρασίμολπε* eliso

–́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏒ ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

στρ. ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι Χάριτες Ὀρχομενοῦ
παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
αντ. παῖδες ἐπάκοοι ⏑ – ⏑ *Θάλειά τ' ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα*
τόνδε κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ

Syllaba anceps in fine coli, qua eiusdem carminis versus 1 insignis est (cf. 12), alibi quoque non rara est in strophis logaoedicis, cf. **O** IX ep. 8

– –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⌞ ⏓

et **P** X str. 3

⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ ⏑⏑ ⌞ ⏓

Quid in lacuna interciderit, vix certe dici potest, *νῦν*, quod libri habent, non necessarium, cum sequatur *ἰδοῖσα τόνδε κῶμον*, fortasse insiticium est. Verisimillimum autem mihi esse videtur intercidisse *γένεσθε* et scholiastas, quos nos habemus ad hunc locum, Byzantinos, qui in libris non legerent *γένεσθε*, idem in scholiis antiquioribus legerent, rem ita intellexisse, quasi *γένεσθε* illud cogitando supplendum esset. Praeterea autem vitium inesse suspicor in epitheto languido *ἐρασίμολπε* tertiae Gratiae, cum altera nominaretur *φιλησίμολπε*. Collato igitur **P** IV 136 *Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου* scri-

bendum esse conicio *ἐρασίκολπε*, epitheton aptum eius Gratiae, quae *Θάλεια* i. e. florida appellatur, siquidem *ἐρασιπλόκαμος* et *ἐρασίκολπος* significare possunt *ἐρατεινοὺς πλοκάμους ἔχων* et *ἐρατεινὸν κόλπον ἔχων*, nam *ἐρασιπλόκαμος* haud minus apte explicari potest *πλοκάμων ἐρῶν*, ita ut *ἐρασιχρήματος* significare debet *χρημάτων ἐρῶν*. De *ἐρασίπτερος*, quod Nonnus de Iove sub aquilae forma Ganymedem rapiente dicit, *Κρονίδης ἐρασίπτερος ὄρνις Ἐρώτων*, dubitari potest, sed verisimilius explicatur *ἐρατεινὰ πτερὰ ἔχων*, quam *ὑπ' ἔρωτος πτερὰ κινῶν*, quia *Ἐρώτων* additum est. *Κόλπος* autem eo, quo conieci, sensu in altera parte compositi extat in *βαθύκολπος* et *εὔκολπος*. Itaque versus alter antistrophae sic videtur esse restituendus:

παῖδες, ἐπάκοοι γένεσθε, Θάλειά τ' ἐρασίκολπε, ἰδοῖσα
τόνδε κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ

15) et 16) **O** XIV 19.

–́ ⏖ – ⏖ – ⏑ –́ ⏖ – – –́ ⏑ – ⏓

αντ. 7 *οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μιννεία σεῦ ἕκατι*
et *στρ.* 7 *εἰ σοφὸς εἰ καλὸς εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ. οὔτε γὰρ θεοί*

⏑ – – ⏖ . . . .

αντ. 8 *μελαντείχεα* . . . .
στρ. 8 *τὶ σεμνᾶν Χαρίτων* . . . .

Hoc modo si versus cum Boeckhio dispesces, non solum exitus imperfectus in antistropha offendet, sed multo magis encliticum *τί*, quod a nullo libro traditur, in initio versus positum. Incidendum autem esse post *Μιννεία* omnes recentiores intellexerunt:

–́ ⏖ – ⏖ – ⏑ –́ ⏖ ⌞ –

στρ. 7 *εἰ σοφὸς εἰ καλὸς εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ*
αντ. 7 *οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μιννεία*

Improbanda est correctio Bergkii *Μινύεια*, quippe qua novus inferatur exitus imperfectus, quamquam omnes libri praeter C proparoxytonon tradunt. Sed per se quoque *Μινύεια* reiciendum est, cum femininum sit adiectivi in *-ος Μινύειος*, Pindarus autem ea tantum feminina in *-εια* more Aeolico et

Attico proparoxytona vel properispomena admittat, quae derivantur ab adiectivis in -ης, velut ἀλήθεια, Ἀτρέκεια etc., aut a masculinis in -υς, velut θήλεια a θῆλυς, θάλεια a *θάλυς (?), γλυκεῖα a γλυκύς, etc.

17) P VII 19.

⏖́ ⏑ – ⏑⏑ ⊔ ⏖́ ⏑ – ⏑

φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα ¦ φαντί γε . . .

Qui versus cum sit tertius epodi carminis, quod ex uno systemate constat, nihil obstat quominus aliter dividamus versus, e. g. sic:

⏖́ ⏑ – ⏑⏑ ⊔ ⏖́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ –

φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα. φαντί γε μάν

– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ –

οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν

– –́ ⏑ ⊔ –́ ⏑⏑ –

θάλλοισαν εὐδαιμονίαν . . .

Quod si recte proposuimus, elucet, quam fallax indicium versuum dividendorum sit interpunctio.

18) N VIII 16.

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ ⊔ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔ ⏓

Δείνιος διοσῶν σταδίων καὶ πατρὸς Μέγα Νεμεαῖον ἄγαλμα

Versus finis statuendus est post *Μέγα*, verba autem quae sunt *Νεμεαῖον ἄγαλμα* versui proximo praefigenda, quod in omnibus epodis fieri potest:

v. 6 –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ ⊔ –́ ⏑ – ⏑ –́

επ. α΄ *Δείνιος διοσῶν σταδίων καὶ πατρὸς Μέγα*
επ. β΄ *αἱμύλων μύθων ὁμόφοιτος, δολοφραδής*
επ. γ΄ *νώδυνον καί τις κάματον θῆκεν. ἦν γε μάν*

v. 7 ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⊔ –

επ. α΄ *Νεμεαῖον ἄγαλμα. σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς*
επ. β΄ *κακοποιὸν ὄνειδος. ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται*
επ. γ΄ *ἐπικώμιος ὕμνος δὴ πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι*

De constitutione metrica, quam supposuimus, in altero capite disseremus.

19) **I** IV 14 (III 32). –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓

επ. α′ 2. ἱπποτρόφοι τ᾽ ἐγένοντο

Versus alter in omnibus epodis carminum III et IV iungi potest cum tertio, nam in epodo carminis III hiatus impeditur digammate verbi ἴστε:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

III. *επ. 2 σύμφυτον οὐ κατελέγχει. | (ϝ)ἴστε μὰν Κλεωνύμου*

IV. *επ. α′ 2 ἱπποτρόφοι τ᾽ ἐγένοντο | χαλκέῳ τ᾽ Ἄρει ἄδον.*

επ. β′ 2 πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι. | τῶν τε γὰρ καὶ τῶν διδοῖ·

επ. γ′ 2 ἀλλ᾽ ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι, | συμπεσεῖν δ᾽ ἀκμᾷ βαρύς.

επ. δ′ 2 γίνεται ἰσχύος ἔργον. | ἔνθα λευκωθεὶς κάρα

Tripodia dactylica in prima epodo carminis IV exiens in trochaeum, id quod quaestione III demonstrabitur, indicium est carmina III et IV dividenda esse, quod recte fecit Bergkius. Idem autem fit in primo versu strophae, qui in utraque stropha carminis III et in septem strophis carminis IV inde ab antistropha α′ usque ad antistropham δ′ hanc formam habet:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – –

in una tantum stropha IV α′ (III β′) hanc:

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑

Ἔστι μοι θεῶν ἕκατι μυρία παντᾶ κέλευθος

20 et 21) **P** V 80 et 111

apud Bergkium hi sunt:

– –́ ⏓

80 *Καρνεῖε*

111 *γλῶσσάν τε*

Quamquam concedendum est in carmine **P** V exitus imperfectos crebros esse (in 124 versibus 8 occurrunt), tamen hoc interest, quod octo illi exitus imperfecti masculini sunt, ii autem, quos Bergkius constituit, feminini, quo accedit, quod in omnibus exitibus imperfectis nullus est vocativus in -ε, atque omnino rarum est -ε, nisi in particulis *ποτέ* et *τέ*.

Praeterea autem eo offendimur, quod Bergkius v. 81 incohari vult ab enclitica elisa *σ' ἐν δαιτὶ σεβίζομεν*. Difficillimum quidem est ad explorandum, quo modo versus 7 et 8 strophae constituendi sint, cum quattuor ex octo versibus parallelis corrupti in libris tradantur. Sunt autem hi versus certi et ab omnibus editoribus recepti, nisi quod Boeckhius et Bergkius malunt *ἀπὸ βαθμίδων*

– –́ ⏑ ⌞ –́ ⏑⏑ – ⏑ ⏓ | ⏑ –́ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓

στρ. α' 7 αἰῶνος ἀκρᾶν βαθμίδων ἄπο ¦ σὺν εὐδοξίᾳ μετανίσεαι
στρ. β' 7 ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον νάπος | θεοῦ· τό σφ' ἔχει κυπαρίσσινον
αντ. δ' 7 γλῶσσάν τε· θάρσος τε τανύπτερος | ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς ἔπλετο·

et cum levi correctione ex *αἰδοιέστατον* librorum

αντ. α' 7 ὀφθαλμὸς αἰδοιότατον γέρας, ¦ τεᾷ τοῦτο μιγνύμενον φρενί·

Post *ἄπο* finis versus statuendus, nisi cum Bergkio corrigere volumus *στρ. α' ἀπὸ βαθμίδων* et *στρ. γ'* verba tradita

τῷ καὶ Λακεδαίμονι ἐν Ἄργει τε καὶ ζαθέᾳ Πύλῳ

in hunc ordinem redigere:

τῷ καὶ ζαθέᾳ Πύλῳ ἐν Ἄργει τε καὶ Λακεδαίμονι

(ubi Bergkius hiatum construit *Πύλῳ ἐν*, qui quamvis excusari possit, tamen mutatione satis audaci non commendatur), et *στρ. δ'* pro *χεύμασιν* scribere *χευμάτεσσ'*, et *αντ. δ'* pro *τανύπτερος* nominativo singulari *τανυπτέροις* dativum pluralem, quae mutatio ipsa sententia non flagitatur.

Metrum igitur hoc in corruptis versibus restituendum est:

– –́ ⏑ ⌞ –́ ⏑⏑ – ⏑ ⏓ | ⏑ –́ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓

a) *αντ. β'* 7 libri habent *μνημήϊον* (vel *μναμήϊον*). *ἐν τεσσεράκοντα γάρ*, ubi forma ionica mira est, verum defendi videtur altera forma ionica:

b) *στρ. γ'* 7 *μαντήϊον· τῷ καὶ Λακεδαίμονι*

Sed neuter versus id metrum continet, quod desideratur, prior autem metrum verum recipit, si forma regularis restituitur

μναμεῖον, alter si praeterea cum Christio relativo forma datur *ᾦ*. Scribendum igitur

μναμεῖον ἐν τεσσεράκοντα γάρ
et *μαντεῖον· ᾦ καὶ Λακεδαίμονι*

c) *αντ. γ′* 7 libri habent *Καρνεῖ' ἐν δαιτὶ σεβίζομεν* ubi metri causa viri docti eundem ionismum inferre conati sunt *Καρνήϊ', ἐν δαιτὶ σεβίζομεν* in cognomine Apollinis praecipue dorico. Vera autem mihi esse videtur hoc loco emendatio Bergkii, si verba ab eo constituta in unum versum coniungimus:

πολύθυτον ἔρανον·
ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεᾷ
Καρνεῖέ σ' ἐν δαιτὶ σεβίζομεν
Κυράνας τ' ἀγακτιμέναν πόλιν.

d) *στρ. δ′* 7 libri tradunt
ῥανθεισᾶν (vel *ῥανθεῖσαν*) *κώμων θ' ὑπὸ χεύμασιν*
Optime de hoc loco disseruit Mommsenus in adnotatione, qui locum corruptum sic restituens plausum tulit Christii: (*πρόγονοι Ἀρκεσίλα*) . . . *μεγάλαν δ' ἀρετάν*

δρόσῳ μαλθακᾷ
ῥανθεῖσαν ὕμνων ὑπὸ χεύμασιν
ἀκούοντί ποι χθονίᾳ φρενί,
σφὸν ὄλβον, υἱῷ τε κοινὰν χάριν
ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ.

Bergkius autem illius *ῥανθεισᾶν* causa versum, quem septimum numerat, constituit – ´ ⏓, quamquam *σφὸν ὄλβον*, quod epexegetico more additur ad *μεγάλαν ἀρετάν*, docet *μεγαλᾶν ἀρετᾶν ῥανθεισᾶν* improbandum esse. Altera quoque emendatione, *ὕμνων* pro *κώμων θ'*, cuius Beckius auctor est, non solum metrum restituitur, sed etiam sententia; nam *δρόσος μαλθακή* multo aptius de carminibus (*ὕμνοι*) dicitur quam de comissationibus (*κῶμοι*), cf. N IX 49. P I 98. N IV 4. I II 8.

Ut omnia, quae singillatim exposui, complectar, versum 7 in octo strophis sic restituendum esse arbitror:

– ⏑́ ∪ ⊔ ⏑́ ∪∪ – ∪ ⏓

στρ. α΄ αἰῶνος ¦ ἀκρᾶν βαθμίδων ἄπο
αντ. α΄ ὀφθαλμὸς | αἰδοιότατον γέρας
στρ. β΄ ἄμειψεν ¦ ἐν κοιλόπεδον νάπος
αντ. β΄ μναμεῖον. | ἐν τεσσαράκοντα γάρ
στρ. γ΄ μαντεῖον· | ᾧ καὶ Λακεδαίμονι
αντ. γ΄ Καρνεῖέ ¦ σ᾽ ἐν δαιτὶ σεβίζομεν
στρ. δ΄ ῥανθεῖσαν ¦ ὕμνων ὑπὸ χεύμασιν
αντ. δ΄ γλῶσσάν τε· | θάρσος δὲ τανύπτερος

Post tertiam syllabam Pindarus caesuram retinuisse videtur, aeque atque in eodem carmine str. 4

⏑́⏑́ ∪ ⏑́⏑́ ∪ ⏓

ubi de divisione versus quaestio esse non potest, post quartam syllabam septies caesura facta est in octo strophis. Illud quoque memorari attinet, in stropha β΄ Pindaro in altera syllaba diphthongum ει in ἄμειψεν occurrisse, quae tantopere ei placuit, ut in quattuor quae sequuntur strophis eadem diphthongo in eadem sede uteretur. Qua de causa non assentior Bergkio, qui formas aeolicas μναμῆον et μαντῆον ex formis ionicis traditis μνημήϊον et μαντήϊον elicuit. Licet autem suspicari formas ionicas ita irrepsisse, ut in αντ. β΄ vitio orto μναμεῖα hiatus removendi et metri redintegrandi causa scriberetur μναμήϊ᾽ ἐν κτλ. (vel μνημήϊ᾽ ἐν) quod praebent codices DEFH et scholia, tum autem formam ionicam illatam esse in eos quoque libros, qui retinuerant singularem, itaque legi in libris BCPQRS etc. μναμήϊον vel μνημήϊον. Singularem autem genuinum esse non pluralem, quamquam uterque sententiae aptus est, eo quoque probabile est, quod singularis numerus assonantiae, qua Pindarum gaudere hoc loco vidimus, magis satisfacit, nam stropha proxima habet μαντεῖον: quamquam vereor ne assonantiae nimium tribuisse nonnullis viris doctis videar.

22) I VII (VI) 33. ⏑́ ∪∪ ⊔ ⊔́ ⏓

Ἀμφιάρηόν τε

Ex hoc versu Bergkius exitum imperfectum expulit me-

tro audacter correcto et duobus reliquis versibus parallelis ad huius exemplum conformatis, cum ederet:

ᴗ̄ – ᴗᴗ – ⏓

ἀν᾽ Ἀμφιάρειον

Causae, quas affert, hae sunt: v. 26—30 laudato eo, qui pro patria moritur, pergit Pindarus v. 31 sic:

τὺ δέ, Διοδότοιο παῖ, μαχατάν
αἰνέων Μελέαγρον, αἰνέων δὲ καὶ Ἕκτορα
Ἀμφιάρηόν τε
εὐανθέ᾽ ἀπέπνευσας ἁλικίαν
στρ. γ′ *προμάχων ἀν᾽ ὅμιλον, ἔνθ᾽ ἄριστοι*
ἔσχον πολέμοιο νεῖκος ἐσχάταις ἐλπίσιν.

Meleager et Hector patriam defendentes pugnaverunt. Amphiaraus autem Thebas cum Adrasto oppugnans mortuus non recte componitur cum Meleagro et Hectore ad laudem propugnatoris et defensoris patriae illustrandam. Scholia vero nomen Amphiarai non exhibent. Itaque Bergkius censuit latere in hoc versu nomen proprium eius loci, ubi filius Diodoti occiderit, quod coniectura assecutus est *ἀν᾽ Ἀμφιάρειον*. Cuius audaciam ferre possemus, si pugnam ibi commissam esse a Thebanis sciremus. Sed nec quicquam traditum est de hac pugna, neque verum est Amphiarai nomen ineptum esse, dummodo tertium comparationis non in defensione patriae sed in fortitudine praecellenti quaeramus *προμάχων ἀν᾽ ὅμιλον*. De virtute autem Amphiarai conferenda sunt, quae Pindarus Adrastum dicere fingit mortuo Amphiarao **O** VI 16:

Ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς
ἀμφότερον μάντιν τ᾽ ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι.

Quod autem scholio nomen Amphiarai non contineri ait Bergkius, haec omissio multo facilius explicatur, si duobus nominibus propriis tertium additum est, quam si nomen loci in libris antiquis extitisset. Accedit quod locus pugnae non apte exprimitur verbis *ἀ ν᾽ Ἀμφιάρειον*, si in eodem enuntiato adicitur *προμάχων ἀ ν᾽ ὅμιλον*.

Epodorum autem α′ et γ′ versus parallelos hoc modo constituit Bergkius:

επ. α' 6 ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏓

	ἀλλ' ἁ παλαία γάρ
pro codicum lectione	*ἀλλὰ παλαία γάρ*
et *επ. γ'* 6	*τεαῖσιν ἁμίλλαις*
pro codicum lectione	*τεαῖσιν ἁμίλλαισιν*

(quod ut reliquis versibus parallelis, quales traditi sunt, respondeat, per synizesin in primo vocabulo *τεαῖσιν* pronuntiandum est, nisi scribere malis *σαῖσιν*, quod Mommsenus ob cacophoniam hoc loco evitatum esse putat). Bergkius autem insuper metricam licentiam introducit in *επ. α'* 6, ubi *παλαία* syllabis anapaestum effici vult, cuius usus tria*) tantum exempla extant **O** XIII 78 *Γαϊαόχῳ*, **P** IV 233 *αἰόλει* et incertum **N** IV 17 *Κλεωναΐου*.

Concedendum est Bergkio metrum versus 6 mire cadere in duas syllabas longas et unam ancipitem, id quod in carminibus aeolicis admodum rarum est; nam certa exempla deprehenduntur haec pauca:

P XI str. 1 – –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⌞ ⌞́ ⏓

et tria in epodo **O** IX, cuius metra non solum hac in re maxime recedunt a ceteris carminibus

O IX ep. 4 – –́ – – ⏑⏑ – ⏑ ⌞́ ⌞ ⏓
ep. 5 –́ ⏑⏑ – – ⌞́ ⌞ –
ep. 7 – –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⌞́ ⏓

Quae causa num sufficiat ad corrigendos versus, diiudicare non audeo: nam exitus imperfectus in *τε* corroboratur eodem exitu **O** I 62 *νέκταρ ἀμβροσίαν τε* qui vix removeri potest. Metrum autem usitatum restitui possit, si versus 6 cum sequenti iungatur, quod fieri potest, si *επ. α'* 6 scribitur *ἀλλὰ παλαία γ' εὕδει χάρις* pro librorum *παλαία γάρ* et in *επ. γ'* 6 dativus *ἁμίλλαις* pro *ἁμίλλαισιν*. Tum metrum hoc sit:

–́ ⏑⏑ – – ⌞́ – ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑⏑ ⏓

επ. α' ἀλλὰ παλαία γ' εὕδει χάρις ἀμνάμονες δὲ βροτοί
επ. β' Ἀμφιάρηόν τ' εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν
επ. γ' τεαῖσιν ἁμίλλαις εὐανθέα καὶ Πυθόϊ στέφανον.

*) Nam **P** IX 105 Bergkii coniectura admodum incerta est.

Apta est haec mensura eo quoque, quod syllaba illa, quae in omnibus epodis $\overline{\varepsilon\upsilon}$ diphthongo efficitur, ad trium morarum tempus extenditur. Versus strophae quintus praebet exempla ultimi pedis coli spondaici, quem nostra mensura recepimus:

–́ – – ⏖ – ⏑ – – –́ ⏖ – ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏖ ⏓

23 et 24) I VIII (VII) 11, 61

στρ. β΄ 1 ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. ἀλλά

στρ. ζ΄ 1 τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί τε

Versus primus strophae cum altero coniungendus est, maxime ideo, quod post *ἀλλά* sequitur pronomen encliticum *μοί* et quod *στρ. δ΄* 1 exit in particulam *δέ* elisam

ἐπεὶ θεσφάτων ἐπάκουσαν· εἶπε δ᾽ | εὔβουλος

Lectione tradita non impeditur coniunctio in his strophis:

⏑ –́ – ⏑ – ⏖ – ⏑ – ⏑ ⏗ –́ ⏑ – ⏑ – ⏖ ⏓

στρ. α΄ Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε λύτρον εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων

στρ. β΄ ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. ἀλλ᾽ ἐμοὶ δεῖμα μὲν παροιχομένων

στρ. δ΄ ἐπεὶ θεσφάτων ἐπάκουσαν· εἶπε δ᾽ εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις

στρ. ζ΄ τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον ἔσσυταί τε Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέος

In stropha *ε΄* versus restituitur scribendo *εὐθύ* pro *εὐθύς*: *ἰόντων δ᾽ ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺ Χείρωνος αὐτίκ᾽ ἀγγελίαι*, quod facile fit, nam sententia localis, quae inest in *εὐθύ*, huic loco aeque apta est ac sententia temporalis, quae inest in *εὐθύς*. In stropha *γ΄* pro librorum *ἐνεγκὼν κοιμᾶτο* emendandum est cum Bergkio *φέρων ἐκοιμᾶτο*:

σὲ δ᾽ ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν φέρων ἐκοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες

In ea quae superest stropha *ς΄*, ubi legimus:

⏑ –́ – ⏑ – ⏖ – ⏑ – ⏑ ⏖ –́ ⏑ – ⏑ – ⏖ –

γεφύρωσε τ᾽ Ἀτρεΐδαισι νόστον, Ἑλέναν τ᾽ ἐλύσατο, Τρωΐας

eo loco, quo in reliquis strophis trisemam longam posuimus, extant duae breves, priores syllabae vocis *Ἑλέναν*. Vetat

autem lex notissima, ne longa trisema solvatur in duas breves. Quae causa videtur fuisse, cur neque Mommsenus neque Christius versus auderent coniungere. Possunt vero longae trisemae vicem gerere duae breves tum, cum ante priorem brevem constanter vocabulum finitur: tum enim longae trisemae substituitur pausa unius morae et duae breves

└─
∧◡◡

Atque id in versu quinto factum esse negari vix potest. ubi in hoc metro

. . . ⏒́ ⏓ – ⏖ – ◡ ⏖ – ◡ └ ⏓

ter solvitur thesis quarta, quater non solvitur, sed ita ut, si solvitur thesis, ante eam verbum finiatur, quod idem in primo versu fit ante *Ἑλέναν*.

Itaque cola versuum ita dimetimur, ut pausa illa ante initium coli incidat:

v. 1 ◡ –́ – ◡ – ⏖ – ◡ – ◡ └─ (∧◡́◡) – ◡ – ◡ – ⏖ ⏓

et

v. 5 . . . . –́ ◡ – ⏖ – ◡ └─ (∧◡́◡) – ◡ └ ⏓

στρ. α′ Μοῖσαν. ἐκ μεγάλων δὲ | πενθῶν λυθέντες
στρ. β′ χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοισι | Θήβαις τραφέντα
στρ. γ′ σώφρονές τ' ἐγένοντο | πινυτοί τε θυμόν.
στρ. δ′ παύσατε· βροτέων δὲ | λεχέων τυχοῖσα
στρ. ε′ νεῦσαν ἀθανάτοισιν | ἐπέων δὲ καρπός
στρ. ς′ Αἴγιναν σφετέραν τε | ῥίζαν πρόφαινεν.
στρ. ζ′ πατραδελφεοῦ· ἀλι-|-κων τῷ τις ἁβρόν

Semel igitur (in stropha ζ′) verbum continuatur ex priore in alterum colum, sed non hic versus solus obstat, quominus versum dividamus, sed etiam tres illi, qui ante caesuram exitum imperfectum habent, *α′ δέ, γ′ ἐγένοντο, ς′ τέ.*

Quibus ex locis videmus, quae differentia intercedat inter eam pausam errhythmam, quam hoc loco in medio versu deprehendimus (cf. II § 3, 3), quae certum temporis spatium expleat, neque syllabam ante se positam producat (ideo exitus imperfectos ante eam ponere licet), et pausam arrhythmam, quam in fine versuum esse conicimus. Ante eam enim ul-

timam versus syllabam, quae thesis semper est, constanter paulum productam esse inde apparet, quod exitus imperfecti, qui productionem non admittunt, ibi evitantur.

§ 6.

Ex 24 quos tractavimus locis cum confidenter correxerimus 22, quinque carmina iis adnumerare licet, quae exitum imperfectum reformident: *a* **O** IV (30), *d* **O** VII (95), *a* **P** VI (54), *a* **P** VII (22), *d* **I** III IV (90). Carent igitur omnino 17 carmina exitu imperfecto. Nunc 27, quae remanent, percenseamus. Atque primum quidem ea carmina seponamus, in quibus exitus imperfectos consulto positos esse inde concludas, quod complures in versibus parallelis occurrunt. Quae sunt, numero exituum imperfectorum diviso per numerum versuum addito: *a* **O** X $\frac{13}{110}$, *d* **O** XIII $\frac{5}{110}$, *a* **P** II $\frac{3}{96}$, *d* **P** III $\frac{5}{115}$, *d* **P** IV $\frac{8}{299}$, *a* **P** V $\frac{8}{124}$, *a* **P** X $\frac{3}{77}$; *a* **N** III $\frac{5}{80}$, *d* **N** V $\frac{3}{54}$, *d* **N** X $\frac{2}{90}$, *d* **I** V (IV) $\frac{3}{72}$. *a* **I** VIII (VII) $\frac{4}{70}$, numero 12. Remanent 15 carmina **O** I, **O** II, **O** III, **O** V, **O** VI, **O** IX, **O** XIV, **P** I, **P** XII, **N** IV, **N** VI, **N** VII, **N** VIII, **N** IX, **I** VII (VI), quae continent exitus imperfectos 23. Perlustremus igitur singulos locos ita, ut primum quaeramus, num lectio tradita sententiae sufficiat, deinde num aliis locis idem vocabulum vel eiusdem generis vocabulum in fine versus positum sit et in natura vocalis exeuntis excusatio praesto sit.

1) **O** I 62 ⏒ ⏑ – ⏖ ⌞ ⏓

νέκταρ ἀμβροσίαν τε

Post versum bis fit hiatus, ideoque cum sequenti iungi non potest; versus autem paralleli octo exeunt in longam, unde apparet exitum brevem poetam non quaesivisse.

τέ bis in exitu masculino positum est: **O** X 59 *νικαφορίαισί τε*, ubi exitus versuum parallelorum sunt 2 p, 2 br, 1 i, et **P** III 94 *ἕδνα τε*, ubi exitus versuum parallelorum sunt 6 l, 1 h, 1 p, 2 i, si quidem *θαμά* (v. 78) ultimam brevem habet neque codicis R *θαμᾶ* est recipiendum. **O** X 59 exitus imperfectus non offendit, cum quia versus paralleli ha-

bent quattuor exitus breves, tum quia carmen **O** X imperfectis exitibus obsitum est, **P** III 94 vero offendit, quod 7 versus paralleli in longam exeunt. Nec minus offendit *τέ* **I** VII 33 in exitu feminino *Ἀμφιάρηόν τε*, qui simillimus ei est de quo agimus *νέκταρ ἀμβροσίαν τε*, quem vidimus nisi audacibus coniecturis removeri non posse. Certum autem est *ε* finalem vocabulorum *τέ* et *ποτέ* in usu Pindarico aliter tractari atque *ε* finalem ceterorum vocabulorum. cf. de *ποτέ* paulo infra sub 7) **O** III 13.

2) **O** I 86 – ⏑́́ ⏖ – ⏑ ⌊ –́ ⏑ – ⏑ ⏓

επ. γ′ 6 *ὣς ἔννεπεν· οὐδ᾽ ἀκράντοις ἐφάψατο*

⏖́ ⏑ – ⏖ – - . . . .

ἔπεσι τὸν μὲν ἀγάλλων . . .

Cum in reliquis tribus epodis versus sextus in longam exeat, Byzantini versum cum sequenti coniunxere, utque idem facerent in epodo tertia, inseruere *ὦν* post *ἐφάψατο*, quod Boeckhio placuit.

Habemus autem versus in terminationem verbalem *-το* exeuntes sex, ubi exitus brevis quaesitus esse videtur, quia exitus longi ibi rari sunt:

O II 110 *δύναιτο*, ubi sunt 1 h, 1 p, 2 br, 1 i.

O X 25 *ἐκτίσσατο*, ubi sunt 1 l, 1 p, 5 br, 3 ih.

P II 36 *παρελέξατο*, ubi sunt 1 l, 1 h, 1 p, 4 br, 1 ip.

P IV 224 *σκίμψατο*, ubi sunt 3 l, 3 p, 2 br, 3 i, 2 ih.

P V 112 *ἔπλετο*, ubi sunt 1 h, 2 p, 2 br, 1 ip, 1 i, 1 ih.

I VI (V) 37 *φείσατο*, ubi sunt 1 l, 1 p, 2 br, 1 ip, 1 i.

Contra **N** VI 25 *γένετο* unicum exitum imperfectum in carmine 62 versuum secundum scholion infra docebimus corrigendum esse. Itaque cum verisimile non sit *ἐφάψατο* clausisse versum **O** I 86, aut amplectendum otiosum Byzantinorum emblema cum Boeckhio est, aut scribendum *ἐφάπτεται*. Quod Mommsenus quidem versus 6 et 7 coniungit ultimam syllabam verbi *ἐφάψατο* produci posse ratus ante digamma vocis *ἔπεσι*, id concederem, nisi de longa trisema ageretur

– –́ ⏖ – ⏑ ⌊ –́ ⏑ – ⏑ ⌊ ⏖́ ⏑ – ⏖ ⌊ –́ ⏑ ⏓

. . . *ἐφάψατο ἔπεσι.*

3) **O** II 25 . . . – ⏑́ ⏑ – ⏕ ⏑ ⏓

. . . *πένθος δ' ἐπίτνει βαρύ ¦ κρεσσόνων*

ubi sunt 6l, 3h, 1ip. Respondet igitur ille exitus in -*υ* 9 exitibus longis, unde, cum corrigi non possit, verisimile fit -*υ* finalem in fine versus productam esse. Altera -*υ* in fine versus apparet **P** II 79, *βαθύ* ¦ *σκευᾶς*, ubi exitus sunt 6p, 1ip et 1ih v. 31 *ὅτι* ¦ *ἐμφύλιον*, ubi iudicium pendet ex sententia de *ὅτι* stabilienda.

4) **O** II 104 . . . – ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏖ ⏓

. . . *ἀφθονέστερόν τε χέρα*

ubi sunt 2l, 4p, 3br, 1i, unde consentaneum est exitu brevi hoc loco quaesito excusari exitum imperfectum; mirum autem illud est, quod exitus brevis quaeritur in fine strophae, ubi nostro sensu clausula plenissima postulatur.

5) **O** II 110 ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⌞ ⏓

τίς ἂν φράσαι δύναιτο

ubi sunt 1h, 1p, 2br, 1i, itaque in fine epodi sicut in fine strophae huius carminis exitus brevis quaesitus est, imperfectus autem non evitatus.

6) **O** III 9 . . . ⏑́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⏑́ ⏑ ⏓

. . . *ἅτε Πίσα με γεγωνεῖν τᾶς ἄπο*

ubi sunt 4l, 1p, 1i. Adiungamus reliqua exempla praepositionum, primum sex earum quae in anastrophe sunt:

O VIII 4 *ἀνθρώπων πέρι* | *μαιομένων*. 1l, 1h, 3p, 2br, 1i.

P V 7 *βαθμίδων ἄπο*. 4p, 2br, 1i, 1ih.

P V 94 *ἀνδρῶν μέτα*. 4l, 1h, 2p, 1ih.

N III 9 ⏑́ ⏖ ⌞ ⏑́ ⏑ ⏓

μήτιος ἁμᾶς ἄπο. 5l, 1p, 1br, 1ih.

N X 85 *κασιγνήτου πέρι*. 1l, 2br, 1i, 1ih.

I VI 8 *Αἴγιναν κάτα* | *σπένδειν*. 1l, 1p, 2br, 1ip, 1i.

Praepositiones autem versus fine a substantivis disiunctae hae sunt 6:*)

*) cf. de **O** VI 53 *ἀλλ' ἐν* | *κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ* . . . . praefationem et supra § 5, 2.

O IX 19 *σύν τε, Κασταλία, παρά* | *Ἀλφεοῦ τε ῥέεθρον.*
1 h, 3 p, 3 br, 1 i.
O X 20 *ποτί* | *πελώριον.* 1 br, 1 i, 1 ip, 2 ih.
O XIII 98 *κατά* | *Ἑλλάδα.* 1 p, 4 ih.
O XIV 10 *παρά* | *Πύθιον.* 1 l, 1 i.
N V 3 *περί* | *πάντων.* 3 l, 1 p, 1 i, 1 ih.
N X 31 *περί* | *ἐσχάτων.* 1 l, 2 br, 1 i, 1 ih.

Horum locorum, qui exitum imperfectum post praepositiones admissum habent, duo sunt qui a reliquis recedant: **O** III 9 enim et **N** III 9 exitus imperfectus respondet exitibus maiorem partem longis (i. e. qui longam vocalem habent l et h), utroque autem loco extat *ἄπο* in anastropha. Verisimile igitur est his locis formam praepositionis extitisse, quae exitum perfectum praeberet. Cum autem docuerimus **O** II 25 *βαρύ* respondere 9 exitibus longis vocalibus insignibus, haud procul abest quin coniciamus formam eam fuisse, quae in titulis aeolicis servata est *ἄπυ.* Contra reliquis locis 11 exitus brevi vocali insignes (si comprehendimus br, p, i, ip, ih) longos numero superant vel aequant. Sunt autem praepositiones *παρά* bis, *κατά*, *κάτα*, *μέτα*, *ἄπο*, *ποτί*, *περί* bis, *πέρι* bis. Desunt *ἀνά*, *ἀντί*, *ἐνί*, *ἐπί*, *ὑπό*.

7) **O** III 13 . . . – ◡ –
. . . *τάν ποτε* | *Ἴστρου.* 1 l, 1 p, 1 ih.

loci ubi *ποτέ* exitum imperfectum efficit, sunt hi:

O X 104 *ἅ ποτε* | *ἀναιδέα.* 1 br, 1 i, 1 ip, 2 ih.
P I 16 *τόν ποτε* | *Κιλίκιον.* 2 l, 1 p, 1 br, 1 i.
P III { 5 *ποτέ* | *τέκτονα.* 5 l, 1 h, 1 br, 1 i, 1 ih.
P III { 74 *ποτέ* | *ἀστέρος.*
P IV 293 *ποτέ* | *οἶκον.* 3 l, 3 p, 2 br, 3 i, 2 ih.
P XII 6 *τάν ποτε* | *Παλλάς.* 1 l, 1 p, 1 br, 1 i.

Ex his locis bis (**O** X 104, **P** IV 293) exitus imperfectus videtur esse quaesitus, in tribus autem carminibus **O** III (si quidem *ἄπο* exitum perfectum efficit), **P** I, **P** XII (ubi v. 3 *ἄνα* correximus) *ποτέ* unicum exitum imperfectum efficit. **P** III *ποτέ* bis apparens in eodem strophae loco respondet 6 exitibus longis et uni brevi. Quae si cum eis comparamus,

quae de τέ particula in fine versus posita vidimus ad **O** I 64, vix suspicione nos abstinebimus, ποτέ et τέ vocabula, ubi solitarios vel multis exitibus longis respondentes exitus imperfectos efficiant, in pronuntiatione aliquo modo modificata esse, quo exitibus perfectis adaequarentur. Est autem in ipsis Pindari carminibus vestigium formae vocabuli ποτέ servatum, quae alteram syllabam aut natura aut positione produxerit: **I** I 25 enim traditur

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓

καὶ λιθίνοις ὅποτε δίσκοις ἵεν.

(Secundum scholia aut λιθίνοις δίσκοις accusativus aeolicus est, aut corrigendum λιθίνους δίσκους). Ammonius autem, qui citat hunc versum, exhibet ποτ' ἀνὰ δίσκοισι et Eustathius λιθίνοις ὁπόταν δίσκουσι. Unde Bergkius in editione tertia formam ὁπόταν vel ὅποταν coniecit Aeolensium more dictam pro ὅποτε, quae coniectura quamquam in editione quarta cum ὅποτ' ἐκ δίσκοις ἵεν mutata est, nescio an ita retinenda sit, ut formae ὅποτε litteram ν additam fuisse supponamus. Eandemque formam restituendam esse suspicor **O** III 13, **P** I 16, **P** III 5, 74, **P** XII 6 in exitu versuum. Audaculus mihi ipse videor, cum coniecerim etiam cum τέ particula olim nasalem illum sonum in pronuntiatione auditum esse, licet vestigium eius alias deprehenderim nullum.

8) **O** V 3 . . . –́ ⏑ – ⏑ ⌞ ⏓

Ψαύμιός τε δῶρα | ὅς. 51, 1ih.

Unicus est exitus imperfectus in carmine 24 versuum, in exitu feminino et in -α pluralis neutrius, cuius certum exemplum non adest; nam in carminibus, quae maiorem numerum exituum imperfectorum continent, **O** X, **P** III, **P** IV, **P** V haec terminatio non deprehenditur, **O** XIII 20 vero respondet tribus exitibus imperfectis, sententiae autem causa corrigendi sunt loci **N** VII 5 et 53. Cum praeterea versus paralleli quinque in longas exeant, correctione opus videtur esse. Cuius vestigium nescio an praebeant scholium vetus: δέχου δὲ τὸ τοιοῦτο δῶρον φαιδρῷ προσώπῳ et scholium recens, cuius auctor legit quidem δῶρα in textu, expli-

cationem autem suam ex veteribus scholiis compilavit: *τουτέστι τὸν ὕμνον τὸν γλυκὺν καὶ τὰ δῶρα τοῦ Ψαύμιδος, τουτέστι καὶ τὸ δῶρον, ὅ σοι δωρεῖται ὁ Ψαῦμις. ἄωτον δὲ λέγει τὸν ὕμνον, ὃν δῶρόν φησι τοῦ Ψαύμιδος πρὸς αὐτήν* .... Unde suspiceris Pindarum ad *ἄωτον γλυκύν*, de quo versu primo loquitur, *δῶρον* appositionis loco addidisse. Quod assequimur scribentes *Ψαύμιος τὸ δῶρον*.

9) **O** VI 68

πατρὶ ⁞ ἑορτάν. 3l, 2h, 2p, 2br, 1i.

In hoc versu, cum longarum et brevium idem numerus sit in versibus parallelis, exitus imperfectus eo minus offendit, quia masculinus exit in -ῐ dativi singularis, qui saepissime comparet in **O** X et **P** V, ubi exitibus brevibus quaesitis exitus imperfecti excusantur; in **O** X quinque dativi in -ῐ inveniuntur, in **P** V quattuor. Atque omnino tenendum est in paucis exitibus imperfectis, quos Pindarus habet, -ῐ multo saepius deprehendi, quam natura linguae ferat. Nam in Aeschyli Persarum 105 exitibus imperfectis sunt 50 ᾰ, 18 ῐ, 18 ο, 15 ε, 4 ῠ, in epiniciorum autem 100: 34 ᾰ, 32 ῐ, 20 ε, 12 ο, 2 ῠ, quorum hucusque reiecimus variis de causis 10 ᾰ, 3 ῐ. In quinque autem carminibus **O** VI, **O** VIII, **N** V, **N** VIII, **N** X et probabiliter etiam in **P** X Pindarus nullos exitus imperfectos nisi in -ῐ sibi concessit. Unde idem de ι vocali brevi nobis conicere licet, quod de υ vocali brevi ad **O** II 25 adnotavimus, i. e. naturam ι vocalis eam productionem, quae constanter fit in fine versuum, sed modo maior modo minor est, admisisse quidem; sed concludi potest versus eos, qui exire possunt in ι vel υ brevem, productionem paulo minorem in fine habuisse quam illos versus, ubi exitus imperfecti omnino evitantur.

10) **O** XIII ⏓́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓

επ. α΄ 4 τίς γὰρ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα,
επ. β΄ 4 ὅσσα τ᾽ ἐν Δελφοῖσιν ἀριστεύσατε
επ. γ΄ 4 Παλλὰς ἤνεγκ᾽· ἐξ ὀνείρου δ᾽ αὐτίκα
επ. δ΄ 4 τοξόταν βάλλων γυναικεῖον στρατόν
επ. ε΄ 4 πόλιες ἀτ᾽ Εὔβοια. καὶ πᾶσαν κατά

⏑ – – ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ –

επ. α' 5 ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆ δίδυμον
επ. β' 5 ἠδὲ χόρτοις . . . .
επ. γ' 5 ἦν ὕπαρ . . . .
επ. δ' 5 καὶ Χίμαιραν . . . .
επ. ε' 5 Ἑλλάδ' εὑρήσεις . . .

His locis exitus imperfectus quaesitus est; nam quattuor imperfectis unus respondet exitus perfectus, qui et ipse brevem vocalem habet. Memorari attinet *μέτρα* unicum exemplum omni dubitatione exemptum esse exitus in *-α* neutrius pluralis, cuius generis vocabula apud eos poetas, qui exitus imperfectos non evitant, creberrima sunt; atque idem fere de *ἀριστεύσατε* valet, nam duo reliqua exempla terminationis verbalis in *-ε* N IX 3 *πράσσετε* et N IV 69 *ἀπότρεπε* suspecta sunt.

11) O XIII 72 . . . . ⏑ – – ⏑ –

ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί. 5 l, 1 h, 3 p, 1 i.

Hic singularis exitus imperfectus deprehenditur in loco, ubi exitus longus legitimus videtur esse, de quo eadem dicenda sunt, quae diximus ad O VI 68 *πατρί.*

12) P III 40.

οὐκέτι | τλάσομαι. 3 l, 1 br, 1 ip.

Hoc quoque loco cum maior pars exituum longi sint, iota finale productum esse videtur.

13) P IV 5 . . . ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑ – ⏑ –

οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος ἱέρεα.

13 l, 2 h, 4 p, 6 br, 1 i.

In omnibus editionibus excepta Boeckhiana et in omnibus codicibus proparoxytonon legitur, quod scholiasta praecipit *τὸ ἱέρεα προπαροξυτόνως τονιστέον.* Sed scholion hoc ipso praecepto docet fuisse, qui scriberent *ἱερέα*, quod Boeckhius suo iure in contextu posuit: nam si de *ἱέρεια*, quam formam homericam Pindarus in reliquis eiusdem formationis substantivis sequitur, nulla dubitatio fuisset, non opus fuit addere *προπαροξυτόνως τονιστέον.* Eos autem, qui exceptione admissa paroxytonon scripserunt *ἱερέα*, recte fecisse

certum est, non solum, quia ita evitatur exitus imperfectus isque femininus, sed etiam quia metrum paenultimam corripi iubet. Est enim fortasse paenultima producta plerumque causa. cur -*α* finalis femininorum primae declinationis antiquitus longa corripiatur; correpta igitur paenultima, ultima productionem recuperat vel servat.

In vocabulo autem simillime formato *βασίλεια* in fine versus N I 39 etiam latius processit Pindarus, cum *βασιλέα* forma tres syllabas effici iuberet

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

ἀλλὰ θεῶν βασιλέα

ubi codices formam regularem et ceteroqui Pindaricam habent *βασίλεια*. Ex forma igitur inusitata *ἱερέα* adhibita in fine versus apparet, quantopere evitetur exitus imperfectus.

14) P IV 21 – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⌞ ⏓

λίμνας θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ γαῖαν διδόντι

ξείνια . . . . 8 l, 3 p, 1 br, 1 ip.

exitus imperfectus offendit, quoniam femininus vix satis excusatur vocali -*ι*, sententiae autem non minus dativo convenit genetivus *θεοῦ εἰδομένου διδόντος*; pendet enim a verbo *δέξατο* (construendum est: *Εὔφαμος δέξατο γαῖαν ξείνια θεοῦ ἀνέρι εἰδομένου διδόντος*), quod Pindarus quidem altero loco cum dativo coniunxit P VIII 5 *Ἁσυχία*, ... *Πυθιόνικον τιμὰν Ἀριστομένει δέκευ*, Homerus autem *δέχεσθαι* non solum cum dativo coniungit, sed etiam cum genetivo *Α* 596, *Ξ* 203, *Ω* 305 (discrimen id fere est, quod nos facimus inter »einem etwas abnehmen« et »von einem etwas empfangen«). Hoc autem loco genetivus aptior est, quia dativus *ἀνέρι*, qui diversam significationem habet, in eodem enuntiato extat; eaque causa corruptelae videtur fuisse.

15) P IV 53 . . . – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ – ⏑ ⏓

τὸν μὲν πολυχρύσῳ ποτ' ἐν δώματι

10 l, 2 h, 7 p, 6 br, 1 i.

Aut -*ι* finalis producta est aut pluralis restituendus *πολυχρύσοις ποτ' ἐν δώμασιν*, qui saepe pro singulari adhibetur de domibus deorum: cf. P IX 56, N X 88, sed in exitu masculino *δώματι* ferri potest.

16) **P IV 86** . . . – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏒

. . . *ἔμπας τις εἶπεν καὶ τόδε.* 3l, 3p, 2br, 3i, 2ih.

Hoc loco exitus imperfectus quaesitus esse videtur sicut **O** XIII ep. 4, sed monendum exitum *τόδε*, aeque atque illic *μέτρα* et *ἀριστεύσατε*, in iis carminibus quae maximum numerum exituum imperfectorum habent **O** X et **P** V non apparere. Coniectura autem *τοδί* ut facilis est, ita cum apud Pindarum *ι δεικτικόν* nusquam legatur, haud probabilis. Monendum vero hoc quoque est, cum *καί* particula aperte corrupta sit (cf. Bergkium ad hunc locum), etiam pronomen *τόδε* incertum esse. Expectamus sententiam, qualis est: *ἔμπας ἔπος τοιόνδ' ἔφη.*

17) **P X 6** ⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏑ ⏒

ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα

3l, 3p, 1br, 1i.

In eodem carmine duo exitus imperfecti in *-ι* reperiuntur, versus autem paralleli exitum imperfectum non respuunt. et aliquos certos singularis numeri accusativos tertiae declinationis in *-α* in exitu habemus; quamquam medela facillima praesto est *ὄπα κλυτάν*.

18) **N IV 69** –́ ⏓ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑ ⏒

Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν, ἀπότρεπε
αὖτις Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον ἔντεα ναός.
ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακοῦ
παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελθεῖν.

3l, 6p, 2br, 1ih.

Hic est et unicus exitus imperfectus in carmine 96 versuum et qui propter *-ε* vocalem (praeter *ποτέ* et *τέ* particulas non admissam) valde offendat. Accedit quod, si sententiam examinaveris, *ἀπότρεπε* displicet; poeta enim postquam se ipse allocutus est, quod saepe facit in transitu ab altera parte carminis ad alteram (cf. **O** II 89 *ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον· ἄγε θυμέ, τίνα βάλλομεν;*) non constans sibi transit ad personam primam *μοὶ διελθεῖν*, ubi expectes *σοὶ διελθεῖν*. Scribendum igitur esse videtur *ἀποτρέπω*, cui additur optime *ἄπορα γὰρ . . . μοὶ διελθεῖν.*

19) N VI 25 – ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

Ἀγησιμάχῳ ὑιέων γένετο. 1 p, 1 br, 1 h.

Ubi *γένετο* pro librorum *ἐγένετο* metri causa temptavit Triclinius, offendit autem exitus imperfectus eo, quod in hoc carmine unicus est. Sed vestigium verae lectionis nescio an servaverit scholiasta, qui haec adnotavit: *ὁ γὰρ Σωκλείδης πρεσβύτερος μὲν τῶν υἱῶν γέγονεν Ἀγησιμάχου.* Itaque restituendum esse arbitror

Ἀγησιμάχῳ υἱέων γέγονεν.

20) N VII 5 ⏑ ⏑́ ⏑⏑ ⏗ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏓

ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ (ϝ)ἴσα. 4l, 2h, 3br, 1ih.
εἴργει δὲ πότμῳ ζυγένθ' ἕτερον ἕτερα . . .

Neque versus paralleli exitum imperfectum excusant, et accusativus vix id exprimere potest, quod sententia flagitat, quam scholiasta sic bene interpretatur: *ζῶμεν δ' οὐχ ὁμοίως ἅπαντες, ἀλλ' οἱ μὲν πλουτοῦσιν, οἱ δ' οὔ*; quod autem libri habent *ἐπὶ ἴσα* potius interpretandum esset »non vivimus omnes eadem appetentes«. Scribendum igitur est *ἐπὶ ἴσοις* cum Bothio, quod significat »non omnes sub eisdem condicionibus vivimus«.

21) N VII 52 ⏑́ ⏑⏑ – ⏑ ⏗ ⏑́ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓

. . . . κόρον δ' ἔχει
καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια.
7 l, 1 h, 1 p, 1 i.

Scholiasta recte interpretatur *κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὸ μέλι καὶ τὰ Ἀφροδίσια*; significat autem *τὰ Ἀφροδίσια* substantivum voluptatem veneris (cf. Xenoph. Memor. I. 2: *Σωκράτης . . . ., ὃς . . . . ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος ἦν*), quae hoc loco desideratur, nam *τὰ τερπνὰ ἄνθεα Ἀφροδίσια* nihil esse possunt nisi suaves flores Veneris deae. Multo autem melius res exprimitur, si legitur *τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδισίων* (nam in scholio quoque per minusculam scribi debet); quod si fit, revera haec verba nihil exprimunt nisi »summam voluptatem veneream«, ita enim saepissime Pindarus substantivis *ἄωτος, ἄνθος, ἄκρον, ἀκμή* utitur cum genetivo coniunctis ad summum

gradum significandum: cf. P IV 158 *σὸν ἄνθος ἥβας*, O VI 105 *ὕμνων εὐτερπὲς ἄνθος*, O II 55 *ἄνθεα τεθρίππων*, O IX 12 *ἄνθεα ὕμνων*, O I 15 *μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ*.

22) N IX 3 ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏓

ὄλβιον ἐς Χρομίου δῶμ'. ἀλλ' ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.

3l, 2h, 2p, 3br, 1i.

Offendit exitus imperfectus, non modo quia unicus est in carmine, sed etiam quia inusitatam vocalem habet. Sententiam vero spectanti apparet satis mire dictum esse *ὕμνον πράσσειν*; nam si cum *πράσσειν* verbo accusativus obiecti coniungitur, qui plerumque pronomen est velut *τί*, *τοῦτο*, vel substantivum generale velut *ἔργον*, *πρᾶγμα*, is non significat id quod facio, sed id quod, vel me invito, finis actionis meae est; ita e. g. P II 40 de Ixione dicitur *τὸν δέ τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν*, i. e. Ixion ita egit, ut (invitus) sibi rotae poenam conscisceret. Accedit, quod post formam *πράσσετε*, quibus Musae appellantur, subiecto non nominato de Chromio victore haec dicuntur: . . . *ἐς ἅρμα ἀναβαίνων αὐδὰν μανύει* . . . Quae omnia evitantur, si pro *πράσσετε* scribimus *πράσσεται* secundum codicem D, cuius tamen librarium itacismi errore in veram lectionem incidere potuisse non nego. *πράσσεται* autem hic idem significat atque O X 30

. . . *ὡς Αὐγέαν λάτριον*
ἄκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
πράσσοιτο . .

i. e. ut (Hercules) exigat ab Augea permagnum praemium servitutis. Hoc vero loco sententia haec est: »Ibimus, Musae, in domum locupletem Chromii ad comissationem, sed exigit (a me vel a nobis) carmen, vult enim victoriam suam renuntiare.« Videtur ergo Pindarus in hoc quoque carmine, postquam victori non statim debitum solvit, admonitus esse debiti, sicut ipse de carmine O X testatur v. 3 *γλυκὺ γάρ αὐτῷ μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθα*.

§ 7.

Ex 108 quos enumeravimus exitibus imperfectis aut versuum divisione mutata aut verborum emendatione sustulimus certo 33, dubitanter 2 (**P** X ὄπα, **I** VII Ἀμφίαρηόν τε). Nunc reliquos 73 percenseamus, atque primum quidem secundum carmina quibus continentur:

a **O** I ἀμβροσίαν τε.
a **O** II βαρύ, χέρα, δύναιτο.
d **O** III ἄπο, ποτέ.
d **O** VI πατρί.
d **O** VIII πέρι.
a **O** IX πάρα.
a **O** X χερί, ἐκτίσσατο, ποιμένα, ποτί, ἅρματι, ἀραρότα, ἅ ποτε, ἀμύμονα, πυρί, ἄρα, νικαφορίαισί τε, πατρί, μέλιτι.
d **O** XIII ποδί, μέτρα, κατά, αὐτίκα, ἀριστεύσατε.
a **O** XIV πάρα.
d **P** I τόν ποτε.
a **P** II ὅτι, βαθύ, παρελέξατο.
d **P** III ποτέ, ποτέ, οὐκέτι, θαμά, ἕδνα τε.
d **P** IV θαμά, σκίμψατο, καί τινα, ποτέ, δώματι.
a **P** V ἄπο, Λακεδαίμονι, φρενί, φρενί, ἔπλετο, ὅτι, φρενί, μέτα.
a **P** X (ὄπα), χθονί, ὅτι.
d **P** XII τάν ποτε.
a **N** III Νεμεάδι, πελάγεϊ, θαμινά, ἄπο, ἀτρεκέι.
d **N** V ὅτι, πέρι, ὅτι.
d **N** VIII χροΐ.
d **N** X περί, πέρι.
d **I** VI κάτα, φείσατο, αὐτίκα.
a **I** VII Ἕκτορα, (Ἀμφιάρηόν τε).
a **I** VIII τραφέντα, τυχοῖσα, βασιλέι, ἁγεμόνα.

Epinicia igitur secundum legem exitus dividenda sunt hoc modo:

I. carmina, quae nullum exitum imperfectum continent:
a **O** IV (30), *a* **O** V (24), *d* **O** VII (95), *d* **O** XI (21),

d O XII (21), *a* P VI (54), *a* P VII (22), *a* P VIII (105), *d* P IX (130), *a* P XI (64), *d* N I (72), *a* N II (25), *a* N IV (96), *a* N VI (69), *a* N VII (105), *d* N IX (50), *d* N XI (48), *d* I I (68), *d* I II (48), *d* I III IV (90), *d* I V (70).

Sunt carmina 21, quae continent versus 1273.

II. carmina, quae exitus imperfectos habent nonnisi 1) in -*ι*, 2) in *ποτέ* et *τέ*, 3) in praepositiones:

a O I (116) *τέ*, *d* O III (48) *ἄπο*, *ποτέ*, *d* O VI (105) *πατρί*, *d* O VIII (88) *πέρι*, *a* O IX (120) *πάρα*, *a* O XIV (24) *παρά*, *d* P I (100) *ποτέ*, [*d* P III (115) *ποτέ*, *ποτέ*, *οὐκέτι*, *τέ* (si v. 78 scribendum est *θαμᾶ*)], [*a* P X (72) *χθονί*, *ὅτι* (si v. 6 scribendum est *ὄπα κλυτάν*)], *d* P XII (32) *ποτέ*, *d* N V (54) *ὅτι*, *περί*, *ὅτι*, *d* N VIII (51) *χροΐ*, *d* N X (90) *περί*, *πέρι*.

Sunt carmina 11 [13], quae continent versus 828 [1015].

III. carmina, quae exitum imperfectum etiam in aliis verbis admittunt:

a O II (110) *βαρύ*, *χέρα*, *δύναιτο*.

a O X (110) *χερί*, *ἐκτίσσατο*, *ποιμένα*, *ποτί*, *ἅρματι*, *ἀραρότα*, *ἅ ποτε*, *ἀμύμονα*, *πυρί*, *ἄρα*, *τέ*, *πατρί*, *μέλιτι*.

d O XIII (110) *μέτρα*, *κατά*, *αὐτίκα*, *ἀριστεύσατε*.

a P II (96) *ὅτι*, *βαθύ*, *παρελέξατο*.

d P IV (299) (*θαμά*), *σκίμψατο*, *τινά*, *ποτέ*, *δώματι*.

a P V (124) *ἄπο*, *Λακεδαίμονι*, *φρενί*, *φρενί*, *ἔπλετο*, *ὅτι*, *φρενί*, *μέτα*.

a N III (80) *Νεμεάδι*, *πελάγεϊ*, *θαμινά*, *ἄπο*, *ἀτρεκέι*.

d I VI (72) *κάτα*, *φείσατο*, *αὐτίκα*.

a I VII (51) *Ἕκτορα*, (*Ἀμφιάρηόν τε*).

a I VIII (70) *τραφέντα*, *τυχοῖσα*, *βασιλέι*, *ἀγεμόνα*.

Sunt carmina 10, quae continent versus 1122.

Etiam in tertia classi certae tantum terminationes apparent:

1) *ῐ* a) dativi 14, b) praepos. *ποτί* 1, c) *ὅτι* 2.

2) *ο* a) verba 6, b) praepos. 2.

3) *ᾰ* a) accusativi tertiae singularis 8, b) praepos. 3, c) adv. 4 (5), d) nom. sing. fem. 1, e) neutr. plur. 1.

4) ε a) ποτέ 2, b) τέ 1, c) verbum ἀριστεύσατε.

5) ῠ neutra 2.

Desunt fere neutra exeuntia in -α vel in singulari vel in plurali numero velut ὄνομα, κακά, quae in aliis poetis maiorem partem omnium exituum imperfectorum efficiunt, item formae verbi exeuntes in -α velut ἔλυσα, λυόμεθα, et nominativi feminini, quorum unum exemplum est τυχοῖσα, nec magis inveniuntur adverbia usitatissima μάλα, ἔπειτα, ἵνα, τάχιστα.

ποτέ et τέ particulae solae exitum -ε praebent uno verbo ἀριστεύσατε excepto, desunt particulae tritissimae δέ, γέ, accusativi ἐμέ, σέ, vocativi velut ξένε, duales velut δοῦρε, formae verbales velut λύε, λύετε (excepto uno ἀριστεύσατε).

Sub -ῐ non comparent formae verbales velut εἰμί, ἐσσί, ἴθι.

Sub -ο desiderantur neutra τοῦτο, ἄλλο, αὐτό.

In singulis autem locis iudicium pendet ex natura exituum parallelorum. Atque cum in exitibus quidem classis alterius nusquam versibus parallelis confirmetur exitum brevem quaesitum esse, concludere licet omnibus illis locis exitum imperfectum eis, quos diximus, modis sublatum vel saltem delenitum esse, cum -ι finalis produceretur, praepositio ἄπο formam indueret ἄπυ, et παρά, quod semel in carmine distrophico O XIV comparet, si de carmine tam brevi iudicare licet, formam Homericam παραί, ποτέ et τέ reciperent sonum nasalem.

In tertia vero classi discernendi sunt ei loci, ubi versus paralleli demonstrent exitum imperfectum vel saltem brevem quaesitum esse, ab aliis, ubi versus paralleli plerumque longa syllaba terminentur. Ita discedunt loci classis tertiae in duas partes:

a) exitus imperfectus aut quaesitus est aut eo excusatur, quod exitus brevis quaesitus est:

O II χέρα, δύναιτο.

O X {χερί, ἐκτίσσατο, ποιμένα}, {ποτί, ἅρματι, ἀραρότα, ποτέ}, ἀμύμονα, {πυρί, ἄρα}, νικαφορίαισί τε, πατρί, μέλιτι.

O XIII {μέτρα, κατά, αὐτίκα, ἀριστεύσατε}.
P II {ὅτι, βαθύ}, παρελέξατο.
P IV {(θαμά), σκίμψατο, τινά, ποτέ}.
P V {ἄπο, Λακεδαίμονι}, {φρενί, φρενί, ἔπλετο}, {ὅτι, φρενί}.
N III {Νεμεάδι, πελάγεϊ, θαμινά}, ἀτρεκέι.
I VI {κάτα, φείσατο}, αὐτίκα.
I VII Ἕκτορα.
I VIII {τραφέντα, τυχοῖσα}, βασιλέι, ἁγεμόνα.
b) Versus paralleli plerumque in longam exeunt:
O II βαρύ.
P IV δώματι.
P V μέτα.
N III ἄπο.

De eis autem exitibus, quos sub III b) enumeravimus, idem iudicandum est atque de exitibus classis II: -ι et -υ in exitu productas esse, praepositionem ἄπο formam ampliorem recepisse ἄπυ, de ampliore autem forma μετά praepositionis (μεταί) quod nihil compertum est, id fortasse casui tribuendum: cf. καταί(βατος), ὑπαί, παραί, ἀπαί.

§ 8.

Ultimo loco quaerendum nobis est de natura rhythmica exituum imperfectorum. Ad carmen O X, ubi frequentia exituum imperfectorum maxima est, Bergkius haec adnotat: »Ceterum notabile est hoc carmen brevis syllabae frequentia in versu novissimo, quod videtur non casu factum, sed artis esse: cf. Mar. Vict. I 17. 24: 'nam Aristoxenus musicus dicit breves finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequente versu fieri: idcircoque in sexta sede (trimetri) trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet: at contra disyllabos familiaris est, quia celerius desinit, et eo magis, si posteriorem syllabam brevem habuerit'«. Ex quibus id tenendum est, longiorem figuram in fine non poni, quia moram habeat. Revera nec versus dactylicus exire potest in dactylum, neque versus iambicus in tribrachyn. Similem autem rationem esse exituum imperfectorum

demonstrant praepositiones *παρά* (bis), *περί* (bis), *κατά*, *ποτί* et coniunctio *ὅτι* (bis) in exitu positae, versus fine ab illis vocabulis separatae, cum quibus arte cohaereant. Nam ubi eius modi vocabula in fine versus poni possunt, temporis spatium, quod usque ad initium versus sequentis decurrit, necessario brevissimum est; et cum in eis locis, ubi exitus perfectus legitimus est, multo rarior sit tam arta cohaerentia vocabulorum versus fine diremptorum (nam **O** VI 53 *ἀλλ' ἐν | κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ* et singulare est et fortasse excusatur eo, quod versus 54 ab arsi incipit), certum est exitum imperfectum ibi locum habere, ubi pausa, quae inter versus esse debet, parva est. Exitus autem imperfectus natura sua aptissimus est ad artum versuum conexum efficiendum. **O** X 20 e. g. cum exeat in thesin, proximus autem versus incipiat ab arsi

– ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑̲ || ⏑ ⏑́ ⏑⏑ ⏑⏑̲ – ⌞́ ⏑⏑̃ ⏑ – ⏑ ⌞ ⏑́ ⏑⏑ ⏑̲

θήξαις δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτί || πελώριον ὁρμάσαι κλέος ἀνὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ,

locus pausae errhythmae non est, quae versus finem auditori sensibilem reddat. Ne igitur pausa arrhythma verba cohaerentia distrahat, syllaba ultima non ad theseos tempus (i. e. duas moras) extenditur, sed paulo ante quam debebat finitur, id quod notis sic fere exprimi potest:

. . . ⏑⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ∧ || ⏑ ⏑́ ⏑⏑ . . .

ἀρετᾷ ποτί || πελώριον . .

Haec causa esse videtur frequentium exituum imperfectorum in **O** X; nam str. 2, 4, 6, ep. 3, 5, 8 proximus versus incipit ab arsi, sed ep. 2

⏑ ⏑́ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑̲ ∧ || ⏑́ – ⏑⏑̃ ⏑ ⌞ ⏑⏑̃́ ⏑ ⌞ . . . .

Λοκρῶν ἀμφέπεσον μέλιτι || εὐάνορα πόλιν καταβρέχων . . .

ubi sunt 1 l, 2 br, 1 ih, eadem causa non adest. Nec magis **O** XIII ep. 4, ubi 1 p, 4 ih, et **P** IV ep. 1

. . . ⏑́ ⏑ ⏑̲ ∧ || ⏑́ ⏑ – – ⏑́ . . . .

. . . ⏑́ ⏑ ⏑̲ ∧ || ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑́ . . . .

Sed hic quoque **O** XIII 98 versuum confinium *κατά* | *'Ελλάδ'* indicat arte cohaerere versus. Unde consentaneum est pau-

sam errhythmam non magni momenti esse, cum admittatur inter praepositionem et substantivum.

Quibus rebus consideratis conclusio nostra haec est:

In exitu omnium versuum pausa fit, nam hiatus aliter explicari nequit. Quae pausa arrhythma pausam errhythmam, si thesis thesin in versuum confinio sequitur, in se recipit. Ante pausam syllaba ultima, quae aut in longam vocalem aut in consonantem exire solet, theseos tempus explere et fortasse paulum produci solet. Sunt tamen loci, ubi ex causis fortasse, quae ex ductu melodiae (vel ut antiqui dixere harmoniae) proveniunt, exitus aliter tractatur. Ibi longae vocales in ultima versus syllaba rarae sunt, poni autem solent breves in consonantem exeuntes syllabae, vel etiam breves in vocalem exeuntes. Huiusmodi locis cohaerentia verborum demonstrat cohaerentiam rhythmi quoque artiorem esse. Quae cohaerentia ita efficitur, ut syllaba ultima versus, quae ceteroqui unius theseos tempus explet vel superat, brevius tempus occupet (conferendum est nostrum »staccato«) et pausa paulo prius quam debebat incipiat. Pausam autem fieri arrhythmam, etiamsi exitus imperfectus sit et vocabula arte cohaereant, cognoscimus ex hiatu qui occurrit in locis, quales sunt **O** X 104, **P** X 69, **N** V 46:

. . . –́ ⏑ ⏓ ‖ ⏑ –́ ⏖ . . .
. . . ἅ ποτε ‖ ἀναιδέα . . .
. . . ⏑ ⏓ ‖ – –́ ⏑ . . .
. . . ὅτι ‖ ὑψοῦ
. . . ⏑ ⏓ ‖ – –́ ⏑ . . .
. . . ὅτι ‖ ἐσλοῖσι . . .

Altera autem quaestio haec est, cur 75 exituum imperfectorum, quos agnovimus, tres soli **O** II 110 *δύναιτο*, **I** VIII 15 *τραφέντα*, 35 *τυχοῖσα* certi in exitu feminino sint, incerti duo **O** I 64 *ἀμβροσίαν τε*, **I** VII 33 *Ἀμφιάρηόν τε*. Quae res non inde explicari potest, quod exitus feminini omnino rari sint in epiniciis, tertia enim pars omnium versuum femininum exitum habet. Atque carminum **O** X et **P** V, quibus maximus numerus exituum imperfectorum continetur,

alterum unum (ep. 4), alterum duos (ep. 4, 7) exitus femininos continet, qui constanter in longam syllabam exeunt. Apparet igitur in exitibus femininis illud artificium exitus imperfecti rarissime (carminibus quibus admissus est, **O** II et **I** VIII, ea quoque singularitas communis est, quod paeones admixtos habent logaoedis) in exitu feminino adhibitum esse. Cuius rei causa ex rhythmi natura non intellegitur, si ultimam syllabam arsin esse putamus; nam tum in omnibus rhythmis generis diplasii brevem syllabam in sede arseos ultimae expectaremus legitimam esse, sicut longa ultima legitima est, si versus exit in thesin. Haec difficultas aliter solvi non potest nisi exitum femininum sumamus rhythmum habere eum, ut paenultima syllaba artificio *τονῆς* unum pedem totum expleat, ultima vero syllaba thesin efficiat,

. . . –́ ◡ ⌞́ ⏓́

Quam clausulam multo magis placidam et quietam esse quam masculinam

. . . –́ ◡ ⏓́

(ideo feminina in fine maxime stropharum ponitur) et multo minus illa citatum illum exitum imperfectum ferre elucet.

Secunda autem quaestione prorsus diversa disquirendi via progressi eandem mensuram exituum femininorum in strophis doricis probabimus.

QUAESTIO ALTERA.

DE CONTINUATIONE RHYTHMI IN STROPHIS DORICIS.

§ 1.

Cola strophae doricae, quibus Pindarus usus est, dividi possunt in duas partes, quarum altera cola ordinaria, altera cola extraordinaria contineat. Sunt autem

a) ordinaria

1. tripodia dactylica acatalecta exiens in medio versu:
–́ ⏖ – ⏖ – ⏓
2. epitritus secundus acatalectus exiens in medio versu:
⏕́ ⏑ – ⏓ vel –́ ⏑ ⏕ ⏓
3. tripodia dactylica catalectica exiens in extremo versu:
–́ ⏖ – ⏖ ⏓
4. epitritus catalecticus exiens in extremo versu:
–́ ⏑ ⏓ vel ⏕́ ⏑ ⏓

b) extraordinaria reliqua omnia, quorum frequentia nobis infra numeris exprimenda erit. Id tamen praemittendum est, qui sit numerus stropharum et versuum a Pindaro metro dorico compositorum. Sunt autem carmina 23: **O** III, VI, VII, VIII, XI, XII, XIII in altera parte strophae et in epodo, **P** I, III, IV, IX, XII, **N** I, V, VIII, IX, X, XI, **I** I, II, III + IV, V, VI: quae carmina, cum duo **P** XII et **N** IX epodos non habeant, constant ex 44 strophis diverse compositis. Quarum stropharum schemata continent 246 versus. Versus autem plerique ex ternis colis compositi sunt, raro ex paucioribus constant, ex pluribus vero tum maxime, cum epitriti plures in eodem versu coniunguntur.

Summa vero omnium colorum est 834. Quo numero adhibito frequentiam colorum extraordinariorum aestimabimus:

1. Pentapodia dactylica acatalecta exiens in medio versu . 2.

   –́ ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏓

2. Tetrapodia dactylica acatalecta exiens in medio versu , 12.

   –́ ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏓

3. Tetrapodia dactylica catalectica
   a) exiens in medio versu

   –́ ⏖ – ⏖ – ⏖ ı 2.

   b) exiens in extremo versu

   –́ ⏖ – ⏖ – ⏖ ⏓ 1.

4. Tripodia dactylica acatalecta (secundum schema metricum), tetrapodia dactylica catalectica tertio pede syncopata (secundum rhythmum) exiens in extremo versu 32.

   –́ ⏖ – ⏖ ⌞ ⏓

5. Tripodia dactylica catalectica exiens in medio versu 17.

   –́ ⏖ – ⏖ ⌞

6. Dipodia dactylica acatalecta exiens in medio versu 4.

   –́ ⏖ – ⏓

7. Dipodia dactylica catalectica
   a) exiens in medio versu 13.

   –́ ⏖ ⌞

   b) exiens in extremo versu 14.

   –́ ⏖ ⏓

8. Epitritus acatalectus (secundum schema metricum), tripodia trochaica catalectica altero pede syncopata (secundum rhythmum) exiens in extremo versu 52.

   ⏔́ ⏑ ⌞ ⏓

9. Epitritus catalecticus exiens in medio versu 24.

   ⏔́ ⏑ ⌞

10. Epitritus catalecticus syncopatus (cuius exempla in fragmentis extare videntur)

a) exiens in medio versu 1. (?)

⌞́ ⌞

b) exiens in extremo versu 1. (?)

⌞́ ⏓

Omnia igitur cola extraordinaria computata numero sunt 175. Quibus deductis a summa colorum omnium 834, restant cola ordinaria 656 et 3 cola alloeometra.

§ 2.

Catalexes in medio versu et in dactylicis et in trochaicis colis eadem nota significamus ⌞, quae longam trisemam, i. e. tres moras (χρόνους πρώτους) habentem exprimit, exemplum secuti Christii in editione Pindari (a quo ipse in libro de re metrica discessit), idque ideo, primum ut significemus cola diversi quidem metrici generis sed eiusdem generis rhythmici esse, deinde quia putamus rhythmum communem pertinere ad genus duplum (γένος διπλάσιον), cuius theses binas, arses singulas moras habent. Atque in eo quidem omnes viri docti consentiunt, rhythmo exaequandos esse trochaeos et dactylos in stropha dorica, nec tamen eam causam protulerunt, quae nobis gravissima videtur esse. Epitritus enim acatalectus et colon dactylicum acatalectum, quae legitime exeunt in spondeum utrumque, isdem condicionibus illegitimum admittunt trochaeum; quas condiciones tertia quaestione diligentius exponemus. Adde quod rhythmum strophae doricae dupli generis esse ex isdem condicionibus trochaei illegitimi verisimile fieri putamus. Lex enim haec est: trochaeus pro spondeo in exitu coli acatalecti poni non potest, nisi in eadem versus sede in prima stropha vel (multo rarius) in prima antistropha vel, si de epodi versu agitur, in prima epodo trochaeus pro spondeo positus est. Accedunt alia: Primum quod cola dactylica strophae doricae in prioribus pedibus, sicut dactyli colorum logaoedicorum, qui cyclici appellari solent, nunquam spondeum, in ultimo autem

nunquam dactylum admittunt, qui apparet e. g. in ultimo pede prioris coli hexametri dactylici

–́ ⏖ – ⏖ –, ⏖ | –́ ⏖ – ⏑⏑ – ⏓

qui generis simplicis (ἴσου) est. Alterum quod P III str. 4 et N VIII str. 3 + 4 pentapodiae dactylicae omni dubitationi exemptae traditae sunt, quae in genere simplici secundum legem ab Aristoxeno traditam, qui generis simplicis colon maximum sedecim morarum esse dicit, quia vicenas moras habiturae sint, unum colon efficere non possunt, possunt in genere duplo, ubi colon maximum duasdeviginti moras complectitur; nam pentapodia in hoc genere 15 morarum est. Tertium quod gravitati poeseos, quae plerumque in strophis doricis inest, aptior est retardatio rhythmi, qua pro trochaeo in colorum fine spondeus pes legitimus factus sit, quam acceleratio, quam statuere cogeremur, ubicunque pro spondeo trochaeus positus est, si generis simplicis sive dactylici rhythmum strophae doricae esse contenderemus.

Etsi diiudicare non possumus, qua arithmetica ratione dactyli trochaeis exaequati sint, tamen constat thesin dactyli fuisse *μακρὰν μακρᾶς ἐλάσσω* et utramque arsin *βραχεῖαν βραχείας ἐλάσσω*, si trochaeum a quo epitritus incipit unam *μακράν* et unam *βραχεῖαν* continere statuas. Sed ne verisimile quidem est rationem morarum in dactylo et in epitrito exaequandis arithmeticam extitisse, quia ubique inter trochaeos epitritorum et dactylos aut longa trisema interposita est aut spondeus ille ex trochaeo retardatione rhythmi effectus aut pausa, quae constanter in versus fine fit.

Ad exprimendam longam artificio *τονῆς* ad totius pedis longitudinem productam plerique viri docti illis notis usi sunt, quae traduntur ab Anonymo Bellermanni p. 49 W.:

μακρὰ τρίχρονος └

μακρὰ τετράχρονος └┘

μακρὰ πεντάχρονος └┴┘

Alia autem nota ad idem significandum adhibita est in hymnis Mesomedis. Hymnus alter in Solem inde a versu septimo (versus sex priores melodia carent) et hymnus ter-

tius in Nemesin compositi sunt ex duobus versibus, quorum alter

⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓

est tetrapodia logaoedica acatalecta scandens (quia ab arsi incipit), alter vero

⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏗ ⏓

quamquam speciem praebet paroemiaci, i. e. dimetri anapaestici catalectici, quia cum altero coniunctus est, esse debet ipse quoque versus logaoedicus; atque revera eo tantum distat ab altero, quod arsis ultima cum thesi praecedenti in longam trisemam coniuncta est. Hoc autem notis ita exprimitur, ut pausae signum (*Λ*, λ) post notam musicam syllabae producendae superponatur: e. g.

ιλ μ
Ῥοδόεσσαν ὅς ἄντυγα πώλων

Bergkius, postquam haec in praefatione Lyricorum editionis III. exposuit, ita tamen ut putaret limmatis signum (*Λ*) vel adiectionem (πρόσθεσιν), quam nos τονήν appellamus, vel silentium etiam in medio versu et in medio vocabulo significare. in schematis editionis quartae adornandis hoc signo (*Λ*) usus est, ubicunque arsis deficere in medio colo ei visa est, in dubio relinquens, num haec arsis explenda esset pausa, quam etiam in mediis vocabulis fieri potuisse putat, an productione (τονῇ) (Adn. ad schema **O** I in ed. IV). **In** carminibus doricis igitur hoc signo (*Λ*) non usus est nisi duobus locis, ubi epitritus syncopatus extare videtur **P I** str. 2 et 3, nam praeterea arsis in medio colo suppressa in strophis doricis epiniciorum nulla esse videtur. Hunc usum signi *Λ* quamquam sua ratione non destitutum recipere noluimus, primum quia in medio vocabulo pausam fieri potuisse non credimus, deinde quia hoc signo ibi utimur, ubi vocabulorum fine in omnibus strophis eodem loco incidente (id quod rarissime in medio versu fit, constanter in extremo versu arsis nulla syllaba expressa videtur esse, e. g. **O VI** str. 1

– –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́⏑⏑–⏑⏑⏓ ∧ ||
–́⏑⏑–⏑⏑– – –́⏑⏑⏓ ∧ || –́ . . . .

Maxime autem eo a communi usu recessimus, quod cola

acatalecta in extremo versu notis rhythmicis ita expressimus, ut paenultima fieret longa trisema, ultima vero, quae arsis esse videtur, thesis. Cuius mensurae causam § 7 exponemus, hic autem in universum quaedam de exitus feminini natura rhythmica nobis proferre liceat. Christius, qui (Metrik², §§ 132—145) de versuum clausulis optime egit, § 141 monet, in nostra arte musica clausulam perfectam (quam nos italico nomine »cadenza« appellamus) fieri non posse nisi in thesin, i. e. bonam, quam dicimus, mensurae (tactus) partem, et putat hanc legem, cum in sensu rhythmico (in dem rhythmischen Gefühl) constet, etiam apud antiquos in universum valuisse. Idem paulo infra: »Wenn aber«, inquit, »auf der andern Seite gerade die vollkommensten Vers- und Periodenschlüsse im Griechischen und Lateinischen so ausserordentlich gern auf – ⏑⏑ – – oder – ⏑ – – ausgehen, wie im dactylischen Hexameter, dem anapästischen Tetrameter, dem Priapeus, Sotadeus etc., so erleidet die aufgestellte Regel nur eine theilweise und oft nur eine scheinbare Ausnahme: nur eine scheinbare nämlich, wenn die vorletzte Sylbe durch Dehnung zu einer *μακρὰ τρίσημος* oder *τετράσημος* anwächst; denn dann bekommt die letzte Sylbe wieder einen Ictus, wenn auch nur einen Nebenictus, wie wenn wir den anapästischen Tetrameter folgender Massen scandiren:

⏕ –″ ⏑⏑ –′ ⏑⏑ –″ ⏑⏑ –′, ⏑⏑ –″ ⏕ –′ ⏑⏑ ⌊–″⌋ –′

πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἴσ', ὦ Σώκρατες, αὗται;«

Atque primum quidem videamus de nostra arte musica, qua multi viri docti, qui de re metrica antiqua scripserunt, usi sunt vel etiam abusi. In quem errorem ne incidamus, primum id tenendum est, nostram artem musicam, cuius leges nobis, quia inde a tenera aetate eandem percipimus, quasi a natura ipsa datae videntur esse, multas easque fortissimas conversiones et mutationes passam esse inde ab initio medii aevi, quae non minus ad rhythmum, de quo hic agitur, quam ad melodiam et harmoniam pertinuerunt. Ubicunque igitur, ut de antiqua re musica aliquid probemus, ad

similitudinem nostrae musicae provocamus, vel, quod idem est, nostris auribus et nostro sensu musico iudicibus utimur, haec similitudo nihil valet, nisi insuper id probamus, eam de qua loquimur legem vel proprietatem musicam inde ab antiquissimis temporibus, ex quibus opera musica nobis servata sint, adhibitam esse.

Faciamus igitur initium a genere compositionis musicae, quod cum maxime populare est, tum antiquam compositionis rationem magis quam cetera retinuit. Loquimur de odis ecclesiasticis, quas chorales appellamus. Illic exitus versuum feminini constanter ita tractantur, ut paenultima producta ultima syllaba ictum recipiat, e. g.





Clausula »Händen« eodem rhythmo cantatur atque clausula prioris exempli »Waffen«, quamquam metrum non idem est, nam in priore exemplo

◡ – ◡ – ◡ – ◡ –
◡ – ◡ – ◡ – ◡
Ein feste Burg ist unser Gott,
Ein gute Wehr und Waffen

versus, qui masculinum exitum habet, quattuor pedum est, in hoc autem exemplo trium:

◡ – ◡ – ◡ –
◡ – ◡ – ◡ – ◡
Nun danket Alle Gott
Mit Herzen, Mund und Händen.


In canticis popularibus quoque idem fieri solet e. g.




Sed non solum nostro et Lutheri tempore hoc modo clausulae femininae exprimi solent, sed ex antiquissimis operibus musicis idem conicere licet, quamquam ante XI saeculum rhythmus non notabatur neque mensurae (tactus) discernebantur. Nam saepissime in cantu Gregoriano et in aliis compositionibus saeculorum ante XI. in clausulis femininis paenultima syllaba pluribus notis musicis insignitur. Exempli loco proferre liceat hymnum in sanctum Othmarum a Notkero Physico, monacho Sangallensi († 981), strophis Sapphicis compositum et notis musicis instructum. Cuius alteri strophae:

Festa, quae sanctis colimus trophaeis,
Nomen Othmari resonant beati,
Cuius optandis meritis, creator,
Illa dicasti.

superscripta est melodia haec:





(Ambros, Geschichte der Musik II 109)

Deinde, postquam notae mensurales inventae sunt, productio illa exituum femininorum statim apparet. Citare liceat hymnum, quem in honorem Mariae fecit et composuit Adamus Halensis (de la Hale) circa annum 1270, cuius versus primus hic est:



versus ultimus hic:



(Ambros, Geschichte der Musik II 231)

Redeamus ad musicam antiquam. Si melodias traditas hymnorum Mesomedis examinamus, quae nostris auribus nihil amoeni habent (verum enim est, quod Ambros, Geschichte der Musik I 451 ait: »Die Melodie hat einen kaum gesangmässig zu nennenden Gang«), id quidem cum nostris melodiis commune eis esse videmus, quod melodia desinit in eundem tonum, a quo coeperat, i. e. quod antiqui non aliter atque nos clausulam in tono cardinali (Grundton) facere consueverunt. Quoniam in nostra arte musica clausula illa non fit nisi in bona mensurae (vel pedis, ut antiquo nomine utamur) parte, verisimile est antiquos quoque eodem modo clausulas formasse et ubicunque schema metricum versus exitum in syllabam ictu destitutam praebuit, eo, quo significavimus, modo paenultima producta exitum masculinum constituisse.

Grave autem argumentum illud est, quod Graeci in exitibus femininis paenultimam nunquam in duas breves dissolverunt; nam si solveretur paenultima, produci non posset (cf. Christium de tetrametro anapaestico [Metrik² § 308], de

ithyphallico [§ 332], de tetrametro iambico catalectico [399]),*) magnumque hoc discrimen est inter Graecorum et Latinorum artem versuum pangendorum, quod hi paenultimam solvunt et in tetrametro anapaestico catalectico: veluti Plaut. Mil. 1048

Ab íllá, quae dígitos déspoliát suos ét tuos dígitos décorat,

et in tetrametro iambico catalectico: veluti Plaut. Mil. 937

Ut cóncubínam mílitis meus hóspes hábeat hódie.

Quae discrepantia utrum inscitiae poetarum latinorum tribuenda sit (scimus enim comicos poetas Latinos modos i. e. melodias canticorum non ipsos fecisse, Graecos autem antiquiores cantica et fecisse et melodia instruxisse), an detorsioni rhythmi consulto ac fortasse poetarum magnae Graeciae, de quorum versificatione fere nihil compertum est, imitatione factae, diiudicari vix potest. Atque detorsio quidem exitus naturalis a Graecis consulto facta manifesta est in choliambo (cf. Christ. § 423)

⏒ – ⏑ – ⏒ – ⏑ – ⏑ – – ⏒

ex trimetro iambico

⏒ – ⏑ – ⏒ – ⏑ – ⏒ – ⏑ ⏓

ad usum scopticum effecto. Cui deformationi ea, de qua agimus, non prorsus dissimilis est, quippe qua exitus fiat mutilus, clausulam naturalem respuens.

In ipsius Pindari strophis doricis id potissimum productae illi mensurae exitus feminini favet, quod exitus femininus in fine stropharum multo frequentior est exitu masculino: nam ex 44, quae extant, stropharum schematis 28 exitum femininum habent, cum in mediis strophis ex contrario exitus masculinus frequentior sit: nam ex versibus 202, quos schemata odarum Pindaricarum continent, 141 exitu masculino praediti sunt.

---

*) Unus locus Pindari paenultimam solutam exhibere videtur N III 14

. . . ⏑ – ⏖ ⏖̲ ⏓

παλαίφατον ἀγορὰν

sed corruptam esse hanc lectionem demonstratur septem versibus parallelis longam habentibus paenultimam. Neque ulla re coactus Mommsenus finem versus O X ep. 1 – ⏖ ⏑ ⏓ sic dimetitur: – ⏑ ⏖ ⏒.

His causis commoti, quae ex natura rhythmi et melodiae atque ex universa rei metricae Graecae condicione sumptae sunt, in exitu versus ex tripodia dactylica acatalecta fieri censemus tetrapodiam catalecticam tertio pede syncopatam (–́ ⏖ – ⏖́ ⌊__ ⏒) et ex epitrito acatalecto tripodiam trochaicam catalecticam altero pede syncopatam (–́ ⏑ ⌊_́_ ⏒). Causas autem ex structura stropharum sumptas § 7 exponemus.

§ 3.

Priusquam constructionem strophae doricae examinemus. exhibeamus conspectum eorum colorum alloeometrorum, quae ei inseruntur, quo nomine aeque atque Christius (Metrik[1] § 602) nos significamus haec cola diversa esse ab eis, quae supra § 1 enumeravimus, licet eiusdem sint generis rhythmici.

1) In uno carmine **O** XIII Pindarus stropha usus est. cuius pars prior logaoedica est, altera autem item atque epodus dorica. Atque haec metabole rhythmorum in medio versu sexto fit:

⏒ –́ ⏑ – ⏖ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ ⌊ –́ ⏑ ⏒

ubi primum colum est tripodia logaoedica acatalecta, cui arsis praefixa est (primam thesin huius coli ictu notavimus, quo significetur initium coli, non ictus fortissimus coli, de cuius loco in colis logaoedicis nihil certo constat). Sed in ultimo pede spondiaco colum logaoedicum naturam colorum doricorum assumpsit, sicut antea v. 3 colum trochaicum secundum morem epitritorum in spondeum exit

⏑ –́ ⏑ ⏖́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏒

(quibus syllabis quominus pentapodiam iambicam effici opinemur, impedit spondeus pro iambo in quarta sede collocatus). Tam arte vero in v. 6 colum logaoedicum cum dorico coniunctum est, ut octies (στρ. α′, στρ. β′, αντ. β′, αντ. γ′, στρ. δ′, αντ. δ′, στρ. ε′, αντ. ε′) caesura fiat post ultimam thesin coli logaoedici, bis (αντ. α′, στρ. γ′) post priorem thesin epitriti, nusquam in ipso exitu coli logaoedici.

2) **O** VII ep. 3.

–́ ⏑⏑ ⌞ ⏑⏑⏑́ | ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ¦ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

15. *εὐθυμάχαν* | *ὄφρα* ¦ *πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλφεῷ* ¦ *στεφανωσάμενον*

34. *ἔνθα ποτὲ* | *βρέχε* ¦ *θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσαῖς* | *νιφάδεσσι πόλιν.*

53. *ἦν δὲ κλέος* | *βαθύ.* | *δαέντι δὲ καὶ σοφία* ¦ *μείζων* | *ἄδολος τελέθει.*

72. *ἑπτὰ σοφώτατα* | *νοήματ' ἐπὶ προτέρων* | *ἀνδρῶν* | *παραδεξαμένους*

91. *εὐθυπορεῖ,* ¦ *σάφα* | *δαείς, ἅτε οἱ πατέρων* ¦ *ὀρθαὶ* | *φρένες ἐξ ἀγαθῶν*

colum alloeometrum est tetrapodia logaoedica acatalecta, cuius primus pes tribrachys, alter tertiusque dactyli (cyclici), quartus in prima epodo trochaeus (nam *Ἀλφεῷ* scribendum est secundum Mommsenum [adn. crit. suppl. ad Ol. p. 68 ad **O** VII 1, 15], qui hanc formam solam Pindaricam esse demonstravit), in reliquis spondeus, sicut fit in colis doricis. Mira autem in hoc versu constantia caesurarum est, maxime post thesin tribracheos, ubi versus finem statuere hunc

–́ ⏑⏑ – ⏑(⏓) ‖ ⏑ – . . .

vetamur exitibus imperfectis. Quae caesura fortasse ita explicanda est, ut pausa parva post *ὄφρα* facta totus pes tribrachys ad idem temporis spatium extendatur, quod occupant dactyli eiusdem coli:

–́ ⏑⏑ ⌞ ⏑⏑⏑́ ∧ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ . . . . .

εὐθυμάχαν ὄφρα | *πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλφεῷ* . . .

Similem vero caesuram deprehendimus in carmine logaoedico **I** VIII (VII) v. 3 per omnes septem strophas observatam:

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ ⏑⏑⏑́ | ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓ ‖

ubi exitu imperfecto, qui est ante caesuram v. 44 *πέταλα*, impedimur quominus versus finem putemus esse caesuram.

3) **N** X str. 1.

⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

ubi strophae prima et quinta trochaeum habent, reliquae strophae et antistrophae 8 spondeum secundum morem colorum doricorum.

4) N VIII ep. 4.

– ́– ⏑ – – ́– ⏑ – ⏑ ⏓ ∧ ‖ ́– ⏑ – – . . .

Versus exit in tripodiam trochaicam catalecticam.

5) N VIII str. 1.

́– ⏓ – ⏖ – – ́– ⏑ – – ́– ⏖ – ⏖ ∟ ⏓

Secundum hoc schema primum colum tripodia logaoedica acatalecta est, in cuius prima sede trochaeus et pro eo spondeus ponuntur, sed in quinque strophis primus pes spondeus est, in una antistropha *γ'* trochaeus apparet, ubi lectio tradita aliis quoque de causis genuina esse non videtur. Verba autem haec sunt, quae traduntur:

– – ́– ⏖ – – ́– ⏑ – – ́– ⏖ – ⏖ ∟ ⏓ ∧ ‖
́– ⏑ – ⏓ ́– ⏑ – – ́– ⏑ – – ́– ⏖ ⏓ ∧ ‖
́– ⏑ – . . . .

αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσσει
σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν
αἰθέρα.

Quae tum demum ad metrum quadrarent, si liceret versus priores duos coniungere syllaba ultima verbi *ἀΐσσει* priorem thesin efficiente epitriti sequentis hoc modo:

. . . – – ¦ – ⏑ – – . . .
. . . *ἀΐσ* | *σει σοφοῖς* . . . .

sed intercedit hiatus v. 18

στρ. β' 1 . . . *ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ.* | *ἵσταμαι* . . .

Boeckhius ut metrum restitueret pro *ἀΐσσει* scripsit *ᾴσσει* ante *σοφοῖς* addita praepositione *ἐν*.

Quem ad locum tria scholia extant haec:

a) *τὸ δὲ ἑξῆς· αὔξεται δὲ ἀρετὰ ἐν σοφοῖς τε καὶ δικαίοις τῶν ἀνδρῶν ἀρθεῖσα, ὡς ὅτε δένδρον χλωραῖς ἐέρσαις πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα.*

Cuius auctor non legit *ἀΐσσει*, legit fortasse *ἐν* ante *σοφοῖς*, nisi praepositionem *ἐν* ante *δικαίοις* lectam supplevit in transscriptione ante *σοφοῖς*.

b) *ὁ δὲ νοῦς· αὔξεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ τῶν ἀνδρῶν ὑψωθεῖσα τοῖς σοφοῖς καὶ δικαίοις λόγοις τῶν ποιητῶν,*

ὥσπερ καὶ φυτὸν ἐπαείρεται πρὸς αἰθέρα καὶ αὔξεται ταῖς χλωροποιοῖς δρόσοις.

Cuius auctor non legit ἀΐσσει, errores autem graves commisit, quod genetivo ἀνδρῶν ad ἀρετή tracto praepositionem ἐν prorsus omisit.

c) ἡ ἀρετὴ τῶν δικαίων ἐπιτυγχάνουσα ὑψοῦται. τὸ δὲ ἑξῆς· ὡς δένδρον ἀΐσσει πρὸς αἰθέρα ὑγρ⟨-ὸν χλωρ (haec enim intercidisse mihi videntur)⟩-αῖς ἐέρσαις, οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ σοφοῖς ἀνδράσι καὶ δικαίοις αὔξεται ἀερθεῖσα.

Tertium scholium solum ἀΐσσει verbum exhibet ἐν praepositione omissa, sed fortasse haec casu intercidit aeque atque -ὸν χλωρ- syllabae.

Ex editoribus vero Bergkius in adnotatione ad hunc locum in ed. IV. addita iure offendit primum in verbis duobus idem exprimentibus αὔξεται et ἀΐσσει, tum quod desideratur dativus instrumenti ad ἀρετή subiectum additus, qui respondeat dativo χλωραῖς ἐέρσαις ad δένδρεον subiectum addito, (quem dativum scholiastae effecerunt ex σοφοῖς καὶ δικαίοις verbis omissa praepositione ἐν, qua ex textu expulsa metrum non nisi audacissimis mutationibus restitui potest). Comparatis igitur verbis Pindari quae praecedunt:

αἰνέων αἰνητά, μομφὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς

et sententia, quam sine nomine auctoris Clemens Alexandrinus, cui multa Pindari fragmenta debemus, laudat Paedag. I 154:

ἀρετὰ γὰρ ἐπαινεομένα δένδρον ὣς ἀέξεται,

et adhibitis scholiis duobus, quae ἀΐσσει non habent, Bergkius deleto ἀΐσσει verbo, quippe quod quasi interpretamentum verbi αὔξεται ad δένδρεον adiectum esset, scripsit:

. . . . ὡς ὅτε δένδρεον, α ἴ ν ῳ, | ἐν σοφοῖς . . .

Atque recte quidem Bergkius αἴνῳ illud in textum recepisse videtur, sed si verba αὔξεται et ἀΐσσει perpendentes comparamus, ἀΐσσει verbum multo aptius esse apparet, quia imaginem (agitur enim de arbore) pressius sequitur, atque multo verisimilius est αὔξεται verbum vulgare interpretamentum esse verbi in hac quidem coniunctione rari ἀΐσσει,

quam *αὔξεται* verbo interpretamenti loco additum esse verbum *ἀΐσσει*. Restituitur autem metrum quinque stropharum reliquarum in antistropha *γ'* *ἀΐσσει* verbo in contextum loco verbi *αὔξεται* recepto:

– – – ⏖ – – – ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏖ ⊔ ⏓

ἀΐσσει δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον, αἴνῳ.

Vitium vero hoc modo propagatum esse conicias: primum *αὔξεται* irrepsit in locum *ἀΐσσει* verbi, atque ita locum legisse videtur Clemens Alexandrinus saeculo p. C. tertio vel is imitator Pindari quem Clemens exscripsit (nam non verisimile est Clementem ipsum formas doricas et poeticas *ἁ*, *ἀρετά*, *ἐπαινεομένα*, *ἀέξεται* excogitasse). Postea vero *ἀΐσσει* ex melioribus libris restitutum denuo in textum receptum est nec tamen expulso, ut fieri debuit, *αὔξεται* verbo. sed genuino *αἴνῳ ἐν*.

Metro igitur ita restituto primum colum versus est epitritus catalecticus priore pede syncopatus, cuius coli exempla in fragmentis videntur extare:

⊔́ ⊔ –́ ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏖ ⊔ ⏓ ∧ ||

ἀΐσσει δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον, αἴνῳ.

§ 4.

Quodsi compositionem strophicam Pindari comparamus cum ea, qua poetae scaenici utuntur, scaenici quidem ab antistropha novam incipiunt sententiam et plerumque etiam novam rem, Pindarus autem saepe ne enuntiatum quidem cum stropha absolvit. Atque videtur consulto hoc fecisse in locis, qualis est O III 5, ubi stropha exit:

Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

antistropha incipit:

ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι . . . .,

nam adiectivum *ἀγλαόκωμον* ad *φωνάν* substantivum tamquam epitheton ornans additum nullo sententiae detrimento omitti potuit, si id egisset Pindarus, ut antistropham incoharet a novo enuntiato.

Non solum autem in stropharum fine, sed etiam in versuum fine Pindarus multo rarius interpunxit orationem quam

alii poetae. Carmine P IV e. g. continentur versus 299 et enuntiata primaria (quibus adnumeravimus enuntiata relativa postposita, quae non necessarium supplementum ad sententiam enuntiati primarii addant) 192. Versuum igitur sescuplex fere est numerus enuntiatorum numeri. Quorum 95, dimidia fere pars, finiuntur una cum versibus, reliqua 97 in mediis versibus desinunt. Quodsi stropharum fines contemplamur, ratio haec est: 5 strophae interpunctione finiuntur, 8 non finiuntur, 8 antistrophae interpunctione finiuntur, 5 non finiuntur, 7 epodi interpunctione finiuntur, 6 non finiuntur. Interpunctio igitur in fine stropharum (vicies interpungitur, undevicies non interpungitur) paululo frequentior est quam in fine versuum omnium (95. 299), i. e. tertius quisque versus et altera quaeque stropha in fine interpunctionem habent.

Quibus cum numeris si usum Homericum comparaveris, discrimen statim apparebit. Trecentorum enim primorum Iliadis versuum e. g. 211 versus in fine interpunguntur, quamquam hexameter Homeri brevior est uno fere pede quam versus carminis P IV mediae longitudinis. Apud Homerum igitur vix tertius quisque versus in fine interpunctione caret. In uno autem Pindari carmine omnes strophae simul cum sententia absolvuntur: P III, quod carmen 15 strophas complectitur; in multis carminibus epodi, quae trium stropharum systemata claudunt, omnes simul cum sententia absolvuntur, quorum dorica haec: O VI, VII, (XI, XII quae non numeranda sunt, cum ex singulis utrumque constet systematis), XIII, P I, III, N VIII, X, XI, aeolica: O I, (IV), V, X, P (VII), X, XI, N III, VI. Et in reliquis carminibus interpunctio multo frequentior est post absolutam epodum quam post absolutam stropham antistrophamve.

Quibus rebus perpensis de compositione musica haec conici possunt.

Veri non est simile in carminibus cantandis cantum vocum humanarum interruptum esse musicorum instrumentorum sonis neque in fine versuum neque in fine stropharum neque in fine systematum, quibus insertis multae sententiae

discerptae ab auditore intellegi non potuissent. Nam ut exemplo utamur **O** IX 28, quis, cum epodus prima exeat hoc modo:

κεῖναι γὰρ ὤπασαν τὰ τέρπν᾽· ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ
κατὰ δαίμον᾽ ἄνδρες

praedicato ad *ἄνδρες* nominativum non addito, si ante initium systematis secundi:

ἐγένοντ᾽ ἐπεὶ ἄντιον . . .

praelusissent instrumenta musica, poetae sententiam intellegere potuit?

Praecentiones autem instrumentorum ante cantum vocalem factas esse satis probabile est, sed eas artius cohaesisse cum cantu ita e. g. ut unum idemque colum partim ab instrumentis, partim a vocibus caneretur (quod multi credunt ibi factum esse, ubi carmina a colo non integro incipere videntur, veluti **O** VII str. 1

⏖ – – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ – ⏑⏑ ⏓)

probari nullo modo potest. Teste quidem scholio ad **P** I 4, quo nomine Pindarus instrumentorum praecentionem appellaverit, traditum est; explicat enim verba: *πείθονται δ᾽ ἀοιδοὶ σάμασιν, ἁγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα* sic: *τὰς προαναφωνήσεις κατασκευάζῃς.* Sed *ἀναβολή* ubi apud alios de re musica dictum apparet (Aristoph. Pa. 830, Av. 1350, Aristot. Rhet. III. 9, 9) significat initium carminis ipsius: *τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων*, ut scholiasta Aristophanis ad Pa. 830 ait; Aristophanes autem utroque loco irridet argumenta initiorum dithyramborum et Aristoteles item *ἀναβολάς* dithyramborum tanquam exemplum citat *λέξεως εἰρομένης* i. e. orationis paratacticae. Cum vero nihil impediat, quominus eandem significationem vocabuli Pindaro quoque vindicemus, (sententia enim haec est: phorminx et saltationem regit [*τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά*] et cantum; cantores obsequuntur signis [quae tu, phorminx, eis das], simulac tu initia [*ἀμβολάς*] prooemiorum, a quibus incipiunt cantus chorici [*ἁγησιχόρων*], psallis) censemus scholiastam *προαναφωνήσεις* illas secundum sui temporis usum ad Pindarum rettulisse.

§ 5.

Versus ex colis doricis conformati quinque modis terminari possunt, quos enumerabimus frequentiae singulorum ratione habita, ita tamen ut secernamus versus in mediis strophis collocatos a versibus in fine stropharum collocatis.

Numerus igitur omnium versuum in stropharum doricarum Pindari schematis est 246, stropharum autem 44; itaque 202 versus in mediis strophis exeunt, 44 in extremis. Sunt autem formae exitus:

a) masculini:
  1) dactylici . . . – ⏑⏑ ⏓
    in mediis strophis : 47. in extremis : 4.
  2) trochaici . . . – ⏑ ⏓
    in mediis strophis : 94. in extremis : 12.
b) feminini:
  1) dactylici . . . – ⏑⏑ ⏗ ⏓
    in mediis strophis : 33. in extremis : 2.
  2) trochaici . . . – ⏑ ⏗ ⏓ .
    in mediis strophis : 26. in extremis : 26.
c) in tres longas . . . ⏗ ⏗ ⏓
    in mediis strophis : 2. in extremis : 0.
    202. 44.

Quodsi pro 202 versibus 100, et pro 44 strophis item 100 sumimus, numeri hoc modo immutantur:

a) 1) . . . – ⏑⏑ ⏓
    in mediis strophis 23% in extremis 10%
  2) . . . – ⏑ ⏓
    in mediis strophis 47% in extremis 27%
b) 1) . . . – ⏑⏑ ⏗ ⏓
    in mediis strophis 16% in extremis 5%
  2) . . . – ⏑ ⏗ ⏓
    in mediis strophis 13% in extremis 58%
  3) . . . ⏗ ⏗ ⏓
    in mediis strophis 1% in extremis 0
    100. 100.

Ex hac tabula haec discimus: cola trochaica in exitu omnium versuum praeferuntur, nam in mediis strophis sunt 60%, in extremis 85%, maxime autem in fine stropharum, ubi cola dactylica sunt 15%. Differentia vero intercedit haec, quod in mediis strophis cola trochaica in extremis versibus posita multo saepius masculinum exitum habent (47%) quam femininum (13%), in extremis strophis contra exitus trochaici masculini (27%) rariores quam feminini (58%) sunt. Et si exitus masculinos et femininos tantum discernimus, cum versus, qui in mediis strophis masculinum exitum habeant, sint 70%, qui femininum 30%, in fine stropharum versus, qui exitum masculinum habeant, sunt 37%, qui femininum 63%.

§ 6.

His praemissis ad explicandos eos versus transeamus, qui incipiunt ab arsi (vel brevi vel ancipiti vel longa vel disyllaba). In enumeratione quidem § 1 nulla cola citavimus, quae initium capiant ab arsi. Nunc causam addemus: arsis, a qua versus incohatur, rhythmo adnectenda est thesi, quae versum antecedentem claudit. Quae explicatio iam dudum adhibita est in illis versibus, qui a longa vel ancipiti arsi incipiunt, e. g. O III str. 1 et 22

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓

ac paene omnes viri docti arsi secundo versui praeposita tripodiam dactylicam catalecticam, quae versum primum claudat, acatalectam fieri putant. Tamen multo certius argumentum etsi negativum, quo haec explicatio confirmetur, sumendum est ab arsibus disyllabis in versuum initio positis. Condiciones enim, quibus apparent, hae sunt:

1) Arsis disyllaba in initio versus nusquam ponitur ante epitritum (⏑⏑ –́ ⏑ – – . .), sed aut ante dactylum (⏑⏑ –́ ⏑⏑ – . .) aut ante longam trisemam (⏑⏑ ⏗ –́ ⏑ – . . .) aut ante spondeum cuius vice fungi potest trochaeus (⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .).

2) Versus, qui versui ab arsi disyllaba incipienti praecedit, nusquam exit in epitritum catalecticum (. . . –́ ⏑ ⏓ |

⏑⏑ – . . . .), quamquam 47 % omnium versuum in mediis strophis epitrito catalectico (– ⏑ ⏓) finiuntur (§ 5), sed exit aut in colum dactylicum catalecticum (. . . – ⏑⏑ ⏓ ¦ ⏑⏑ – . . .) aut in colum dactylicum acatalectum (. . . – ⏑⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – . . .) aut in epitritum acatalectum (. . . –́ ⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – . .) aut in epitritum acatalectum et syllabam (. . –́ ⏑ – ⏓ ⏓ | ⏑⏑ – . . . .). In conspectum igitur proferamus versus, de quibus agitur, additis exitibus versuum praecedentium; ubi vero de strophae initio agitur, clausulas et strophae et epodi adnotabimus:

1) **O** VII str. 1.

str. 6 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏗ ⏓ ¦ ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ . . . 10 l.*)
ep. 8 . . . . . . –́ ⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ . . . 3 l, 2 h.

2) **O** VII str. 6.

str. 5 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – – . . . 7 l, 2 h, 1 p.

3) **O** VII ep. 7.

ep. 6 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ ⏗ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – . . . 3 l, 1 h, 1 p.

4) **O** VIII str. 6.

str. 5 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ ¦ ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓ 6 l, 1 p, 2 br.

5) **O** XIII ep. 6 (5) (secundum Bergkii constitutionem).

ep. 5 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ ¦ ⏑⏑ ⏗ –́ ⏑ – – –́ . . . 1 h, 2 p, 2 br.

6) **P** I ep. 8.

ep. 7 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ ⏗ . . . 4 l, 1 br.

7) **P** III ep. 9.

ep. 8 . . . –́ ⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – – . . . 3 l, 2 br.

8) **P** IX str. 1.

str. 8 . . . . –́ ⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – . . . 8 l, 2 br.
ep. 9 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏗ ⏓ | ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – . . . 4 l, 1 br.

9) **P** IX str. 3.

str. 2 . . . –́ ⏑ – – ⏓ ¦ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ 5 l, 3 h, 2 br.

10) **N** VIII str. 4.

str. 3 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏗ . . . 4 l, 2 h.

11) **N** VIII ep. 3.

ep. 2 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ ¦ ⏑⏑ ⏗ –́ ⏑ – – . . . 2 h, 1 br.

12) **N** VIII ep. 7 (cf. I § 5. 16).

ep. 6 . . . –́ ⏑ – ⏑ ⏓ | ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ . . . 3 l.

*) Naturam syllabarum in exitu positarum eis signis notamus, quae I § 3 constituimus.

O XIII str. 1 et N X str. 1 incipiunt quidem ab arsi duplici, sed cum cola prima logaoedica sint, in hunc censum non veniunt, nam in logaoedicis arsis duplex initio versuum aliam naturam habere videtur atque in colis doricis.

Decies igitur in mediis strophis versus ab arsi disyllaba incipit, septies autem antecedit colum dactylicum catalecticum, bis epitritus cum syllaba, semel epitritus acatalectus. Quod casu factum esse non est verisimile, cum, ut vidimus, paene dimidia pars (47 %) versuum omnium in mediis strophis exeat in epitritum catalecticum. Causa autem dilucida ea est, quod omnes exitus, quos deprehendimus ante initia, ut ita dicam, anapaestica, conecti possunt cum initiis illis ita, ut cola ordinaria dactylica fiant, non potest exitus in epitritum catalecticum

. . . –́ ⏑ – | ⏖ – . . . .

Exemplum vero luculentissimum est P IX str. 3:

. . . . –́ ⏑ – – ⏓ | ⏖ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ ⌞ –́

quod Christius cum Pindarum ederet sic dimensus est:

. . . . –́ ⏑ ⌞ ⌞́ ⏓ | ⏖ – ⏑ –́ . . .

Ubi simulatque continuationem rhythmi admiseris, simplicissima sunt omnia: post epitritum enim acatalectum posita est dipodia dactylica, post cuius priorem thesin versus finitur: dimetiendum ergo:

. . . –́ ⏑ – – ⏓́ | ⏖ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ ⌞ ⏓ ||

In libro de re metrica Christius ipse (ed. II pp. 107 et 586), ut diximus in praefatione, ei explicationi, quam in Pindari editione protulerat, hanc, quam nos unice veram esse putamus, apposuit lite non diiudicata. Secundum hoc exemplum conformavimus N VIII ep. 7 ad evitandum exitum imperfectum

. . . . –́ ⏑ – ⏑ –́ | ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . . .

Trochaeus pro spondeo in eadem versus sede occurrit O VI str. 5, de quo loco infra dicendum erit.

Similis autem his est P III ep. 9, nisi quod hoc loco epitritus catalecticus est:

. . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – – . . .

Qui remanent, loci septem praebent cola dactylica quattuor vel quinque pedum fine versus media dissecta:

O VII str. 6 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – . . .
ep. 7 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ └ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – . . .
O VIII str. 6 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓
O XIII ep. 6 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ └ –́ ⏑ – – –́ . . .
P I ep. 8 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ └ . . .
N VIII ep. 3 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ └ –́ ⏑ – – . . .

Hae sunt tetrapodiae dactylicae post tertiam thesin dissectae, pentapodia vero una extat:

N VIII str. 4 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ | ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ └ . . .

quam tuetur altera pentapodia, quae uno versu comprehenditur **P** III str. 4.

Sed etiam ubi initio s t r o p h a r u m posita est arsis disyllaba eidem legi subdita est, nam hic quoque cola ordinaria efficiuntur:

O VII str. 1 incipit ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ . . . .

in transitu autem, qui fit a stropha ad antistropham, rhythmus hic est:

. . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ └ ⏓́ ‖ ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ . . .

similiterque ab epodo ad stropham alteram

. . . – ⏑ └ ⏓́ ‖ ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ . . .

Et **P** IX str. 1 res eadem est: rhythmus enim a stropha ad antistropham continuatur sic:

. . . – ⏑ └ ⏓́ ‖ ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – . . .

ab epodo ad stropham sic:

. . . – ⏑⏑ – ⏑⏑ └ ⏓́ ‖ ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – . . .

(In hoc carmine aliquotiens sententia quoque continuatur a stropha ad antistropham β′ et ε′, ab epodo β′ et δ′ ad strophas sequentes, in **O** VII autem semel a stropha ad antistropham sententia continuatur in systemate β′, sed vel hoc satis est ad improbandam sententiam eorum, qui putent colum imperfectum ⏑⏑ – – instrumentorum cantu praefixo interiectove expletum esse.)

Veram autem etiam in initiis stropharum eandem explicationem esse eo quoque probatur, quod eadem carmina **O** VII et **P** IX in mediis quoque strophis versus continent, qui

ab arsi duplici incipiant. Quaeritur, quo modo ipsa eius modi carminum initia a cantoribus tractata sint: nimirum ita, ut e. g. in initio O VII

◡◡ – – ◡́ ◡ – ◡̲ ◡́ . . .

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνεᾶς . . .

prima syllaba ictu insignis *-λαν* leniore ictu proferretur quam syllaba *εἴ*, quae colum novum incoharet.

Quae cum ita sint, certis exemplis comprobata est, quam amplexi sumus, mensura colorum acatalectorum in fine stropharum, ubi ea vidimus frequentissima esse. Simul causam intellegimus, cur forma acatalecta clausulam aptam praebeat: multo enim gravior et fortior exitus forma – ◡ ⌞ ◡̲ vel – ◡◡ ⌞ ◡̲ est quam – ◡ ◡̲ et – ◡◡ ◡̲; illam autem mensuram etiam in mediis strophis in versuum fine factam esse infra testimonio O VI str. 4 probabimus.

Maximi autem momenti hoc est, quod discimus versus finem incidere posse in medium colum, vel, ut aliis verbis utamur, cola dissecari posse caesura, quacum coniuncta sunt hiatus et syllaba anceps. Unde certo cognoscimus versuum naturam. In fine igitur versus pausa fit, nec minor quam ut ultimum prioris et primum alterius versus vocabulum disiungantur, quia hiatus admittitur, nec maior quam ut rhythmi et sententiae continuatio ab auditore sentiri possit. Quod autem exitus imperfectus evitatur, ea re demonstratur ultimam syllabam versus paululum extensam esse, scilicet factum esse quod nos italico nomine »fermatam« appellamus (cf. I § 8).

Remanet quaestio, num dissectio, quam in colis dactylicis accidere cognovimus, in epitritis fieri possit. Cuius rei unum sed firmum testimonium extat O VI str. 5:

– ◡́ ◡ – – ◡́ ◡◡ – ◡◡ – ◡ ◡̲́ | ◡ – – ◡́ ◡ – – ◡́ . . .

ubi cum sint 2 l, 3 h, 2 p, 2 br, 1 ih, divisio versuum certa est.

Tripodia igitur dactylica in trochaeum exit prorsus sicut eodem versus loco ditrochaeus pro epitrito positus est N VIII ep. 7. Simul hic unus versus est, qui in carminibus doricis Pindari ab arsi constanter brevi incipiat.

§ 7.

Multi versus incohantur ab arsi longa vel ancipiti, quae plerumque ita explicari potest, ut sit arsis ultima coli ut videtur catalectici in versus praecedentis fine positi. Dubitatio autem ibi orta est, ubi versus praecedens colo acatalecto clauditur, quod bis fit in mediis strophis **O** VI str. 5 et **I** I ep. 5, saepius initio stropharum; neque id mirum est, quia in fine maxime stropharum cola acatalecta poni solere vidimus. Illi autem, qui omnes difficultates instrumentorum sonis, quos *κρούσεις* appellare solent, suppositis removeri posse arbitrantur, strophas medias discissas esse in duas partes eo modo, quo strophae inter se discernuntur, existimant.

M a u r i c i u s S c h m i d t, qui, ni fallor, primus virorum doctorum arses praefixas stropharum doricarum sedulo examinavit in introductione ad Olympiorum editionem et versionem, ubicunque arsis praefixa sequitur exitum masculinum, continuationem rhythmi fieri putat, locis autem, quales sunt **O** VI str. 5 et **I** I ep. 5, silentia praeposita (Vorpausen) constituenda esse arbitratur (p. XXXV).

Nos contra hac ipsa re denuo confirmari opinamur nostram mensuram colorum acatalectorum in fine versuum et stropharum. Nam sicut **P** III ep. 8 epitritum acatalectum ante arsin disyllabam dimensi sumus ... –́ ⏑ ⌞ ⏓́ | ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ..., his quoque locis eadem mensura continuationem rhythmi efficimus; eo tamen discrimine, quod syllaba ultima non novum colum incohat, sed ultimi pedis ultimi coli thesis est. Sunt autem hi duo loci:

O VI str. 5.

... –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⏓ ¦ – –́ ⏑ – – –́ ... 61, 2h, 1p, 1br.

qui versus quam arte cohaereant, apparet:

στρ. β′ . . ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι ¦ ταύταν ἐπίστανται, . .
στρ. γ′ . . ἐθρέψαντο δράκοντες ἀμεμφεῖ ¦ ἰῷ μελισσᾶν . .
αντ. γ′ . . πεμπταῖον γεγεναμένον. ἀλλ᾽ ἐν ¦ κέκρυπτο γὰρ . . .

et **I** I ep. 5.

. . . –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . . 21, 2 br.

ubi in quattuor epodis semel *επ. α'* interpungitur, ter sententia inciditur. Item **O** VI str. 5 quater interpungitur (*στρ. α'*, *αντ. α'*, *στρ. ε'*, *αντ. ε'*), ter sententia inciditur. Unde apparet aeque atque in fine stropharum cum clausula feminina sententiae incisionem coniungi solere, nec tamen hanc clausulam tam fortem esse, ut impediat continuationes sententiae, quales **O** VI apparent.

Reliquae arses longae vel ancipites in mediis strophis versibus praepositae catalexes versuum praecedentium explent. Sunt autem hae 36:

O III str. 2, 3, 4.
O VII str. 3, str. 4 (brevis *στρ. α'*, 9 rell. longae).
O VIII str. 2, ep. 8 (brevis *επ. α'*, 4 rell. longae).
O XII ep. 4.
O XIII str. 7 (brevis *στρ. α'*, 9 rell. longae).
P I str. 4, ep. 4.
P III str. 3.
P IV ep. 5.
P XII str. 3, 5, 6.
N I str. 2, 4, ep. 4.
N V str. 4, 5, 6, ep. 3, 4, 5.
N VIII ep. 4.
N IX str. 6.
I I str. 4 (brevis *στρ. α'*, 9 rell. longae), ep. 4.
I II ep. 4, 5, 6.
I VI (V) str. 5, 8, 9, ep. 6.

Ubicunque arsis praefixa anceps est, eidem legi subdita est atque exitus anceps colorum acatalectorum in mediis versibus collocatorum: in primo scilicet systemate in omnibus colis pro spondeo et arsi longa trochaeus et arsis brevis poni possunt, in reliquis systematis ibi tantum, ubi in primo systemate posita sunt, poni possunt.

Initio autem stropharum arsis longa vel anceps praefixa est plerumque eodem modo atque versibus **O** VI str. 5 et **I** I ep. 5. Sunt autem hae:

O VI str. 1.

str. 7 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ . . .
ep. 7 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ . . .

O VIII ep. 1.

str. 7 –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

O XIII ep. 1.

str. 8 . . . –́ ⏑ – – –́ ⏖ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ ⌞ –́ . . .

P IX ep. 1.

str. 8 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

P XII str. 1.

str. 8 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

N I str. 1.

str. 7 . . . –́ ⏑ ⏓ | – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
ep. 4 . . . –́ ⏑ ⏓ | – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .

N V str. 1.

str. 6 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
ep. 6 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .

N V ep. 1.

str. 6 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | ⏓ –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . .
(επ. α′ et β′ brevem, γ′ longam habent)

N VIII ep. 1.

str. 5 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ ⌞ –́ . . .

I I ep. 1.

str. 5 . . . –́ ⏑ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ . . .

I II str. 1.

str. 5 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . .
ep. 6 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . .

I III IV ep. 1.

str. 6 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

I VI (V) str. 1.

str. 8 . . . –́ ⏑ ⌞ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ . . .
ep. 7 . . . –́ ⏑ ⏓ | – –́ ⏑ – – –́ . . .

In mediis vero strophis 45 versus certo exeunt in cola acatalecta versu proxime sequenti incipiente a thesi; tamen hos quoque exitus dimetiendos esse putamus . . ⌞ ⏓, quia saepe clausula gravior eo indicatur, quod interpunctio ibi poni solet. Ita e. g. **P** IV str. 3, 4:

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⊔ ⏓ ∧ |

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⊔ ⏓ ∧ ¦

cum in toto carmine, exclusis versibus strophas claudentibus et interpunctionibus post eos positis, ex 260 versibus 75 (vel 29%) interpunctione finiantur, str. 3 ex 26 versibus 10 (vel 39%), str. 4 ex 26 versibus 12 (vel 46%) in fine interpunguntur, quamvis hi duo versus (3 et 4) vicini sint ideoque difficile fuerit utrique in eadem stropha interpunctionem dare. Item **O** VI str. 6

⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔ ⏓ ∧ ¦

ex decem versibus quattuor plenam interpunctionem habent. Multi autem loci ita comparati sunt, ut utrum versus finis statuendus sit an caesura in versu medio, diiudicare non possimus. Nam saepenumero in mediis versibus caesura (vel diaeresis) facta est post cola acatalecta: e. g. **O** III in 6 strophis in versu tertio constanter hae caesurae fiunt:

– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | –́ ⏑ – –́ ¦ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

et post epitritum in versu quarto:

– –́ ⏑ – – | –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓

Itaque ibi tantum mensuram ⊔ ⏓ adhibebimus, ubi hiatu et syllaba ancipiti versus finis indicatur aut versuum continuatione longior, quam usu fit, versus efficeretur. Hic autem eos tantum locos enumerabimus, ubi versus exitu feminino praediti sine causa necessaria constituti sunt, quorum partem capite I imperfectorum exituum causa reiecimus. Sed ne longiores versus constituamus neve constituere videamur, enumeremus longissimos versus stropharum doricarum, qui nullo modo dirimi possunt, secundum numerum colorum et pedum:

N I str. 7	continet	6	cola	et	13	pedes
N V str. 1	»	6	»	»	13	»
N X str. 6	»	6	»	»	12	»
I III IV ep. 6	»	6	»	»	13	»
I V (IV) str. 6	»	6	»	»	13	»
P I str. 6	»	5	»	»	14	»

11 versus praeterea quina cola continent et undenos vel duodenos pedes, neque multum proficimus, si colorum diminuendorum causa binos epitritos eodem colo coniungimus

(quod in omnibus versibus 6 colorum fieri potest), nam longissimus versus **P I** str. 6:

´– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ´– ⏑ ⌞ ⏓

epitritos nullos habet, qui coniungi possint.

Versus igitur, ubi exitus feminini sine causa necessaria ab editoribus constituti sunt, hi sunt:

O VII ep. 5 cf. I § 5. 10.

O XI str. 1 cum 2 coniungi potest:

´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ‖

ep. 1 et 2, quorum uterque exitum femininum habet, aut inter se coniungi possunt, aut versus alter cum priore parte tertii in unum versum comprehendi potest:

a) ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑ – – | ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ – ∧ ‖

b) ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑ ⌞ – ∧ ‖ ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – |
´– ⏑ ⌞ ⏑́⏑ ⏑ – ‖ – ´– . .

ep. 8 cum 9 coniungendus est sic:

´– ⏑⏑ – – ´– ⏑ – – | ´– ⏑ – ⏑ ´– ⏑ ⌞ ´– ⏑ – – ´– ⏑ ⌞ ⏓ ‖

O XII str. 5 cum priore parte 6 coniungendus est hoc modo:

´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ´– ⏑ – ⏓ ´– ⏑ – ‖ – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – |
´– ⏑ – – ´– ⏑ ⏓ ‖

ep. 1 fortasse cum 2 coniungendus est:

´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑ – ⏑ | ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑ – ⏑ ´– ⏑ ⏓ ‖

ep. 4 fortasse cum 5 coniungendus est:

– ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ´– ⏑ – ⏑ ´– ⏑ – – | ´– ⏑ – ⏑ ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ‖

sed monendum est hic interpunctione exitum ⌞ – ∧ ‖ probabilem fieri.

P IX str. 1 cum 2 coniungi potest hoc modo:

⏑⏑ – ⏓ ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ´– ⏑ – – ´– ⏑ – – ⏓́ ‖

nam decem strophae in v. 1 in longam exeunt.

N VIII ep. 6 (cf. I § 5. 18).

I IV ep. 2 (cf. I § 5. 19).

I V ep. 6 cum 7 conecti potest sic:

⏑́⏑ ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ´– ⏑ – ⏑ ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ ‖

I VI ep. 2 cum 3 coniungi potest sic:

´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ´– ⏑ – – ´– ⏑ – – ´– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ ‖

Exitus certi feminini in mediis strophis remanent 43: **O** VI str. 3, 6. **O** VIII str. 2, 3, ep. 4, 5. **O** XI str. 4. **O** XIII str. 7, ep. 1, 3. **P** I ep. 6. **P** III ep. 4. **P** IV str. 3, 4, ep. 5. **P** IX str. 3, 4, 6, ep. 4. **N** V str. 2, ep. 1. **N** VIII str. 1, 4. **N** IX str. 1. **N** X ep. 4, 5. **N** XI str. 2, ep. 3. **I** I str. 1, ep. 4. **I** II str. 3, 4, ep. 2, 3. **I** III IV str. 1, 3, 4, 5. **I** V str. 1, 4, ep. 1. **I** VI str. 3, ep. 4, quibus forma rhythmica danda est . . . ⌞ ⏓. Dactylica autem et trochaica cola acatalecta fere ex aequa parte in extremis versibus posita apparent: sunt enim dactylica 22, trochaica 21.

§ 8.

Singulare illud est, quod legimus **P** I str. 2. 3:

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⌞́ ⏓
⌞́ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓

quos versus secundum Westphalium et Christium notavimus. Paenultimum igitur colum versus alterius tripodia dactylica catalectica est, ultimum epitritus catalecticus syncopatus, idem colum initio v. 3 positum est. In epiniciis autem praeter **P** I str. 2 unus tantum exitus similis legitur **P** IX str. 2 –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – ⏓. Sed cum hunc versum, quia sequitur arsis disyllaba, dimetiendum sic esse viderimus § 6:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – ⏓́ | ⏑⏑ – ⏑ –́ . . . .

quamquam initio versus epitritum catalecticum syncopatum constituimus **N** VIII str. 1 (cf. supra § 3 sub fine), tamen hic in extremo versu aliam mensuram fieri putamus. Vidimus enim § 6 **O** VI str. 5:

– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓́ | ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ . . .

versum exire in priorem thesin epitriti; in eiusdem autem carminis v. 4 caesura per decem strophas observata est post arsin priorem epitriti:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ | – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⏓ ||

ubi versus divisio fieri nequit ob 4 exitus imperfectos ante caesuram admissos. Si vero caesura hoc coli loco finis versus fieret, necesse esset arsis prior epitriti fieret pausa, ut

versus exire posset in thesin. Hoc autem factum esse videtur **P** I str. 2, 3, qui dimetiendi sunt hoc modo:

–́ ⏑ – – –́ ⏖ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – – ⏓́ ∧ |
– – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |

Differentia igitur inter **O** VI str. 5/6 et **P** I str. 2/3 in eo sita est, quod priore loco arsis prior epitriti sequenti versui praefixa est, altero autem in pausam incidit:

. . . –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⏓́ | ⏑ – – –́ . . .
. . . –́ ⏖ – ⏖ – – ⏓́ ∧ | – – –́ . . .

Ut omnia comprehendamus et continuationem rhythmi in conspectu ponamus, unum carmen secundum cola distribuamus, lineola recta versuum fines notantes: **P** I igitur haec cola continet:

Stropha.

1. –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ ⏓ ∧ |
2. –́ ⏑ – –
–́ ⏖ ⌞
–́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ – –
3. ⏓́ ∧ – –
–́ ⏑ – –
4. –́ ⏑ ⏓ | –
–́ ⏖ – ⏖ – ⏓
–́ ⏑ ⌞
–́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ – ∧
5. –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏓ ∧
6. –́ ⏖ – ⏖ ⌞
–́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏖ – ⏖ ⌞
–́ ⏑ ⌞ ⏓ ∧ ||

Epodus.

1. –́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⏓ ∧ |
2. –́ ⏖ – ⏖ – ⏓
–́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ ⏓ ∧ |
3. –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⌞
4. ⏗́ ⏑ ⏓ | –
–́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏑ ⏓ ∧ |
5. ⏗́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏑ – ∧
6. –́ ⏑ – –
–́ ⏖ – ⏖ ⌞ – ∧ |
7. ⏗́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
–́ ⏑ – –
8. –́ ⏖ – ⏖ ⏓ ⏖ – –
–́ ⏖ ⌞
⏗́ ⏑ – –
–́ ⏑ ⌞ ⏓ ∧ ||

§ 9.

Non egimus hucusque de eis strophis doricis, quae praeter epinicia Pindari traditae sunt in fragmentis et Pindari ipsius et aliorum lyricorum et in dramatis atticis.

Fragmenta Pindari dorico metro decurrentia isdem legibus metricis obnoxia sunt atque epinicia*). Divisio vero versuum incerta est, nisi syllaba anceps vel hiatus vestigium praebeant, aut arsis praefixa nos cogat colo acatalecto praecedente formam soli exitui versus concessam dare . . . ⌞ ⏒. Hoc autem saepius fit in fragmentis, quia genera poeseos, quorum fragmenta servata sunt, versus ab arsi incipientes praetulisse videntur; qui ut in epiniciis admodum rari sunt (48 ex 246), in fragmentis versus 18 ita conformati, ut **O** VI str. 5 et **I** I ep. 5, extant, quorum unus in fragmento epinicii fr. 1 (Bg.) v. 2, 3:

– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏔ ⌞ ⏒ |

Αἴγινα· σὺν θεῶν δέ νιν αἴσᾳ

– –́ ⏔ – ⏔ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏒

Ὕλλου τε καὶ Αἰγιμιοῦ Δωριεὺς ἐλθὼν στρατός . . .

Saepe inter tales versus interpungitur; sunt autem, in quibus sententiae conexus artissimus sit, e. g. fr. 81, 3:

. . . –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ –· | – –́ ⏔ – ⏔ . . . .

. . . *οὐ γὰρ εἰκὸς τῶν ἐόντων* | *ἁρπαζομένων παρά* . . . .

fr. 146:

. . . –́ ⏔ ⌞ ⏒ | – –́ ⏑ . . .

. . . *ἅτε κεραυνοῦ* | *ἄγχιστα* . . . . *ἕζεαι*

Epitritus syncopatus in extremo versu, quem reiecimus **P** I str. 2, 3, deprehendi videtur fr. 222:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ ⌞́ – ∧ | –́ ⏑ ⌞ –́ ⏔ – ⏔ – – –́ ⏔ –

κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, | *δάμναται δὲ βροτέαν φρένα κάρτιστον κτεάνων.*

---

*) Num fragmenta quaedam, quae cola rariora praebent, recte tradita sint, dubium est, quia non metri sed sententiae causa citantur.

Sed valde dubito, num Schneiderus, qui huius fragmenti sententiam ex scholio Pindari et ex loco Procli ad Hesiodum egregie combinavit, ipsam formam et metrum genuinum restituerit. Rhythmo dorico melius conveniat hoc:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ | ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ –

κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, | βροτέαν δὲ φρένα κάρτιστον κτεάνων δάμναται.

Bergkius iterum epitritum syncopatum constituit fr. 232 lectionem traditam secutus:

. . . ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⌞ –

τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδάρεον

⌞́ ⌞ –́ ⏑

σχήσει τεῖχος

Sed nisi cum Boeckhio *σχήσει* ante *τό* ponere malueris, dimetiri licebit: . . . ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ ⏓́ ∧ | – – –́ . . . .; quo facto idem schema nanciscimur quod P I str. 2, 3 constituimus.

Timocreon, si ex fragmentis indicium sumere licet, versus ab arsi incipientes praetulit. Epitritum acatalectum deprehendimus fr. 3:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⌞́ ⏓ | – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓ |

Οὐκ᾽ ἄρα Τιμοκρέων μοῦνος | Μήδοισιν ὠρκιατόμει,

sed cum metrum huius fragmenti a Plutarcho traditi non certum sit, Hermannus emendationem proposuit, qua et sententia et metrum commodius procederet, ita ut insereret pronomen *ὅς*:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓ |

Οὐκ ἄρα Τιμοκρέων μοῦνος ὅς Μήδοισιν ὠρκιατόμει.

Lamprocles exemplum habere videtur eiusdem versuum divisionis, quam supra § 6 O VI str. 4/5 observavimus:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ –́ | ⏑ – – –́ . . . .

Παλλάδα περσέπολιν, δεινὰν θεὸν ἐγρεκύδοιμον | ποτικλήζω . . .

Bacchylides, quem ante Simonidem affero, quia artius quam avunculus vestigia cum aliorum poetarum tum Pin-

dari in strophis doricis construendis secutus est, in 36 ex 49 fragmentis dorica stropha utitur eadem, qua Pindarus. Epitritum autem syncopatum in extremo versu adhibere videtur fr. 2:

– –́ ⏖ – ⏖ ⌞ ⌞́ ⏒ ∧ ¦ –́ ⏑ – . . . .

μηδ᾽ ἀελίου προσιδεῖν φέγγος. ὄλβιος . . .

Sed cum hoc fragmentum a Stobaeo, qui, ubicunque in Pindari fragmentis praeter eum alii testes praesto sunt, pessimus testis esse solet, sententiae non metri causa tradatur, metrum certum non est, cum praesertim transponendo vocabulo φέγγος facillimo negotio concinnetur metrum usitatum:

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ – ∧ | –́ ⏑ – . . . .

μηδὲ φέγγος ἀελίου προσιδεῖν· ὄλβιος . . . .

Idem Bacchylides epitritum syncopatum admisisse videtur initio versus ante epitritum fr. 13, 2:

⌞́ ⌞ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ – ∧ |

πλοῦτον καὶ μελιγλώσσων ἀοιδᾶν

sed fortasse, ut Boeckhius coniecit, καί particula eiecta τ᾽ post μελιγλώσσων addendum est, ut metrum restituatur magis usitatum:

– –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ – ∧ |

πλοῦτον μελιγλώσσων τ᾽ ἀοιδᾶν.

In fr. 22 versibus aliter ac fecit Bergkius, qui versum primum post χρυσόν claudit, constitutis metrum legitimum restitui potest:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ –́ ⏑ – ∧ | –́ ⏑ ⌞ –́ ⏖ – . . .

Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει | χρυσόν, ἀνδρῶν δ᾽ ἀρετάν . . .

In fr. 29, 3 dactylis praemissus est spondeus, sed emendandus esse videtur versus cum Neuio:

–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – ∧ ¦ (– –) –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

πᾶσιν ἀνθρώποισι Δίκαν, ὁσίαν, | [ἁγνὰν] Εὐνομίας ἀκόλουθον καὶ . . .

deleto vocabulo otioso ἁγνάν.

Fr. 30 (– – –) – – –́ ⏖ – ⏖ –

Φάσωμεν πιστὸν κῦδος ἔχειν ἀρετάν·

corruptum esse videtur in vocabulo primo: *πιστόν* enim ultimus pes est coli, ante quod syllabae desiderantur, quae aut dactylum aut trochaeum formant.

Fr. 40 ex uno versu constans incipit ab arsi duplici:

⏖ – – ⏖́ ⏑ – – ⏖́ ⏑ ⌞ –́ ⏖ –

Quod si revera versus initium est, comprobatur hoc fragmento Bacchylidem quoque versuum fines in mediis colis posuisse.

S i m o n i d e s in uno fragmento longiore (57 Bgk.) doricis metris puris usus est, nisi quod clausulam ithyphallicam habet v. 6, quae ut versum claudere possit, quattuor pedes efficere debet:

–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ ⌞ – ∧

καὶ βρότεοι παλάμαι θραύοντι· μωροῦ φωτὸς ἅδε βουλά.

Is quoque epitrito syncopato in fine versus quarti utitur:

. . . –́ ⏖ – ⏖ ⌞ ⌞́ – ¦ ⏑ –́ ⏖ – ⏖ – – –́ . . .

ἀντία θέντα μένος στάλας· | ἅπαντα γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω.

Sed cum id, quod Diogenes Laertius tradit, contra metrum doricum peccet: *ἀντιθέντα μένος στάλας*, in dubio relinquendum est, num Simonides epitrito syncopato usus sit.

P o e t a e s c a e n i c i stropha dorica raro utuntur: A e s c h y l u s bis in Prometheo 526 et 887 (Di.) cantica secundum leges Pindaricas composuit, nisi quod prius ithyphallico claudit:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – ¦ – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ ⌞ – ∧ ¦

quod idem et apud Simonidem deprehendimus et postea Euripides recepit. Ratio autem, cur clausula ithyphallica introducta sit, plana est secundum nostram mensuram epitriti acatalecti finalis, quo Pindarus strophas claudere solet. In canticis enim scaenicis adamantur et praeferuntur tetrapodiae et dipodiae; cum vero epitritus acatalectus finalis revera tribus ictibus insignis tripodia sit –̋ ⏑ ⌞́ ⏓́, ithyphallicus qui videtur, id est qui revera dimetiendus est –̋ ⏑ –́ ⏑ ⌞́ ⏓́, epitriti loco in fine ponebatur.

Sophoclis tria cantica dorica supersunt: Aiac. 172, Trach. 94, Terei fr. 518, 519, 520 (Di.).

Ai. 172 canticum incipit a septem dactylis, qui cum unum colum efficere nequeant, in tetrapodiam et tripodiam dirimendi sunt, in doricum metrum intrusis ex strophis dactylicis ab Aeschylo praecipue excultis. Versus 175 = 186 exitu feminino terminatur, sequenti incipiente ab arsi, quamvis in antistropha artissime cohaereat sententia:

. . . – –́ ⏖ – ⏖ ⌞ – ¦ – –́ ⏑ – – –́ . . .

θεία νόσος· ἀλλ' ἀπερύκοι | καὶ Ζεὺς . . . .

Trach. versus 96 = 105 satis longus dividi potest in medio colo dactylico·

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – | ⏖ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ ⏓

. . . τὸν Ἀλκμάνας πόθι μοι πόθι παῖς . . .
. . . ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ' εὔμναστον . . .

cum qua divisione assonantia *πόθι* — *πόθον* initio versuum bene convenit.

In Terei fr. 518 v. 2 exit in epitritum syncopatum:

. . . –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⌞́ – | – –́ ⏑ – – –́ . . .

. . . ἔξοχος ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου. βόσκει δέ . .

nisi forte mutato ordine verborum legendum est:

. . . –́ ⏖ – – –́ ⏑ ⌞ – | – –́ ⏑ . . .

ἔξοχος ἔβλαστ' ἄλλος ἄλλου. βόσκει δέ . . .

Euripides (eiusque imitator, qui Rhesum composuit) octo stropharum doricarum auctor est: Medeae 409—420 = 421—430, 627—634 = 635—642, 824—834 = 835—845, 976—982 = 983—989, Andromachae 766—776 = 777—789, Troadum 794—807 = 808—819, Electrae 859—865 = 873—879, Rhesi 224—232 = 233—241, quarum quinque habent clausulas ithyphallicas, una Med. 420 = 430 exit in epitritum acatalectum ex more Pindari, una in colum logaoedicum Troad. 807 = 819, una in tripodiam trochaicam catalecticam Elect. 865 = 879 . . . . –́ ⏑ – ⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ ⏓ (cf. N VIII ep. 4).

Tribus locis cola dactylica a spondeo incipiunt:

Med. 980 = 987 ∟́ ∟ –́ ⏖ –

ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ
καὶ μοῖραν θανάτου

Andr. 773 = 785, Electr. 864 = 878:

. . . –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – | ⏑ ∟́ ∟ –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ –́ . . .

Qui comparandi sunt cum Pindari N VIII str. 1:

∟́ ∟ –́ ⏖ – – –́ ⏑ – – . . . .

Cum spondeus ille neque trochaeo (quem N VIII 40 removimus) neque dactylo varietur, apud Pindarum et apud Euripidem cogitari potest de mensura ∟́ ∟ –́ ⏖ . . ., quasi sit spondeus ille epitritus syncopatus; possunt tamen etiam alloeometra cola statui desumpta ex eo genere stropharum, quod habemus O V.

Semel (Troad. 800 = 812) inserta est hexapodia dactylica catalectica:

–́ ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏖ ∟ –́ | ⏑ – – –́ ⏖ . . .

quae in genere diplasio statui potest. Post hoc colum divisio versus eadem fit ac Pind. O VI str. 5.

Aristophanes Pindari prosodion imitatus est Equ. 1263—1289 = 1290—1315, ubi versus 1270 = 1298 exitu feminino insignis est, cum proximus ab arsi incipiat; interpungitur autem in antode, in ode sententia levius inciditur:

. . . . . . – –́ ⏖ – ⏖ ∟ – | ⏒ –́ ⏖ – ⏖ –

od. . . . *πεινῇ θαλεροῖς δακρύοισιν* | *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας·*

ant. . . . *τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·* | *ἴθ' ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων,*

Cum clausula ithyphallica hic quoque appareat, sequitur aut Aristophanem non metrum totius odae a Pindaro sumpsisse, aut Pindarum in prosodiis, quod genus poeseos populare erat, ipsum quoque usum esse clausula ithyphallica.

Nub. 457—475 inserta est (v. 459) pentapodia dactylica, cuius apud Pindarum duo extant exempla, idemque fit Pacis v. 788 = 810. Septem dactyli puri coniuncti sunt Pacis v. 795 = 815, qui comparandi sunt cum Soph. Ai. 172.

In cantico Pacis 775—796 = 797—818 versus logaoedicus insertus est 785 = 806:

–́ ⏑⏑ – ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑ ⌞ ⏓

Epitritus syncopatus esse videtur 786 = 810 in fine versus:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⌞́ – ∧ ⁞ –́ ⏑⏑ – . . .

stropha hic quoque et Eccl. 571—582 finitur ithyphallico.

Eccl. 571 secundum morem Euripidis colo dactylico praemissus est epitritus syncopatus:

⌞́ ⌞ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – . . .

QUAESTIO TERTIA.

DE SYLLABA ANCIPITI IN MEDIO VERSU STROPHAE DORICAE.

§ 1.

Omnia cola acatalecta in mediis versibus in spondeum exire solent, pro quo raro ponitur trochaeus neque pro arbitrio, sed certis legibus observatis, quarum unam Tycho Mommsenus solus ex editoribus bene videtur novisse, qui eam appellat »libertatem primi systematis« (adn. crit. suppl. ad Ol. ad **O** VII 1 et 15). Lex autem haec est: In prima stropha et in prima epodo (multo rarius in prima antistropha) carminis dorici colum acatalectum quodvis exire potest in medio versu in trochaeum pro spondeo, in reliquis autem strophis et epodis ibi tantum trochaeum pro spondeo ponere licet, ubi in prima stropha vel epodo (vel etiam antistropha) positus est. Exceptio vero est haec: nomina propria excusant trochaeum, etiamsi loco parallelo strophae vel epodi (vel etiam antistrophae) primae spondeus extat.

Nunc singulos locos percenseamus:

1) **O** III (3 syst.) 14 . . . – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ – ⏖ ⏓

επ. α′ 4 . . . *παγᾶν ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας*

2) 15 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – . . .

επ. α′ 5 *μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ* . . .

Codices veteres praebent *Ὀλυμπίᾳ*, recentiores et editores *Οὐλυμπίᾳ*, quae forma nusquam in libris veteribus legitur, sed praeter nostrum locum quinquies a recentioribus vix recte intrusa est. Nomen enim montis Olympi sex locis metri causa esse debet *Οὔλυμπος*, quam formam ionicam ex Homero

sumpsisse videtur Pindarus, octo locis est Ὄλυμπος. Nomen vero urbis Ὀλυμπία eiusque derivata et composita Ὀλυμπιάς. Ὀλυμπιόνικος, Ὀλυμπιονίκας, Ὀλύμπιος 40 locis brevem primam habere docet metrum, quinque autem locis, praeter O III 15, ubi formae ab Οὐ incipientes illatae sunt, diphthongus in arsi est, quae reliquis locis parallelis longa est, sed in nomine proprio brevis esse potest, qui sunt:

O VII 10 ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ . . .
αντ. α′ 4 Ὀλυμπίᾳ Πυθοῖ τε . . .

brevis et eo excusatur, quod nomen proprium est, et eo, quod locus parallelus strophae primae brevem exhibet v. 4 νεανίᾳ.

O VIII 1 . . . ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
. . . ἀέθλων Ὀλυμπίᾳ

Mira inconstantia Mommsenus et Bergkius O VII 10 et O VIII 1 retinent veterum codicum lectionem Ὀλυμπίᾳ, O III 15 contra recentiores secuti scribunt Οὐλυμπίᾳ.

O IV 8 ⏓ –́ ⏑⏑ ∟ –́ ⏑ –
Ὀλυμπιονίκαν δέκευ

N IV 75 ⏓ –́ ⏑ – ⏑⏑ ∟ –́ . . .
Ὀλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμῷ . . .

Dubitari potest de loco

O V 2 –́ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ∟ . . .
τῶν Οὐλυμπίᾳ, Ὠκεανοῦ θύγατερ, . . .

cum quia hoc carmen Pindari non videtur esse, tum quia fortasse dimetiendum est ∟́ ∟ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ . . ., ita ut Οὐ- syllaba in thesi sit.

3) O III 26 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .
επ. β′ 1 Ἰστρίαν νιν. ἔνθα

Hic trochaeus contra regulam positus videtur esse; nam επ. α′ loco parallelo spondeus extat ᾧ τινι κραίνων . ., sed excusatur nomine proprio, quocum encliticum νίν quasi unum vocabulum uno accentu insigne efficit, et fortasse interpunctione forti post νίν vocabulum posita. Praeterea autem monendum totum hunc locum v. 25 et 26 lectionis difficultate laborantem a viris criticis diversissimo modo vexatum esse.

4) **O** VI (5) str. 5

– ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓́ ‖ ⏑ – – – . . .

Tripodia dactylica per 10 strophas constanter in trochaeum exit; nam v. 54 pro librorum ἀπειρᾶτῳ, quamquam id sententiae aptum est, emendandum est cum Bergkio ἀπειρίτῳ.

5) **O** VI 18 . . . ⏗ ⏑ – ⏓ ⏗ ⏑⏑ – . . .

επ. α′ 4 . . . δεσπότᾳ πάρεστι . . .

6) **O** VII (5) 1 ⏑⏑ – – ⏗ ⏑ – ⏓ ⏗ . . .

στρ. α′ 1 Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνεᾶς . . .

Ita recte scripsit Mommsenus invito codice optimo A, qui formam ἀφνειᾶς praebet, quam ceteri editores receperunt. Ἀφνεός enim quattuor locis epiniciorum flagitatur metro et praebetur a codicibus, fr. 218 (Bg.) invita lectione, quae apud Athenaeum tradita est, ab Hermanno restitutum est, itemque fr. 122 v. 2 (Bg.) restituendum est ἀφνεῷ vel ἀφνεᾷ contra testimonium Athenaei, nam est in eadem sede epitriti in prima stropha carminis dorici

– ⏗ ⏑ – ⏓ ⏗ ⏑ ⌞ ⏓

Πειθοῦς ἐν ἀφνεᾷ Κορίνθῳ.

Apparet igitur formam ἀφνειός nullo loco metro flagitari ideoque Pindaro abiudicandam esse.

Mirum est, quod Christius, quamquam ἀφνειᾶς in textu retinuit, in schemate versum primum prorsus ut Mommsenus constituit hunc:

⏑⏑ – – ⏗ ⏑ – ⏓ ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

7) **O** VII 2 ⏗ ⏑ – ⏓ ⏗ . . .

στρ. α′ 2 ἔνδον ἀμπέλου . . .

8) **O** VII 4, 10 . . . – ⏗ ⏑ ⏓ | ⏓ ⏗ ⏑ – . . .

στρ. α′ 4 . . . δωρήσεται | νεανίᾳ . . .

αντ. α′ 4 ἱλάσκομαι | Ὀλυμπίᾳ (cf. 2).

Arsis praefixa hoc loco et **O** XIII str. 7, **N** V ep. 1, **I** I str. 4 sub eadem condicione brevis est, sub qua colum acatalectum in trochaeum exit, unde probatur arsi praefixae eandem rhythmicam naturam esse atque ultimae syllabae colorum acatalectorum. **N** V ep. 1 autem sequitur exitum strophae femininum:

. . . ⏑́ ⏑ ⏗ ⏓ | ⏓ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ ⏑́ . . .

quo novum argumentum accedit ad confirmandam nostram mensuram colorum acatalectorum in exitu versuum positorum.

9) **O** VII 15 . . . ⏔́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑⏑ . . .

επ. α′ 3 . . . *ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλφεῷ* . . .

(de metro cf. supra II § 3. 2). Mommsenus codici A obsecutus *Ἀλφεῷ*, quae forma unica Pindarica 13 epiniciorum locis metro flagitatur, restituit.

10) **O** VII 17 . . . – ⏑́ ⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – . . .

επ. α′ 5 . . . *πυγμᾶς ἄποινα καὶ παρὰ Κασταλίᾳ* . . .

(cf. supra I § 5. 10).

11, 12) **O** VII 18 . . . ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏔́ ⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑ . . .

επ. α′ 5 (6) *καὶ παρὰ Κασταλίᾳ πατέρα τε Δαμάγητον* . . .

de tripodia dactylica constanter in trochaeum exeunte cf. supra **O** VI str. 5, in epitrito autem brevis in prima epodo sola extat.

13) **O** VIII (4) 1 . . . ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑ ⏓

στρ. α′ 1 . . . *ἀέθλων Ὀλυμπία*,

(cf. 2) ad **O** III 15).

14) **O** VIII 3, 54 ⏑́ ⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑⏑ – . . .

στρ. α′ 3 *ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι* . . .

αντ. γ′ 3 *εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ* . . .

15) **O** VIII 11 ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏓

αντ. α′ 4 *ᾧ τινι σὺν γέρας ἕσπητ' ἀγλαόν.*

Quae lectio librorum ABC retinenda est cum Bergkio neque cum deterioribus libris scribendum *ἕσπετ'*; nam neque forma coniunctivi offendit *ἕσπηται*, cum optativus legatur *ἕσποιτο* **O** IX 83 et participium *ἑσπόμενος* **I** V (IV) 32, neque usus coniunctivi in huius modi enuntiato (cf. **O** III 11 *ᾧ τινι* . . . *Ἑλλανοδίκας* . . . *βάλῃ*), neque elisio *αι* diphthongi (cf. **I** VI (V) 13 *βάλλετ'* pro *βάλλεται* et Hermanni Opusc. I 254). Olim Bergkius ipse *ἕσπετο* indicativo recepto **O** IX 83 et **I** V (IV) 32 correxit, neque negari potest trochaeum in antistropha prima ferri posse (cf. **P** IX 9); Mommsenus edi-

dit *ἕσπετ᾽ ἀγλαόν*, quamquam agnovit formas *ἕσποιτο* et *ἑσπομένου*.

16) **O** VIII 16 –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

επ. α΄ 2 *Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὅς σε μὲν Νεμέᾳ πρόφατον*, ita Dissenius coniecit, quem dubitanter secutus est Bergkius, cui »numerus exilis admodum displicet«, sed in prima epodo haec exilitas minime offendit. In libris autem veteribus est *γενεθλίῳ σὲ μὲν ἐν*, in ceteris *ὅς σὲ μὲν ἐν*, quarum lectionum neutra legitimum metrum adsequitur; cum igitur *γενεθλίῳ* vocabulum vocalis sequi debeat, ante quam -*ῳ* corripiatur, *ὅς* recipiendum videtur esse, et ut metrum redintegretur, *ἐν* tanquam dittographia ortum eiciendum. Ferri autem non potest, quod Mommsenus secutus codicem E scripsit:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑⏑⏑ ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃ σὲ μὲν ἐν Νεμέᾳ πρόφατον

nam solutiones in colis dactylicis non fiunt nisi in nominibus propriis, cuius rei unicum exemplum est:

I IV 45 (III 63) –́ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⌞ –

ἔρνεϊ Τελεσιάδα. τόλμᾳ γὰρ εἰκώς.

17) **O** VIII 17 –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

επ. α΄ 3 *Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφῳ*

18) **O** VIII 20 –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ . . .

επ. α΄ 6 *ἐξένεπε κρατέων πάλᾳ* . . .

19) **O** VIII 20, 42 . . . ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

επ. α΄ 6 . . . *πάλᾳ δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν*

επ. β΄ 6 . . . *ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται*

Hoc loco probatur Pindarum mediam syllabam *Αἴγινα* vocabuli brevem quoque adhibuisse (sub ictu media syllaba longa est **P** VIII 103, **N** III 3, **N** VII 50, fr. 1), quod iam Dawesius recte contendit ad **I** VIII (VII) 16, 55, ubi formae *Αἰγίνᾳ* et *Αἴγιναν* cretico sex locis posito respondent. Atque idem fit **I** V (IV) 39, ubi quinque reliqui versus paralleli cretico insignes sunt. Quod autem in carminibus **O** VIII et **I** V eadem mensura atque in carmine **I** VIII obviam fit, eo refutatur opinio Dawesii, qui ob mensuram *Αἰγῖνα* carmen **I** VIII Pindaro abiudicandum esse putavit.

20) **O VIII 22** . . . –́ ⏖ – ⏖ ⏓ | ⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 8 . . . Διὸς ξενίου | πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις

21) **O XI** (1) **str.** 4 –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – . . .
στρ. 4 *εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις . . .*
αντ. 4 *ἐκ θεοῦ δ' ὁμῶς . . .*

22) **O XI str.** 6 –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏖ . . .
στρ. 6 *. . . καὶ πιστὸν ὅρκιον . . .*
αντ. 6 *. . . Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας . . .*

23) **O XI** *επ.* 4 –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓
. . . ἐγγυάσομαι

24) **O XI** *επ.* 5 –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓
ὔμμιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατόν

25) **O XI** *επ.* 9 –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏗ – . . .
οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες . . .

26) **O XII** (1) 6 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – . . .
πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ . . .

27) **O XII** 14 . . . –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓
επ. 2 *. . . συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ.*

28) **O XII** 17 –́ ⏑ – ⏑ –́ . . .
επ. 5 *νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ*

29) **O XIII** (5) 7 . . . –́ ⏑ ⏓ | ⏓ –́ ⏖ . . .
στρ. α′ 7 *. . . ἀσφαλὴς | Δίκα καὶ . . .*

30) **O XIII** 19 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ ⏗ –́ . . .
επ. α′ 3 *σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες . . .*

31) **P I** (5) 4 – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ ⏑ ⏗ . . .
στρ. α′ 4 *ἁγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων . . .*

32) **P I** 14 –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . .
επ. α′ 2 *Πιερίδων ἀίοντα, γᾶν . . .*

33) **P III** (5) 18 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ . . .
επ. α′ 4 *οἷα παρθένοι φιλέοισιν . . .*

34) **P IV** (13) 4 –́ ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ ⏑ ⏗ ⏓
στρ. α′ 4 *ἔνθα ποτὲ χρυσέων Διὸς αἰετῶν πάρεδρος*
ubi Christius perperam retinuit formam deteriorum librorum, qua Pindarus nusquam usus est, *αἰητῶν*.

35) **P IV 5** . . . ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

στρ. α' 5 . . . *Ἀπόλλωνος τυχόντος ἱερέα*

36) **P IV 8** ⏖́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⌊ ⏓

στρ. α' 8 *πόλιν ἐν ἀργινοῦντι μαστῷ*

37) **P IV 23** –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .

επ. α' 7 *δέξατ' αἴσιον* . . .

38) **P IX** (5) **str. 1** ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌊ –

9 *αντ. α' 1* *ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα*

26 *στρ. β' 1* *κίχε νιν λέοντι* . . .

59 *αντ. γ' 1* *τόθι παῖδα τέξεται* . . .

101 *στρ. ε' 1* *ἐν Ὀλυμπίοισι* . . .

Prima stropha spondeum certum praebet:

στρ. α' 1 *Ἐθέλω χαλκασπίδα* . . .

cuius exemplum sequuntur *αντ. β'*, *στρ. γ'*, *στρ. δ'*, *αντ. δ'*, *αντ. ε'*. Trochaeum autem, qui primum apparet in antistropha prima, retinent reliquae strophae tres.

39) **P IX str. 2** . . . –́ ⏑ – – ⏓́ | ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – . . .

dipodia dactylica per decem strophas constanter in trochaeum exit, aeque atque tripodiae **O** VI str. 5, **O** VII ep. 5.

40) **P IX 16** . . . – – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⌊ ⏓

αντ. α' 8 . . . *Πηνειοῦ λέχει Κρέοισ' ἔτικτεν.*

Dubitari potest, num trochaeus, quia in antistropha prima extat, an quia in nomine proprio fit, excusandus sit, sed cf. N X 65.

41) **P IX 21, 121** –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .

επ. α' 5 *φασγάνῳ τε μαρναμένα* . . .

επ. ε' 5 *ἔνθ' Ἀλεξίδαμος* . . . (in nomine proprio)

42) **P IX 21** . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

επ. α' 5 . . . *μαρναμένα κεράιζεν ἀγρίους*

43) **P XII** (4 str.) **31** –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓

στρ. δ' 7 *οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπείᾳ βαλών*

cum Mommseno legendum est pro codicum et editorum *ἀελπτίᾳ*, quod trochaeum illegitimum efficeret.

44) **N I** (4) **1** – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓

στρ. α' 1 *Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ*

45) N V (3) 1 – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⌞ . . . .
στρ. α′ 1 *Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ᾽* . . .

46) N V 47 – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓
αντ. γ′ 5 *ἐσλοῖσι μάρνανται πέρι πᾶσα πόλις*

scribendum est ex Ahlwardtii coniectura pro *μάρναται* librorum et editorum.

47) N V 13, 49 ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .
επ. α′ 1 *ὁ τᾶς θεοῦ ὃν Ψαμάθεια τίκτ᾽* . . .
επ. γ′ 1 *ἐπαύρεο. χρὴ δ᾽ ἀπ᾽ Ἀθανᾶν* . . .

48) N V 14 . . . –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
επ. α′ 2 . . . *ἐν δίκᾳ τε μή* . . .

49) N V 15 . . . –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 3 . . . *καὶ τίς ἄνδρας ἀλκίμους*

50) N V 16 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 4 . . . *στάσομαι. οὔτοι ἅπασα κερδίων*

51) N VIII (3) 2 –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
στρ. α′ 2 *ἅτε παρθενηΐοις* . . .

52) N VIII 3 – ⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .
στρ. α′ 3 *τὸν μὲν ἁμέροις* . . .

53) N VIII 5, 44 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – . . .
στρ. α′ 5 *τῶν ἀρειόνων ἐρώτων* . . .
αντ. γ′ 5 *πιστόν. ὦ Μέγα,* . . . (in nomine proprio)

54) N VIII str. 5 . . . ⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .
5, *στρ. α′* 5 . . . *ἐρώτων ἐπικρατεῖν* . . .
10, *αντ. α′* 5 . . . *πείθεσθ᾽ ἀναξίαις* . . .
22, *στρ. β′* 5 . . . *χειρόνεσσι δ᾽ οὐκ* . . .
27, *αντ. β′* 5 . . . *στερηθεὶς ὅπλων φόνῳ* . . .

Quae remanent stropha *γ′* et antistropha *γ′* solae spondeum habent.

55) N VIII 13, 30 . . . – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 3 . . . *σεμνῶν γονάτων πόλιός θ᾽ ὑπὲρ φίλας*
επ. β′ 3 . . . *λόγχᾳ, τὰ μὲν ἀμφ᾽ Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ,*

56) N VIII ep. 6 . . . – ⏑⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ –́ ‖ ⏑⏑ – ⏑⏑ . . .
16. *επ. α′* 6 . . . *καὶ πατρὸς Μέγα*

33. επ. β′ 6 . . . . . . δολοφραδής
50. επ. γ′ 6 . . . θῆκεν· ἦν γε μάν

Epitritus constanter in trochaeum exit hoc loco (cf. p. 76).

57) N VIII 16, 33 ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ ⏑ – – . . . .
επ. α′ 7 (6) Νεμεαῖον ἄγαλμα. σὺν θεῷ . . .
επ. β′ 7 (6) κακοποιὸν ὄνειδος, ἃ τὸ μέν . . .
(cf. I § 5. 18, p. 29).

58) N VIII 17 . . . –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 7 . . . ἀνθρώποισι παρμονώτερος·

59) N IX (11 str.) 32 –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – . . .
στρ. ζ′ 2 λαόν. εἰσίν τοι φίλιπποι . . .

cum Boeckhio εἰσίν emendandum est pro ἐντί, nam trochaeus non modo ideo ferri nequit, quod in στρ. α′ non est, sed etiam quod in toto carmine N IX nullum colum in trochaeum exit in mediis versibus.

Eadem autem forma εἰσίν metro flagitatur P V 116
⏑ – – ⏑ ⏖ – . . .
ὅσαι τ᾽ εἰσὶν ἐπιχωρίων . . .

quam ipsius metri causa his duobus locis adhibitam esse demonstratur decem locis, qui formam ἐντί praebent.

60) N X (5) 1, 73 ⏖ –́ ⏖ – ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – . . .
1. στρ. α′ 1 Δαναοῦ πόλιν ἀγλαοθρόνων . . .
73. στρ. ε′ 1 ταχέως δ᾽ ἐπ᾽ ἀδελφεοῦ βίαν . . .

coli logaoedici doricae strophae praefixi exitus legibus colorum doricorum obtemperat.

61) N X str. 4 –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ – . . .
4. στρ. α′ 4 μακρὰ μὲν τὰ Περσέος . . .
10. αντ. α′ 4 καὶ γυναιξὶ καλλικόμοισιν . . .
22. στρ. β′ 4 καὶ παλαισμάτων . . .

62) N X 65 . . . – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ . . .
αντ. δ′ 5 . . . δεινὸν παλάμαις Ἀφαρητίδαι . . .

ubi exceptio legitima efficitur nomine proprio.

63) N X str. 6 . . . ⏑ ⏗ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – . . .
6. στρ. α′ 6 . . . μονόψαφος ἐν κολεῷ . . .
24. στρ. β′ 6 . . . δὶς ἔσχεν Θεαῖος εὐφόρων . . .

64) N X 15 –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ . . .
επ. α΄ 3 *Τηλεβόας ἐναρόντος ὄψιν . . .*

65) N XI (3) 1 . . . – –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
στρ. α΄ 1 . . . *ἅτε πρυτανεῖα λέλογχας, Ἑστία,*

66) N XI 12 . . . – – –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α΄ 2 . . . *θαητὸν δέμας ἀτρεμίαν τε σύγγονον.*

67) I I (4) str. 2 –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
2. *στρ. α΄* 2 *πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον*
37. *αντ. γ΄* 2 *ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις*

68) I I 4 ⏓ –́ ⏑ – – –́ . . .
στρ. α΄ 4 *τί φίλτερον κεδνῶν . . .*

69) I I 15 . . . – – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
επ. α΄ 5 . . . *ἡρώων διφρηλάται . . .*

70) I II (3) 1 – –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ . . .
στρ. α΄ 1 *Οἱ μὲν πάλαι ὦ Θρασύβουλε φῶτες . . .*

71) I II str. 3 . . . –̋ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ –́ . . .
8. *αντ. α΄* 3 . . . *ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφωνοι . . .*

Hoc loco antistropha *α΄* prima trochaeum habet, nisi forte in stropha *α΄* *ἐτόξευον* correpta diphongo *ευ* legendum est; sane constat P VIII 35 vocabulo *ἰχνεύων* creticum effici

⏑ –́ ⏑ – ⏕ – ⏑ ∟ –́ ⏑ – ⏑ ⏓
παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύ̆ων ματραδελφεούς

72) I II 27 . . . –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. β΄ 1 . . . *δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διός*

ubi exceptio legitima est in nomine proprio.

73) I II 14 – ⏑ – ⏓ –́ . . .
επ. α΄ 4 *τὰν Ξενοκράτει . . .* (in nomine proprio)

74) I III (1) 15 –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
επ. 2 (3) *ἴστε μὰν Κλεωνύμου* (in nomine proprio)

75) I III (1) 17 . . . ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
επ. 4 (5) . . . *διέστειχον τετραορίᾶν πόνοις.*

76) I IV (4) 1 (I III (5) 19) –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ . . .
στρ. α΄ 1 (*στρ. β΄* 1) *Ἔστι μοι θεῶν ἕκατι μυρία*

77) I IV str. 2 (III str. 2) . . . – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
2 (20), στρ. α′ 2 (στρ. β′ 2)
. . . εὐμαχανίαν γὰρ ἔφανας Ἰσθμίοις
25 (44), αντ. β′ 2 (αντ. γ′ 2)
. . . ἀέθλοις Σικυῶνος ὤπασεν
38 (56), στρ. γ′ 2 (στρ. δ′ 2)
. . . κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
44 (63), αντ. γ′ 2 (αντ. δ′ 2)
. . . στεφάνωμ᾽ ἐπάξιον

78) I IV 57 (III 75) –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ | ⏓
στρ. δ′ 3 (στρ. ε′ 3)
ναυτιλίαισί τε πορθμοὺς ἁμερώσαις.

ex Schmidii coniectura scribendum videtur esse pro librorum lectione πορθμόν, quae trochaeum efficiat illegitimum, sive coniungas sive dirimas carmina III et IV. Adde quod sententiae paulo aptior est pluralis, quia Hercules pluribus expeditionibus navalibus (ναυτιλίαισι) multas vias patefecit.

79) I IV 64 (III 82) –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⌞ ⏓
αντ. δ′ 4 (αντ. ε′ 4)
τοὺς Μεγάρα τέκε οἱ Κρεοντὶς υἱούς·

cum exceptio legitima sit in nomine proprio, opus non est coniectura Schmidii Κρειοντίς, quam Christius recepit.

80) I IV ep. 2 (III ep. 2) –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ – . . .
14 (32), επ. α′ 2 (επ. β′ 2)
ἱπποτρόφοι τ᾽ ἐγένοντο χαλκεῷ . . .
68 (86), επ. δ′ 2 (επ. ε′ 2)
γίνεται, ἰσχύος ἔργον. ἔνθα . . . (cf. p. 30)

81) I IV 16 (III 34) – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 3 (4) (επ. β′ 3 (4)) ἀλλ᾽ ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ

82) I IV 17 (III 35) – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ . . .
επ. α′ 4 (5) (επ. β′ 4 (5))
τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο τεσσάρων . . .

83) I IV 17 (III 35) . . . –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓
επ. α′ 4 (5) (επ. β′ 4 (5))
. . . ἐρήμωσεν μάκαιραν ἑστίαν·

84) I IV 72 (III 90) . . . ⏖ ⌞ ⏑́ ⏑ – ⏒ ⏑́ ⏑ . . .
επ. δ′ 5 (6) (*επ. ε′* 5 (6))
. . . *πολυβούλῳ· σὺν Ὀρσέᾳ δέ* . . .
exceptio legitima est in nomine proprio.

Carmina I III et IV eodem metro et eidem victori conscripta Hermannus et Boeckhius in unum coniunxerunt, quos ex recentioribus unus Bergkius non secutus est de causis ex sententia et argumento utriusque carminis sumptis. Quibus causis ratione habita eorum quos enotavimus locorum causa ex forma carminum desumpta addenda est. Nam si carmina coniungantur, sex locis (I IV *στρ. α′* 1 (bis), 2, *επ. α′* 2. 3 (4), 4 (5)) exceptiones illegitimas habeamus, sin discernamus, nullam (si quidem recte putamus I IV 57 *πορθμοὺς ἁμερώσαις* legendum esse). Metrum igitur docet I IV stropham primam et epodum primam systemate carminis alicuius primo contineri. Causas autem, quibus seiungenda esse carmina evincatur, ex argumento petitas optime exponit Bergkius; in eo solo viro doctissimo assentiri non possum, quod I IV *στρ. α′* initium carminis esse non posse, sed excidisse totam triadem primam dicit, cum, ut mihi quidem videtur, carmen omnia contineat, quae in epinicio inesse debeant: nomen victoris v. 2, patris v. 45, gentis v. 4, patriae v. 7, victoriae locum v. 2, genus v. 44. Contra bene Bergkius monet in utroque carmine non de isdem victoriis agi. I III enim victoria Isthmia, de cuius genere nihil dicitur, et victoria Nemea (*ἱπποδρομίᾳ*) curulis aut equestris nominantur, I IV autem victoria pancratii (44) et tres victoriae in Heracleis ludis domesticis Thebanis reportatae. Cum vero victoria nobilissima Nemea I IV non commemoretur, probabile est I III post I IV compositum esse. Verisimile igitur est Melissum, haud multo postquam receperit I IV, victoria Nemea equis reportata huius quoque victoriae laudem a Pindaro cani voluisse, hunc autem ita tantum ei obtemperasse, ut carmini iam composito novum systema adderet, quod cantores una cum carmine in victoriam Isthmiam composito, quia eodem metro conscriptum esset, facili negotio recitare possent. Nam metri quidem causa I III ulti-

mum systema esse potest carminis I IV, quia duorum trochaeorum in eo pro spondeis positorum alter in sede est, ubi iam in primo systemate I IV extat

III επ. 5 . . . τετρᾱο͡ρ ιᾶν πόνοις.
IV επ. α′ 5 . . . μάκαιρ αν ἑστίαν·

alter in nomine proprio III ἐπ. 3 Κλ εωνύμου.

85) I V (IV) (3) str. 1 –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒
omnes sex strophae trochaeum exhibent, de versu

43. τοῖσιν Αἴγῖναν . . .

conferas supra 19) O VIII.

86) I V (IV) str. 2 ⏖́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑⏑ ⏒

2. στρ. α′ 2 σέο ἕκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
7. αντ. α′ 2 κλέος ἔπραξεν ὅντιν᾽ ἀθρόοι στέφανοι
21. στρ. β′ 2 θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαράν
26. αντ. β′ 2 Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι

reliquae duae utroque loco spondeos habent.

87) I V (IV) str. 3 et 4 constituendi sunt auctore Bergkio, quamvis ipse adnotet »et fortasse etiam v. 3 et 4 melius copulantur«; nam si copulentur, in versu 9 hoc est

αντ. α′ 3 . . . ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ . . .
. . . ἀνέδησαν ἔθειραν ἤ . . .

exceptio fiat legitima quidem sed in antistropha prima rarior, cum versus parallelus spondeum habeat ἄλλων.

88) I VI (V) (3) 63 –́ ⏑ – ⏒ –́ . . .

αντ. γ′ 4 τὰν Ψαλῦχιδᾶν

vel ut Bergkius scripsit –́ ⏑ ⏖ ⏒ –́ . . .

τὰν Ψαλῠχιαδᾶν . . .

sed monendum est tribrachyn pro spondeo uno nec satis certo loco legi fr. Isthm. 2:

⏖́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏖ ⏑ –́ ⏑ – –
Ὁ δ᾽ ἐθέλων τε καὶ δυνάμενος ἁβρὰ πάσχειν.

89) I VI (V) ep. 4 . . . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ . . .

22. επ. α′ 4 . . . τέτμηνθ᾽ ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ . . .
47. επ. β′ 4 . . . τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται . . .

Hos locos si secundum naturam colorum et quem in versu obtinent locum in classes redigimus, eveniunt:

45 epitriti, 22 tripodiae dactylicae, 1 tetrapodia, 1 dipodia: id est 69 cola in primis strophis et epodis in mediis versibus in trochaeum pro spondeo exeunt, quibus accedunt 4 arses praefixae et duo cola logaoedica.

20 epitriti, 26 tripodiae dactylicae, 9 dipodiae in reliquis (praeter primas) strophis et epodis in trochaeum pro spondeo exeunt, quibus accedunt 2 arses praefixae et 1 colum logaoedicum, eis locis, ubi in prima stropha vel epodo trochaeus extat.

Multo rarius quam prima stropha et prima epodus prima antistropha libertate trochaei fruitur: quae concedenda est 38) **P** IX *αντ. α'* 1 in dipodia dactylica, verisimilis est 71) **I** II *αντ. α'* 3, statui potest 15) **O** VIII *αντ. α'* 4, 87) **I** V *αντ. α'* 3.

Exceptiones legitimae in nominibus propriis 8 admissae sunt: 4 in epitritis, 4 in tripodiis dactylicis

Exceptionum illegitimarum removimus quattuor coniecturis (*εἰσίν* pro *ἐντί*, *μάρναντι* pro *μάρναται*, *ἀελπείᾳ* pro *ἀελπτίᾳ*, *πορθμούς* pro *πορθμόν*).

Non in omnibus carminibus trochaeorum pro spondeis positorum eadem frequentia est. **P** XII et **N** IX singulos eosque illegitimos trochaeos habent, quo maiore iure eos nobis videmur removisse. Singuli trochaei legitimi insunt in carminibus **P** III et **N** I, bini **O** III, **P** I, **N** XI, plurimos continent **O** VII, VIII, **P** IX, **N** V, VIII, X, **I** II, IV, V. Medium locum tenent **O** VI, XI, XII, XIII, **P** IV, **I** I, VI.

Trochaei autem non solum in prima maxime s t r o p h a comparent, sed etiam in primis maxime v e r s i b u s strophae; in his enim carminibus in primo vel altero versu deprehenduntur: **O** VII, VIII, **N** I, V, VIII, X, XI, **I** I, II, IV, V.

Ex his intellegitur trochaeum in fine eorum colorum acatalectorum dactylicorum et epitritorum, quae in mediis versibus terminantur, primitivum esse, poetas vero retardatione quadam rhythmi in cuiusque fere coli ultimo pede magis magisque uti consuevisse, retinuisse autem pro arbitrio pristi-

num rhythmum in primo systemate, sive quod initio antiquiorem et simpliciorem morem audientibus gratiorem fore putarent, sive ut firmiore et faciliore rhythmo initium cantoribus facilius redderent.

Sed cum rarissimus trochaeus sit, veri est simile accessisse causam aliquam in intervallis musicis positam, qua commendaretur trochaeus pro spondeo admissus. Si e. g. eo loco, ubi spondeus ex trochaeo retardato ortus poni debebat, tonorum intervalla (quae melodiam, vel, ut antiqui dixerunt, harmoniam efficiunt) cantoribus difficultatem praebebant, fieri potuit ut retardatio illa, quae cum difficultate rhythmica coniuncta est, tolleretur, ne cantores eodem loco et melodia et rhythmo laborarent.

§ 2.

Ex fragmentis poetarum lyricorum praeter Pindari epinicia non multa quae ad hanc quaestionem pertineant discimus, quia pauca ex fragmentis servatis excerpta sunt ex diversis strophis eiusdem carminis. In uno autem fragmento, quod nobis stropham primam scolii integram et quattuor, quae sequuntur, stropharum partes praebet, fr. 122 (Bg.) quinque locis lex illa observata est:

⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓

στρ. α΄ 1 *Πολύξεναι νεάνιδες* . . . . .
στρ. β΄ 1 *ὑμῖν ἄνευθ᾽ ἐπαγορίας* . . .
στρ. δ΄ 1 *διδάξαμεν χρυσόν* . . . .
(στρ. γ΄ versus 1 periit.)

– –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⊔ ⏓

στρ. α΄ 2 *Πειθοῦς ἐν ἀφνεῷ Κορίνθῳ*
στρ. β΄ longam habet, in reliquis strophis versus secundus non servatus est.

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –

στρ. α΄ 4 *θυμιᾶτε πολλάκι* . . .
στρ. δ΄ 4 *φορβάδων κορᾶν* . . .
στρ. β΄ et στρ. γ΄ longam habent.

Versu quinto tres strophae servatae brevem habent arsin praefixam:

⏑ ⏑́ ⏑ – – –́ ⏑ ⌞ ⏒

Omnino autem trochaeus pro spondeo frequentissime adhibitus est in fragmentis fortasse non tam eo, quod alia genera carminum, praeter epinicia, trochaeum praetulerint, quam eo, quod fragmenta plerumque ex strophis carminum primis sumpta sunt.

In poetarum scaenicorum canticis, quae ex strophis doricis constant, cum intra strophae et antistrophae fines se contineant, hoc solum observare licet, utrum trochaeus pro spondeo crebrior sit in stropha an in antistropha. Id autem interest, quod poetae scaenici saepius quam Pindarus in antistropha trochaeo usi sunt pro spondeo in versuum sedibus, ubi in stropha posuerunt spondeum.

In duobus canticis Promethei Aeschyleae semel trochaeus pro spondeo legitur in stropha:

–́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏒

στρ. 4, 533 *βουφόνοις παρ' Ὠκεανοῦ . . .*
αντ. 4, 541 *μυρίοις μόχθοις . . .*

Sophocles in Aiace unum trochaeum posuit in antistropha:

– –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –

180, *στρ.* 9 *μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορός ἐννυχίοις*
191, *αντ.* 9 *μή μή μ', ἄναξ, ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις*

In Trachiniarum cantico dorico nullus trochaeus admissus est; in fragmento 520 (Di.) Terei trochaeus incertus est

. . . ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ ⏑ – – . . .

στρ. . . . *τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριός τις* | *ὅστις αἰγείρου . . .*
αντ. . . . *πορσύνων, τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ* | *τυφλόν . . .*

nam potest versus dividi post *τίς*.

Euripides trochaeos pro spondeis hos praebet:

Medeae: ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – . . . in stropha:
410. *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν . . .*
421. *μοῦσαι δὲ παλαιγενέων . . .*
⏒ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – . . . in stropha:
627. *ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν . . .*
635. *στέργοι δέ με σωφροσύνα . . .*

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ – in stropha:

630. οὔτ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἀνδράσιν . . .

638. μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀργάς . . .

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ – in stropha:

824. Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι

835. τοῦ καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοᾶν

Andromachae:

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⏓ in utraque stropha:

770. εἴ τι γὰρ πάθοι τις ἀμάχανον, ἀλκᾶς

779. ἁδὺ μὲν γὰρ αὐτίκα τοῦτο βροτοῖσιν

Troadum:

⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – . . . in utraque stropha:

794. μελισσοτρόφου Σαλαμῖνος ὦ βασιλεῦ . . .

808. ὅθ' Ἑλλάδος ἄγαγε πρῶτον ἄνθος . . .

Electrae:

⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – in utraque stropha:

859. θὲς ἐς χορὸν, ὦ φίλα, ἴχνος, ὡς νεβρὸς οὐράνιον

873. σὺ μέν νυν ἀγάλματ' ἄειρε κρατί. τόδ' ἁμέτερον

⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –́ . . . in utraque stropha:

864. κασίγνητος σέθεν· ἀλλ' ἐπάειδε καλλίνικον . . .

878. δικαίως τοὺς ἀδίκους καθελόντες. ἀλλ' ἴτω . . .

Rhesi:

⏓ –́ ⏑ ⌞ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – in antistropha:

224. Θυμβραῖε καὶ Δάλιε καὶ Λυκίας

233. μόλοι δὲ ναυκλήρια καὶ στρατιᾶς

Aristophanes in Equitum stropha dorica, ubi initium prosodii Pindari imitatus est, duobus locis trochaeum in sola stropha posuit, quattuor in sola antistropha:

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌞ ⏓ in stropha:

1263. τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν

1290. ἦ πολλάκις ἐννυχίαισιν φροντίσι ξυγγεγένημαι

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – in antistropha:

1265. μηδὲν ἐς Λυσίστρατον

1294. ἐσθίει Κλεώνυμος

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – in antistropha:

1266. μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ

1295. φασὶ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον

⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – **in antistropha**:

1267. *λυπεῖν ἐχούσῃ καρδίᾳ*
1296. *τὰ τῶν ἐχόντων ἀνέρων*

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – **in stropha**:

1268. *καὶ γὰρ οὗτος, ὦ φίλ' Ἄπολλον*
1297. *οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης*

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – **in antistropha**:

1270. *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας*
1299. *ἴθ' ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων*

Pacis:

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –́ . . . **in stropha**:

775. *Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους ἀπωσαμένη . . .*
797. *τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα . . .*

⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – **in antistropha**:

780. *σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει*
801. *χόρον δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος*

Strophae, quibus non respondent antistrophae, Nub. 457 et Eccl. 571, non paucos continent trochaeos et in tripodiis dactylicis et in epitritis.

DE
EUDOCIAE QUOD FERTUR VIOLARIO

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS PULCH

WIESBADENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

Eudocianae quaestionis adeundae cum ante hos duos annos auctor mihi extitisset Guil. Studemund praeceptor meus, primum poetarum graecorum vitis, quae in Eudociae violario leguntur, cum Suidae lexico comparatis eo perveni, ut in eis violarii fontem existimarem esse Suidae aliquem librum deterrimum. A qua sententia cum plane diversam Ioannnes Flach in actis Teubnerianis (Mittheilungen der Teubner'schen Verlagsbuchhandlung) mense Octobri 1878 promulgasset, cum ipse ne retractatis quidem eis, quae ante conquisiveram, reliquisque biographicis glossis examinatis, ut ab illa sententia recederem, permotus essem: ne quid neglegerem, anno 1879 ineunte Parisiis versatus, quantum per temporis angustias licuit, accuratissime codicem violarii manu scriptum cum editione Villoisonii comparavi. Qua comparatione non magis quam Flachii libro (Untersuchungen über Eudokia und Suidas), in quem Parisiis reversus incidi, ad mutandam sententiam adductus sum. Nova autem violarii editione, quam emisit Flach, aliisque quibusdam sententiis nuper a viris doctis de Eudocia prolatis tantum abest ut ad illas partes traductus sim, ut meum de hac quaestione iudicium exponere ne nunc quidem dubitem.

Sed antequam disserendi initium faciam, Guil. Studemundo, studiorum meorum fautori humanissimo, quod ad Eudociam me adduxit, maxime me esse obligatum confiteor gratiasque ei ago amplissimas.

Eudociae violarii codices manu scripti extant duo Parisiis in bibliotheca maxima (*bibl. nationale*); quorum alterum saeculo XVI^{to} scriptum esse et chartae genus et litterarum

formae produnt (cod. Gr. 3057), alterum (suppl. 42) e priore illo descriptum esse ne obiter quidem comparantem fugit. Recentior liber, ut ipse testatur, Francogalli hominis industriae debetur, cui nomen erat Rassicod, qui a. 1718 decessisse traditur. Antiquior codex, penes quem unum omnis in hac quaestione auctoritas est, in chartis magnis non ineleganter exaratus est. Prioribus 44 paginis continetur capitum index rubro scriptus; sequitur textus 602 paginas occupans. Quarum in prima picta est femina in media aula sedens in solio aureo, regio induta ornatu, laeva librum tenens aureo tegumento splendidum. Ambitus picturae modicus est, ars pictoris mediocris. Sequitur in eadem pagina titulus operis rubro pictus aeque atque omnes per totum volumen capitum inscriptiones et initiales quae vocantur litterae itemque adnotationes nonnullae in marginibus additae. Titulum excipit epistula, cuius verba usque ad *ἀποσπώντων καὶ κατάληψιν* exhibet pagina prima.

Videtur autem mihi totus liber unius hominis manu esse exaratus, qui idem, nisi fallor, auctor violarii fuit. Quod ut credam, non solum fontium usurpatorum natura, ut infra exponetur, sed etiam ipsa codicis specie adducor. In marginibus enim eius latissimis permulta ab eadem manu, quae textum scribit, adnotata leguntur*); quae fere omnia in

*) Exempla locorum in codicis margine extantium profero ex initio violarii petita haec: P. 4 *Ἀκρία δὲ — ἱδρυμέναι*, et *Ἀλαλκομενῆϊς μέντοιγε — τραφεῖσα Βοιωτοῦ*. P. 9 *ἀλευρόμαντις — μαντεύεσθαι*. P. 12 tota glossa *περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἐπιβωμίου*. P. 14 *διὸ καὶ ἱερὰ αὐτῆς — λέγεται*. P. 15 *αἱ δὲ αὐταὶ νῆσοι* usque ad finem glossae *περὶ Αἰόλου* ex Eustathii ad Dionysium Periegetam commentariis. Omnino quos ex illo auctore exhibet locos Eudocia ante p. 47, in margine omnes collocatos videmus. (P. 37 *περὶ Ἀμαζόνων* verba *οἰκοῦσαι πρὸς τῷ Θερμώδοντι* a Villoisonio omissa, p. 38 *Τράλλα — Ἄλλα* et *Ἔφεσον — ἄφεσον* et in glossa *περὶ Ἀμαλθείας* verba inde ab *ἕτεροι δὲ τὸ τοῦ μύθου*. Quare nescio an ante p. 47, ubi *περὶ Αἰγύπτου* caput ex Eustathii ad Dion. commentariis in textu legitur, in eum fontem non inciderit Eudocia et quae ante illam paginam inde deprompta leguntur, postea in margine addiderit.) Sed satis mihi multa videor protulisse exempla, quibus quod volo efficiatur. Alia quaedam passim infra exhibebo.

textum receperunt editores paene nulla peculiaris sedis mentione facta. Sunt autem illa ex isdem fontibus, unde textus derivari solet, deprompta: ut ab eo, qui textum scripsit, ad supplendas glossas ea esse apposita appareat. In quibus additamentis cum eaedem textus scriptorum expressorum formae usurpatae sint atque in ipsis Eudociae glossis, codicis Parisini librarium non esse diversum ab auctore violarii efficitur.

Editionem violarii qui primus dedit Villoisonius in anecd. Gr. I (Venetiis 1781), non eam quam par erat curam adhibuit. Etenim plurima codicis vitia tacitus correxit, alia ipse non pauca Eudociae obtrusit, denique particulae nonnullae libri manu scripti in editione desiderantur. Quibus maculis ut Eudociae textum liberaret, novam editionem nuper curavit I. Flach, vir de hoc auctore haud dubie in primis meritus. Qui cum et codicem Parisinum primus post Villoisonium accuratius examinasset et fontibus indagandis operam dedisset, fieri non potuisset quin omnibus numeris absolutam exhiberet Eudociae editionem, nisi praeiudicata de auctoris praestantia ductus opinione satis multorum et egregiorum codicis vitiorum mentionem in apparatu critico, in textu eadem fere atque Villoisonius, quin etiam plura quam ille omisisset. Fontium autem testimonia quamquam laudabili diligentia conquisivit, tamen persaepe in indicandis eis procul a vero abesse virum doctissimum ex eis quae infra exponam elucebit.

§ 1. POLLUCIS ex onomastico duos Flach p. 105 in violario locos commemorat additque utrumque vitiis scatentem e pessimo codice descriptum esse. Quare mihi ex una editionum s. XVI (Aldina 1502, Iuntina 1520, Basileensi 1536), quas e deterrimo libro factas esse constat, sumpsisse Eudocia videtur glossam p. 42 καὶ ἄλλως περὶ πορφύρας = Poll. I 45. Alteram glossam p. 96 περὶ Γαργιττίου τοῦ κυνός non ex ipso Polluce V 47, sed e Phavorino p. 403 hausit falsarius, isdem enim verbis atque ille utitur ex parte longe a Polluce recedentibus eademque quae ille exhibet menda.

§ 2. ERATOSTHENIS catasterismorum epitomen paulo ampliorem ut cum Roberto (Eratosth. catast. reliquiae, Berol. 1878 p. 24) lectam esse ab Eudocia existimem, neque violarii cum catasterismis comparatio permovet neque quod ille profert exemplum ex Eud. p. 407 de Hyadibus. Cuius glossae summum fontem esse Eustathium ad Hom. p. 1155 iam Flach recte indicavit. Nam (Eust. l. l.) Phavorinus 1788

verus fons est: *Δωδωνίδας* Eust., *Δωνίας* Phav. Eud. || *ὀνόματα* Eust., *ὄνομα* Phav. Eud. || *Ὕην* Eust., *Ὑΐν* Phav. Eud. Neque cum eodem Roberto p. 249 in addendis Eudociae caput *περὶ Πλειάδων* p. 339 (*Πλειάδες* — *πέντε*) inter fragmenta catasterismorum receperim, quippe quod sciam ex eodem Phavorino p. 1514 ductum esse, cui totam illam glossam debet Eudocia: *Πλειάδες* — *Ἄτλαντος* et *λέγει δὲ Πίνδαρος* — p. 340 *τὸ τέλος* ex Et. M. 675, 34 habet Phav., *ἦσαν δὲ δώδεκα* — *τὸ ἄστρον τοῦτο καλοῦσι* et p. 340 *κεῖνται δὲ* — *ἀμαυρωθῆναι* ex Eustathio ad Hom. p. 1155. De reliquorum fonte supra p. 28 dictum est.

Collegit autem primus locos e catasterismis petitos Flach p. 33. *Περὶ Καλλιστοῦς* p. 259 non recte e Catast. 8 repetit; fons enim est Tzetzae scholion ad Hesiod. op. 564, p. 161 ed. Bas. Idem neglexit locum p. 124 *Διόσκουροι* — *ἐπιφάνειαν ἔσχον* et *οὔτε γὰρ* — p. 125 *ἐν τοῖς ἄστροις*, quem e catasterismis c. 10 petitum Phavorinus p. 516 Eudociae suppeditavit.

Phavorino enim horum quoque locorum maiorem partem deberi (ex tredecim locis novem), cum omnia Phavorini vitia in violario repetantur, facile intellegitur. Quattuor locos ex ipso aliquo catasterismorum codice Eudocia videtur hausisse, nisi forte in miscellaneo aliquo libro, quales s. XV et XVI permultos circumlatos esse constat, repperit: 1) P. 315 *περὶ τοῦ ὀϊστοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ* Catast. 11. || 2) P. 317 *περὶ ὄρνιθος τοῦ ἐν οὐρανῷ* — *ἀνέδραμεν εἰς οὐρανόν* Cat. 25. || 3) P. 328 *περὶ τῆς ἐν τῷ οὐρανῷ παρθένου* Cat. 9. || 4) P. 337 *περὶ τοῦ Πηγάσου. Ἄρατος δέ φησιν κ. τ. λ.* Cat. 18.

Sola igitur haec non a Phavorino, sed ab ipso aliquo Catasterismorum libro videntur originem trahere. Quem a nostris interdum valde recedere recte monet Flach. Quin etiam nostris plenior is codex videtur fuisse in cap. 9. Sane quae p. 328 habet Eudocia *οἱ δὲ Ἀστραίου θυγατέρα τοῦ πρώτου τὴν ἀστέρων εὑρόντος ὀνομασίαν* apud Graecum auctorem non invenio. P. 317 autem *περὶ ὄρνιθος* verba in fine posita *οἱ δὲ πλείονες ἐπὶ τῇ Λήδᾳ ταῦτα ἐμυθεύ-*

σαντο ut in illo Catasterismorum codice cap. 25 extitisse existimem, mihi non persuadet Flach. Facillime enim id ipse falsarius addere potuit e Nonno I 91 aut II 3.

§ 3. Ex EUSTATHII in Homerum et in Dionysium Periegeten commentariis cum ingens locorum numerus per violarium dispersus sit, et Eustathium ipsum ut saeculo recentiorem Eudocia ipsa excribere nullo modo potuerit, eosdem fontes eius atque Eustathii esse plerique olim existimabant. Rectius iam Meineke intellexit non posse nisi ipsum Eustathium eorum locorum fontem esse; neque enim in rebus solis sed etiam in verbis maxime cum Eustathio illa congruit etiam iis locis, ubi facile Eustathium ipsum loquentem agnoscas. Locorum copiam Flach cum p. 106 sq. colligeret, permultos omisit; qui praeterea incommode modo Basileenses, modo Romanas paginas citat. Emendatiorem indicem exhiberem, nisi me chartae misereret, neque opus est, quos locos ex ipso Eustathio, quos e Phavorino Eudocia habeat, enumerare. Hoc dico, in commentariis Homericis dimidiam fere partem Phavorino, alteram ipsi alicui vel scripto vel edito libro Eustathii deberi. Manu scriptum enim an typis expressum habuerit, neque facile potest discerni, cum apparatu critico in hoc auctore careamus, neque omnino magni id est momenti. Potest sane principe Eustathii editione Romana a. 1542 usa esse Eudocia, quoniam post 1543 eam scripsisse infra apparebit.

Exempli gratia aliquot locos a Flachio omissos propono: P. 50 *περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μυνδίου* non ex Hesychio Milesio (cf. Flach p. 49) neque ex ipso Athenaeo V 221, sed ex Eustathio ad Homerum p. 1704 duxisse Eudocia videtur, ubi Athenaei locum ille laudat. || P. 145 ex ipso Eust. Hom. p. 1501 sumpta est glossa *περὶ Εἰδοθέας*. || P. 149 in capite *περὶ Ἐννυοῦς* (ita codex Eudociae) verba *ἀπὸ τοῦ ἔνω τὸ φονεύω, ὡς ὁ Ἡρακλέων φησίν* ex (Eust. Hom. 524) Phavor. 666 addita sunt. || Ipsum Eust. Hom. p. 1766 describit Eudocia p. 153 *Ὁ Ἑρμῆς — ἐρευνητικόν*. || Tum in eadem pag. *ὠνόμασται — Ἡρωδιανός*, duos locos Eustath.

Hom. 182 et 1951 a Phavorino p. 753 excriptos ab hoc accipit Eudocia. Reliqua pars eius glossae Cornuti capiti 16 debetur usque ad pag. 156 *τὸ σὸν μένος*; quae sequuntur, pleraque ab Eustathii in Homerum commentariis originem habent: *ὁ Ἑρμῆς λέγεται νόμιος — ποταμοῖς* ex ipso Eust. ad Hom. 1766. || *ἡ δ' ἀλληγορία* — p. 157 *φύσεως* (Eust. Hom. 182) Phav. 753 [ubi *εἰρηνικὸν* Eust., *εἰρηνικός* Phav. Eud.; *ἄστρων* Eust., *ἄρθρων* Phav. Eud.] || P. 157 *ῥάβδον χρυσείην — ποιεῖν βαδίζειν* (Eust. Hom. 1951) Phav. 1611. || *ἡ τοίνυν — σκῆπτρον* (Eust. Hom. 1657) Phav. ibid. || *φασὶ δὲ — ἡ χέλυς* (Eust. Hom. 574) Phav. 1872 i. v. *χέλυς* [ubi *κλοπῇ βοῶν ἐκείνου* Eust., *κλοπῇ τῶν ἐκείνου* Phav. Eud.] || *λέγεται δὲ — Πατροκλείδης* (Etym. M. 766, 23) Phav. 1773. || *καὶ Κυλλήνιος — ἀυπνίας* (Eust. Hom. 1951) Phav. 1126. || *λέγεται δὲ* — p. 158 *ἔπεσον τῷ Ἑρμῇ* (Eust. Hom. 1809) Phav. 752 [ubi *ἀπετίθει* Eust., *ἐπετίθει* Phav. Eud.; *Ἑρμῆς λόγος ἀποτάδην* Eust., *Ἑρμῆς ἀποτάδην* Phav. Eud.; *συσσωρευόμενος* Eust., *σεσωρευμένος* Phav. Eud.] || P. 158 *λέγεται — ὁ Πάν.* Eust. Hom. 1397. || P. 160 *περὶ Εὐήνου* (Eust. Hom. 776) Phav. 786; eodem e loco Phavorini descriptae sunt glossae *περὶ τοῦ Ἴδου* p. 237 et *περὶ Μαρπήσσης* p. 285.

In eadem p. 160 glossam *περὶ Εὐμαίου* non recte totam ex Eustathio ad Hom. 1784 repetit Flach. Immo duos fontes ibi excriptos esse vel eo docemur, quod sola verba *Εὔμαιος — φιλίας* in textu codex habet, *ὅς ἐς τοσοῦτον — Δανάην* in margine. Et haec quidem pars revera e laudato Eustathii loco ducta est, priori originem dedit (Et. M. 393, 19) Phav. 791 [ubi *καὶ Φιλοίτιος* Et. M., *ὡς καὶ Φιλ.* Phav. Eud.].

P. 206 et 207 e tribus Eustathii locis ad Hom. 81, 1883, 561 coniunctis apud Phavorinum p. 866 Eudocia haec habet: *ὅθεν καὶ ἡραία ζωὴ ἡ βασιλική*, item verba *δότειραν δὲ εἴδους — Κέρβερον ἀνήγαγεν.* || P. 253 *διὰ τί κελαδεινὴ ἡ Ἄρτεμις;* Duos Eustathii locos ad Hom. p. 774, 18 (initium — *κελάδου*) et p. 1249 coniunctos a Phavorino p. 1030 huius ex lexico mutuatur Eudocia: [*κῆλα δεινὰ* Eust., *κηλεδεινὰ* Phav. et Eudociae codex; *οὓς ποιεῖ ἡ μὲν* Eust., *οὓς ἡ μὲν* Phav. Eud.]. || P. 276 *περὶ τῆς Λήδας* ipsum Eusta-

thium Hom. 1686 sequitur Eudocia, eundemque ad Hom. 1683 *περὶ Μεγάρας* p. 286, cuius glossae exitum *ὡς δέ τινες — κατὰ φύσιν θανεῖν* perperam Tzetzae ad Lyc. 38 tribuit Flach p. 130. ‖ P. 315 *περὶ τῆς ὀνειρομαντείας*. Initium — *ἐξέρχεσθαι* e Nonno I 71 habet Eudocia; quae sequuntur e duobus Eustathii locis ad Hom. 171 (— *ἀτμίσιν*) et 173 a Phavorino p. 1362 descriptis. ‖ P. 325 *περὶ τοῦ Πανδάρεω* initium — p. 326 *λεχθήσεται* ex Eust. Hom. 1875 ipso, quae sequuntur ex eiusdem loci parte a Phavorino p. 1421 excripta ducit Eudocia [ubi *παρακατέθετο* Eust, *παρεκάθετο* Phav. Eud. | *ὄρος τὸ Σίπυλον* Eust., *τὸ Σίπυλον* Phav. Eud. | *Ἁρμοθόης* Eust., *Ὁρμοθόης* Phav. Eud.]. ‖ P. 372 *περὶ Σαρπηδόνος* (Eust. Hom. 636) Phav. 1636. ‖ P. 379 *περὶ Στυγός*. Tota glossa e Phavorino provenit. Cuius paginae 1691 debetur initium — *τὰ κάτω* compositum e tribus Eustathii locis: ad Hom. 429 *Στὺξ — λέγεται*, ad Hom. 1937 *καὶ στυγερῶς — τὸ στυγέειν*, ad Hom. 718 *ἀστείως — κάτω*. Reliqua ex (Eust. Hom. 763) Phav. 1692 [ubi *ἐκκίνητον* Eust., *εὐκίνητον* Phav. Eud.]. ‖ P. 414 *περὶ Φερέκλου* (Eust. Hom. 521) Phav. 1825 [ubi *τέκτονος* Eust. et Phav. recte, *τέκτων* perperam Eud. | *Τρώεσσι γένοντο* Eust., *ἐγένοντο Τρώεσι* Phav. Eud.]. ‖ Ibidem *περὶ Φιλοξένου* locos Athenaei I 6 et VIII 341 d ab Eust. Hom. 1817 coniunctos excribit Eudocia. ‖ P. 421 *περὶ Φυλέως* (apud Flachium p. 119 vitio typographi expressum est *Φυλάκος*) = (Eust. Hom. 305) Phav. 1847. Eadem enim quae Phavorinus inter *ἐξεκάθηρεν* et *οἱ δὲ* omittit Eudocia. ‖ P. 430 *περὶ τῶν Χαρίτων. πλάττονται δὲ κτλ.* (Eust. Hom. 553) Phav. 1859. ‖ P. 433 *περὶ Χρυσηΐδος* tota glossa profluxit ex Eust. Hom. 118, 119.

In Dionysium Periegeten commentarios Eustathii Phavorinus non videtur expilasse. Quos quidem ex iis locos Eudocia habet, ipsius Eustathii e codice aliquo excerpsit. Nec vero statim ab initio eum nacta esse videtur; quos enim ante p. 47 ex eo locos exhibet, ei omnes in marginibus codicis Parisini exarati sunt; primum ex his commentariis in textu legitur caput *περὶ Αἰγύπτου* p. 47. Collegit locos Flach

p. 110; quibus addendi sunt non pauci, velut pag. 75 περὶ Ἀριστάνδρου. στρατεύοντος — ἔφασκεν Eust. Dion. 747. || P. 86 περὶ Ἀψύρτου Eust. Dion. 488. || P. 122 ἰστέον δὲ — p. 123 πολύστικτον Eust. Dion. 566 et 700. || P. 147 περὶ τῆς Ἐμπούσης· λέγεται δὲ — ἡ Ἔμπουσα. Eust. D. 723. || P. 254 περὶ τοῦ κέρατος τῆς Ἀμαλθείας — ἐτύπουν αὐτούς. Eust. D. 431. || P. 429 περὶ τοῦ Χάρητος· τινὲς δέ φασιν — πάρεργον et in antecedentibus quaedam Eust. D. 504.

Videtur autem Eudocia non principem editionem Eustathii ad Dionysium commentariorum Parisinam a. 1547, sed codicem aliquem non bonum evolvisse; nam satis multa vitia cum deteriore codicum genere communia his locis sunt.

Sed priusquam Eustathium missum faciam, de Flachii sententia agendum mihi est eosdem Eustathii atque Eudociae fontes esse censentis. (Cf. Flach p. 111 sq.)

Atque primum quidem magnum numerum locorum ex Eustathio interpolatione in violarium irrepsisse ut arbitretur, ea quam concepit de Eudocia Augusta violarii auctore opinione cogitur. Quo de genere explicandi quid iudicem, supra p. 15 sq. exposui. Vitia quod eadem apud utrumque deprehenduntur, id non interpolatorum, sed Phavorini operarum et falsarii socordiae tribuendum est; neque alios atque Eustathius auctores Eudocia laudare potuit, cum eum describeret. Pausaniae lexicon quattuor locis ab Eudocia laudatur, qui loci omnes Phavorino debentur; Pausaniae enim ipsius lexicon magis ignotum falsario quam nobis fuisse verisimile est. De glossa p. 43 περὶ Ἀντικλείας satis in superioribus exposui (cf. p. 20).

Praeter hos autem »interpolatos« locos non paucos ex eodem fonte atque Eustathii (praecipue Homericos) commentarios emanasse iudicat Flach. Atque primum quidem quod Eudocia ea omittit, quae crebra sunt apud Eustathium ὡς ἀλλαχοῦ εἴρηται et similia, nihil est quod miremur: quae pleraque etiam a Phavorino absunt; ac stultior iusto falsarius fuisset, si talia repetivisset. Neque in partibus narrationum alio ordine dispositis moramur. Pag. autem 262 περὶ

Κρηθέως Eustathius Hom. 1681 descriptus est, *ὡς δέ τινες καὶ Ἀθάμαντος* verba e Phavorino i. v. addita; *περὶ Κτιμένης* (Eust. Hom. 1784) Phavorinus 1118 ad verbum repetitus est. Quin etiam verba *καὶ ἄλλως* ab Eudocia addi potuisse mihi persuasi et sescenties addita esse scio.

Pleniores autem aut integriores quam apud Eustathium in violario locos neque ipse repperi, neque iis locis, quos Flach p. 113 congessit, revera Eustathio Eudociam praeferendam esse opinor. Pag. 83 verba *αἴγειρον τὴν καὶ Ἀχερωΐδα λεγομένην* in glossa *περὶ τοῦ Ἀχέροντος* non eiusdem esse atque reliqua originis vel inde apparet, quod in codice Parisino ea supra lineam leguntur. Et revera intulit falsarius ex eadem p. 339 Phavorini, cui totam eam glossam debet. (Initium — *Ἀχέρων* dedit Et. M. 180, 46; reliqua Eust. Hom. 938.)

Perdices autem poeta p. 90 [*ἕτερος ποιητής* Eust. Phav., *ποιητὴς ὁ Περδίκης* Eud.] aeque atque alia nomina nonnulla falsarii inventioni tribuendus est; neque enim extitit is poeta in rerum natura, neque Maiumas aut Peltianus, aut Assorinus aut Palatianus, quos p. 1 in adnotatione infeliciter finxit falsarius. Neque bene Flach Pindari nomen substituere Perdicae conatur; Eustathii enim *ἕτερος ποιητὴς* est Theocritus, quippe apud quem unum *Βελλεροφῶν* forma legatur XV 92. [*ὅτι δὲ ὁ Βελλεροφόντης — τὸ ὄνομα.* (Eust. Hom. 632) Phav. 361: *ἰστέον δὲ* Eust., *δῆλον δὲ* Phav. Eud.: *Λεωφόντην* Eust., *Λεοφόντην* Phav. Eud.]. || In eadem pag. *περὶ Βήλου* Eustathium ad Dion. 1005 Eudocia sequitur, apud quem quod *ἀφ᾽ οὗ — Βηλίδες* extare negat Flach, fallitur. || P. 16 *περὶ Ἀσκληπιοῦ — προσφερόμενος* nihil non e Phav. p. 296 sumptum est. (Phavorinus hausit ex Et. M. 154, 38 et Eust. Hom. 463.) || P. 162 *περὶ Εὐρώπης* non statim ab initio Eustathium Dion. 270 describit Eudocia, sed *ἰστέον — ἐκλήθη*; initium e codice Parisino 2600 originem trahere infra docebo; indidemque verba *ἐξ ἧς — Σαρπηδόνα.* || P. 29 *περὶ τῆς αἰγίδος.* Si memor fuisset Flach versus Aristophanis Ran. 1445, *εὐμαθέστερον* hoc loco ab Eudocia rectius scribi quam ab Eustathio ad Homerum p. 602 *ἀμα-*

θέστερον vix autumasset. Significat enim laudatum comici versum eo loco Eustathius. [*Αἰγὶς* — p. 30 *φορεῖν* (Eust. Hom. 602. 601) Phav. 59: *τραγέας* Eust., *τραγίας* Phav. Eud. | *τραγᾶς* Eust., *τραγῖς* Phav. Eud. | *λυκέην* Eust., *λυκίην* Phav. Eud. | *ἀμαθέστερον* Eust. cum Aristophane, *εὐμαθέστερον* Phav. Eud. | *τριχώδη* Eust., *πηχώδη* Phav. Eud.]. || P. 152 et 379 *εὐκίνητον* Eud. et (Eust. Hom. 763) Phav. 1692, *ἐκκίνητον* editio Eustathii Weigeliana. Quid Eustathius scripserit non perspicio. An *ἐκκύνητον*? Neque *Ῥοδογοὺ ἤ*, ut in eadem editione expressum est, scripsit Eust. Hom. 1688, sed *Ῥοδογούνη*, quod habet Eud. p. 346. || Pag. autem 327 Eustathium ad Hom. p. 1875 describit Eudocia eique omnia debet, quae in textu habet codex Parisinus a *Πανδίονος* voce usque ad exitum. Ex quo quae deprompta non sunt, ea omnia margo codicis praebet, neque nomina, qualia nunc in violarii editione leguntur, ab initio in codice scripta erant. Procnae enim et Philomelae nomina in rasuris ibi leguntur, ut permutata ea a falsario esse pateat. Habet autem margo haec: *ἐκ Θρᾴκης*, et *τινὲς δὲ τὴν Φιλομήλαν — ἀπωρνεομένην*, et *Ἴτυ, Ἴτυ ἐλεεινῶς φθέγγουσα*. Intulit ea falsarius e glossa superiore p. 240 *περὶ Ἴτυος*, ubi in margine adscripsit haec: *κατά τινας, ὡς ἐν τῷ περὶ Πανδίονος λεχθήσεται*, quae in textu posuit Villoison. Praeterea ibi quoque nomina Philomelae et Procnae in rasuris extant. Debet superiorem glossam Eudocia Phavorino p. 962 (Schol. Ar. Av. 212) [*τῆς αὐτοῦ γαμετῆς* Schol., *τῆς ἑαυτοῦ γαμ.* Phav. Eud.]. Videtur autem Eudocia primum ex Eustathio correxisse glossam p. 240, tum Phavorini lectiones ibi restituisse easdemque intulisse in paginam 327.

§ 4. APOLLONII RHODII SCHOLIORUM iam Keil (Ap. Rh. ed. Merkel p. 300) non melioribus Eudociam quam nos libris usam esse perspexit. Eodem e fonte atque Laurentianum XXXII 9, communem nostrorum scholiorum originem, Eudociae glossas descriptas esse Flach cum p. 125 existimet, procul a vero abest. Nam cum tria distinguantur genera scholiorum Apollonii, primum Laurentianum,

alterum Florentinum ab editione principe Florentiae 1496 vocatum sive textus vulgatus, tertium Parisinum a codice Parisino 2727 saec. XV, e quo ea primus edidit G. Schaefer 1813, nihil cum primo genere commune habet Eudocia, quin idem in duobus reliquis reperiatur, ubi illa a primo recedunt, aut cum Florentinis scholiis facit aut cum Parisinis. Atque Florentina quidem scholia e Phavorino deprompsit, Parisina aut e codice Parisino 2727 aut ex libro eius simillimo. Utriusque generis exempla quaedam proferre satis habeo. Indicem locorum confecit Flach p. 122.

P. 18 *καὶ ἄλλως περὶ Ἀντιόπης*. (Schol. Ap. Rh. IV 1090) Phav. 208 [ubi *ἑλεῖν ἐπελθόντα Σικυῶνι. στρατεύει δὲ* Schol., *ἑλκεῖν. ἀπελθόντα δὲ εἰς Σικυῶνα, στρατεύει* Phav. et Eudociae codex.] ‖ P. 31 *περὶ Αἰήτου*. Totam glossam ad verbum e Phav. 64 sumpsit compositam duobus e fontibus: Et. M. 32, 22 *γέγονε — ἄνεμοι* et Schol. Ap. Rh. III 242 [*Ἐφύραν* Schol. Ap., *Ἐφήραν* Phav. Eud. | *Ἄψυρτον* Schol., *Ἄψιρτον* Phav. Eud.]. ‖ P. 39 *περὶ Ἀμυμώνης*. Non Schol. Ap. I 134, sed (Etym. M. 87, 34) Phav. 147 Eudociae fons est. ‖ P. 45 *περὶ Ἄβαντος*. Non tota glossa, sed initium — *Μελάμπους, οὗ Ἄβας* e Schol. Apoll. I 143 Parisino profluxit. In Florentinis enim Amythaonis mentio deest. [*Καθ' Ὅμηρον — ἐξ οὗ Ἄβας*. Eust. Hom. 281.] ‖ P. 103 *περὶ Δακτύλων* glossa aptissima est ad Eudociae in Apollonii scholiis excerpendis rationem illustrandam. Nam initium — *ἐκλήθησαν* e Parisinis scholiis ad Ap. Rh. I 1126 habet. Quod enim in illis solis legitur nymphae nomen *Ἀγχιάλη* (om. Laur. et Flor.), servatum est in violario. Contra quae sequuntur *οἱ δὲ — σίδηρον* quin e (Schol. Ap. Rh. I 1129) Phavorino p. 447 sumpta sint, dubitari non potest. Neque enim Parisina, sed Florentina ibi scholia sequitur Eudocia et cum solo Phavorino versum extremum *ἐς πῦρ δ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν* omittit. ‖ P. 148 *περὶ Ἐνδυμίωνος*. Scholion Ap. Rh. IV, 57 in suum usum transtulit Phavorinus p. 646 a verbis *Σαπφὼ δὲ* usque ad exitum. Phavorini glossam transcribit falsarius. [*Περὶ δὲ τοῦ Σελήνης ἔρωτος ἱστορεῖ Σαπφὼ καὶ Νίκανδρος* Schol., *Σαπφὼ*

καὶ Νίκανδρος ἱστορεῖ περὶ τοῦ τῆς Σελήνης ἔρωτος Phav. Eud.]. Praemittit autem verbis a Phavorino petitis falsarius haec: *Ἐνδυμίωνος τὴν Σελήνην ἐρασθῆναι μυθεύονται.* Ubi litteram *α* vocis *Ἐνδυμίωνα* codex in rasura exhibet, *Ἡσίοδος — τούτου δὲ* in margine itemque *Λάτμιον* et *Θεόπομπος δὲ — εἰς Ἅιδου* illata aut e Phavorino 1157, ubi scholii supra laudati initium ille exhibet, aut ex ipso illo scholio. Ceterum *Θεόπομπος ἐν ἐποποιοῖς. ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις λέγεται* Schol. et Phavor., *Θεόπομπος ἐν ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις λέγει* ineptissime Eudocia. Phavorini mendum *Ἴβικος* servat Eudocia. || P. 210 *Περσέως καὶ Ἀνδρομάχης* — p. 211 *ἐκεῖθεν ἀπήλασαν* e Schol. Ap. I 747 Parisino ducta sunt (non ex Apollodoro II 4, 5, ut vult Flach in editione) [*τῆς μάμμης ἑαυτῶν τῆς μητρὸς Ἱπποθόης* Schol. Laur. Flor. et Phav. 1752, *τῆς μάμμης ἑαυτῶν Ἱπποθόης χρήματα* Schol. Paris. et Eudoc.] || P. 211 *γήμας δὲ* — p. 212 *Καλλίμαχος μέμνηται.* (Schol. Ap. I 1212) Phav. 867*). || P. 237 *περὶ τοῦ Ἴδμωνος·* Schol. Ap. I 139. 143 Paris. [*Λαοθόης* Laur. Flor., *Λαοθείας* Par. Eud. | *Ἡρόδωρος* Laur. Flor., *Ἡρόδοτος* Par. Eud.] || P. 238 *περὶ Ἰξίονος — τιμωρεῖται* Schol. Ap. III 62 Par. [*δῶρα* Laur. Flor., *ἕδνα* Par. Eud.]**) || P. 248 *περὶ τοῦ Κάδμου* tota glossa e (Schol. Ap. III 1179. 1186) Phavorino p. 967 originem habet, nisi quod verba *υἱὸς Ἀγήνορος* aliunde addidit Eudocia [*Ὑπερήνωρ* Schol., *Περήνωρ* Phav. Eud. | *πολλοῖς* Schol., *πολεμίους* Phav. Eud. | *Θήβῃσιν* Schol., *Θήβαισιν* Phav. Eud.] || P. 286 *περὶ τοῦ Μελάμποδος. Ἀμυθάονος* — p. 287 *κλέψαι.* Schol. Ap. I 118 Par. Scholion Florentinum recepit Phavorinus p. 1226 [*Λευχίδας* Laur., *Δηριχίδας* Flor. Phav., *Διρυχίας* Paris. Eud.***) | *Μελάμπους,*

*) Cui scholio cum glossae illius partem inde a *φασὶ δὲ τὸν Ἡρακλέα* deberi dicat Flach in editione, fallitur; nam *φασὶ δὲ — Δηιάνειραν ἔλαβεν* verba fontem habent (Anon. de incr. V. Westerm. p. 322) Phav. 867.

**) Parum accurate de huius glossae fontibus statuit Flach; *Ἄλλως δὲ — τραγέλαφος* = (Eust. Hom. 102) Phav. 945.

***) Fallitur Flach in editione, cum *Διρυχίδας* in Scholiis et in Eudociae codice et editione Villoisoniana extare dicat.

φίλτατος ὢν τῷ Ἀπόλλωνι Laur., *Μελάμπους* Flor. Phav., *Μελάμπους φίλος ὢν τῷ Ἀπόλλωνι* Par. Eud.] || P. 305 de Neleo (*Νηλεὺς — Πολυκλύμενος*) non Scholia Ap. I 152, sed Eustathium Hom. 1684 sequitur Eudocia [*Περικλύμενος* recte Schol. Ap., *Πολυκλύμενος* Eust. Eud.] || P. 333 *περὶ Περικλυμένου* una cum insequenti glossa Eudocia habet e Schol. Ap. I 156 Paris. [*ὅς ῥά τε* Laur. Flor., *ὅς δὴ* Par. Eud. | *θαλάσσιος* Flor., *θαλάσσῃ τ'* Par. Eud. | *τῷ ὀμφαλῷ τοῦ ζυγοῦ* Laur. Flor., *τῷ ζυγῷ* Par. Eud. || Tum in versibus Hesiodi: *ὄλβιον* L. F., *ὄλβια* P. Eud. | *μὲν γὰρ* L. F., *μέν τε* P. Eud. | *τελέσκετο* L. F., *πολέσκετο* P. Eud. || In stemmate denique: *ἐκ δὲ διαφόρων γυναικῶν* L. F., *ἐκ τῆς Φάρης* P. Eud. | *Ταῦρον* L. F., *Σκύρον* P. Eud. | *Δηΐμαχον* L. F., *Δόμαχον* P. Eud. | *δώδεκα γὰρ* L. F., *δώδεκα μὲν* P. Eud.] || P. 407 *πρὸς τούτοις — Κόλχων*. Schol. Ap. II 1210 Par. [*περιρριφῆναι* L. F., *περιρρυῆναι* P. Eud.]

Sed satis est exemplorum, quibus efficiatur, quod volumus, partem locorum cum Florentinis scholiis congruentem e Phavorino, alteram partem e Parisino scholiorum genere ab Eudocia ductam esse. Neque obstat huic sententiae, quod Flach p. 125 ait cum Laurentiano codice vitia Eudociae pleraque esse communia; qui cum omnium nostrorum codicum fons sit, fieri non potest quin eius vitia in reliquis libris permulta repetantur. Iam vero quae de integrioribus scholiis ab Eudocia expilatis Flach contendit, non veriora sunt iis, quae idem de aliorum fontium ab Eudocia excriptorum integritate sibi persuasit. Pag. 379 enim *μέμνηται δὲ καὶ Στράβων — τοῦ ἥρωος* una cum reliqua glossa e Phav. p. 1691 sumpsit Eud. (Schol. Ap. Rh. II 1054 et Eust. Hom. 302.) || P. 410 *οἱ δ' αὐτοὶ Κελτοὶ — Κυκλώπων* e (Schol. Ap. IV 611 Flor.) Phav. 851 habet Eudocia, non e codice Laurentiano, eaque de causa Laurentiano plenior est, quod interpolatum fontem sequitur. Neque alia de causa p. 377 meliora, ut Flach existimat, leguntur quam in Scholiis Laurentianis Ap. IV 825. Nam Parisinum codicem ad verbum transcribit Eudocia.

Argumenta denique Apollonii, quae p. 146, 235, 419 ex exemplis Apollonii et inter se differentibus neque cum nostris congruentibus ducta esse Flach p. 152 autumat, e Parisino codice paene ad verbum descripta sunt. P. 146 in verbis Ἀθάμας — τελευτᾷ unum verbum mutat Eudocia in fine propter insequentia: τοῦ Σκυθῶν βασιλέως Paris., τοῦ Κόλχων βασ. Eud. (sed in rasura). || P. 234 Τυρώ — p. 236 τελευτᾷ. Falsarius verba ὁ δὲ Ἰάσων — φυγόντος p. 235 aliunde intulit. || P. 419 περὶ τοῦ Φρίξου eundem Parisinum Eudocia sequitur, sed immiscet multa e (Schol. Ar. Nub. 257) Phav. p. 48.

§ 5. HESIODI SCHOLIORUM duo esse genera notum est: alterum antiquiorum et breviorum, quae e pessimo saec. XVI codice Cantabrigiensi (cf. Hesiod. ed. Goettling-Flach p. LXVIII) prima publicavit editio Basileensis 1542; alterum Triclinianorum, quae primus edidit Trincavellius a. 1537 Venetiis; quo genere utitur Phavorinus. Apud Eudociam utriusque vestigia apparent; Basileensem enim editionem ipsa describit, Tricliniana scholia e Phavorino accipit.

Atque Tricliniana quidem haec in violario deprehendi:

1) P. 14 περὶ Ἀφροδίτης. Verba Κυθέρεια — κύειν τὸν ἔρωτα e Phavorino sumpta esse inde apparet, quod quattuor ibi fontes eodem ordine conexi leguntur: a) Κυθέρεια — ἐν ἑαυτῇ τὸν ἔρωτα. Zon. 1266 (cuius est fons Etym. M. 543, 40). || b) ἢ ὅτι — πάθος. Hesych. i. v. || c) ἢ ὅτι — Κύθηρα. Eust. Hom. 1598. || d) ἢ ἀπὸ τοῦ κεύθειν — τὸν ἔρωτα Schol. Hes. Theog. 196 Trinc. Verba διὸ — λέγεται in margine codicis e Cornuto 24 addit Eudocia. Minus recte de hoc loco exponit Flach p. 115 in adn. 3.

2) P. 97 περὶ Γλαύκου. καὶ Γλαύκη — ὑδάτων cum praecedentibus profluxerunt e Phavorino 420 (Tzetz. Lyc. 754 et Schol. Hes. Theog. 244).

3) P. 121 χρυσοκόμης — p. 122 ἀποπήμασι (Schol. Theog. 947 Trinc.) Phav. 1878. A Basileensi id scholion abest.

4) P. 208 *περὶ τοῦ Ἡρακλέους. πρῶτον τοιγαροῦν — ἐν Ἄργει* (Schol. Theog. 327 Trinc.) Phav. 1297 [*ἀπὸ τοῦ νεμεθῆναι περὶ τοὺς τόπους τοῦ Ἄργους* Bas., *νεμόμενον καὶ ἀφανίζοντα τοὺς ἐν Ἄργει τόπους* Trincav. Phav. Eud.]

5) P. 337 *περὶ τοῦ Πηγάσου. λέγεται δὲ — ὠνόμασαν.* (Schol. Theog. 2 Triclin.) Phav. 952 [*ἀναδοθεῖσα* Bas., *ἀναδοθῆναι* Trinc. Phav. Eud.] || *Πηγασίαν ἐκ τοῦ ὄρους* libri et Bas., *Πηγασίαν αὐτὴν καλοῦσιν* Tricl. Phav. Eud. (quae *ὠνόμασαν* pro *καλοῦσιν* substituit).

Haec igitur e Phavorino Basileensi a. 1538 translata sunt.

E Basileensi editione, cuius hic est titulus: Ioannis Grammatici Tzetzis expositio librorum Hesiodi cet. Basileae 8⁰, quam a. 1542 e codice Cantabrigiensi impressam esse constat, Hesiodi scholia Eudocia habet haec:

1) P. 89 *ἡ δὲ ἀλληγορία Πήγασον — παύειν τὰ καλά* Schol. Theog. 325. || *τὴν δὲ χίμαιραν* — p. 90 *κεκραμμένον* Schol. Theog. 319. Utrumque e Bas. p. 248 sumpsit Eud. eiusque vitia omnia servavit: *συγκεκραμμένον* Bas. Eud.; *τὰ κακὰ* Scholiorum libri, *τὰ καλὰ* Bas. Eud. Haec et similia vitia utrum in codice invenerit typographus Basil. an ipse commiserit incertum est; utut est, Eudocia aut eundem codicem s. XVI aut editionem descripserit necesse est.

2) P. 97 *περὶ τοῦ Γηρυόνου. διὰ τὸ εἰδέναι — αὐτὸν εἶναι* Schol. Theog. 287 Bas. p. 246. Qua in editione quod operarum, ut videtur, neglegentia excidit *ἔχειν* inter *ἓξ χεῖρας* et *φησι*, cum in codice Eudociae supra lineam scriptum sit, Basileensi editione falsarium usum esse verisimillimum fit. Reliqua pars capitis a (Tzetz. Lyc. 651) Phav. 417 originem habet.

3) P. 106 *Γενεαλογία Περσέως. Λυγγεὺς — Ἀκρίσιος*, tum *οὗ Δανάη, ἧς Περσεύς, οὗ Ἀλκαῖος* e Schol. Scuti 327 Bas. 111. Reliqua nomina e superiore glossa *περὶ Δανάης* omnia sunt.

4) P. 109 *περὶ τῆς Δήμητρος* Tzetz. ad Hes. op. 32 Bas. p. 34 omnibus vitiis servatis: *διόκουσα* et *πτεροτῶν* Bas. Eud. (Flach p. 117) || *περιεπταμένῳ* codex Eudociae

cum Bas. pro *περιπτάμενος* || *ἀρώσας* Bas. Eud. || *ἀροτριάσεως* et *τοὺς πλείστους* Scholiorum libri, *ἀρδεύσεως* et *τὴν πλείστην* Bas. Eud. || Ceterum verba *Δημήτηρ ἡ γῆ καλεῖται, ὅτι πάντων ἡ γῆ μήτηρ* non omisit falsarius, sed e medio capite in initium transtulit. || *δι' Ἐλευσῖνος* Scholiorum libri, *ἐξ Ἐλευσῖνος* Bas. Eud.

5) P. 159 *περὶ τῶν Ἑσπερίδων. ἡ δὲ ἀλληγορία — τὰ μῆλα* Schol. Theog. 215 Bas. p. 238.

6) P. 201 *λαμβάνεται δὲ ὁ Ζεὺς* — p. 202 *Στωικούς* Tzetz. prol. apud Gaisf. p. 36 = Bas. p. 27. Flach p. 116 parum accurate ab *ἀκολούθως* incipere narrat Tzetzae locum. Cornuti enim caput 11 fons est verborum *ἀκολούθως — γινομένων*.

7) P. 206 *Λέγεται δὲ Ἥλιος — ἔχων* Tzetz. ad Hes. op. 154 Bas. p. 77, non Etym. M. 426, 46, ut minus recte contendit Flach: *ἀφαιρέσει τοῦ δ* Tzetz., *ἀφαιρέσει* Bas. Eud.

8) Ibidem *ἔστι δὲ ὀξυκίνητος — μηνί.* Tzetz. ad Hes. op. 412 Bas. p. 137: *νυχθημερησίαν* Tzetz., *νυχθημερίαν* Bas., *νυκθημερίαν* Eud.*)

9) P. 206 *περὶ Ἥρας. Ἥρα — μεταλαμβάνεται.* Tzetz. prol. apud Gaisf. p. 36 = Bas. p. 27.

10) P. 259 *περὶ Καλλιστοῦς. καὶ τὸν ἀρκτοῦρον — ἀρκτοφύλακος.* Tzetz. ad Hes. op. 564 Bas. p. 161, non Eratosth. catast. 8, ut Flach putat p. 33.

11) P. 263 *περὶ Κυκλώπων. Ἑλλάνικος — οἱ θεοί.* Schol. Theog. 139 Bas. p. 232.

12) P. 293 *περὶ Μουσῶν.* Tota glossa e Cornuti cap. 14 et Tzetz. prol. apud Gaisf. p. 24 sq. = Bas. p. 16. 20 sq.

---

*) Liceat mihi data occasione de fontibus huius glossae exponere: 1) — *καὶ ἡ Σελήνη* Schol. Ap. Rh. IV 54 || 2) *τοῦ δὲ — νεώτατος* (Schol. Pind. Ol. VII 75) Phav. 855. Vide supra p. 29 || 3) *καὶ αἱ καλούμεναι Ἡλιάδες* Eust. Dion. 288. || 4) *καὶ ἄλλοι — καταγραφῇ* verba ipsius falsarii sunt de glossa insequenti, quae a Villoisonio omissa est: *Ἡλίου καὶ Σελήνης γενεαλογία* || 5) *τὸν δὲ Φαέθοντα — λιθοειδές* Eust. Dion. 288. || 6) *Λέγεται — ἔχων* et 7) *ἔστι δὲ — μηνί.* Vide supra. Parum accurate de his statuit Flach p. 102 et p. 151.

composita est. E Tzetza autem haec sunt: *ἐννέα — γεραίρουσιν* p. 20 Bas. [*περὶ* Scholiorum libri, *παρὰ* Bas. Eud.] ‖ *παρὰ τὸ ὑπὸ πάντων — ἀγχινοίᾳ* Bas. 16 et 21. ‖ *ἢ ὅτι τετράγωνος — πολλάκις πολλά* Bas. 16. ‖ *κἂν ᾖ καθόλου* — p. 294 *συγγράμματα* Bas. 21 et 22. ‖ *ἀλλ' Εὔμηλος — Ῥοδίαν* Bas. 17. 18. ‖ *τινὲς δὲ τὰς Μούσας — Καλλιόπη* Bas. 17. 18. ‖ *τινὲς δὲ ἕτεροι — Τερψιχόρην* Bas. 19. ‖ *καὶ αἱ μὲν τρεῖς* — p. 295 *ἐννέα λεγόμεναι* Bas. 18. 19. Reliqua suppeditavit Cornutus, eidemque, non scholio Hesiodi pleniori, ut arbitratur Flach, verba *τινὲς δὲ καὶ δύο μόνον εἶναί φασιν* debentur. Vitia Basileensia tenet Eudocia, velut p. 294 *μερικώτατοι* Scholiorum libri, *μετρικώτατοι* Bas. 21 et Eud. | *ἐννέα ἡμέρας συγκαθεύδων* in *ἐννέα νύκτας συγκ.* mutavit falsarius, non in codice invenit.

13) P. 327 *περὶ Πανδώρας*. Tzetz. ad Hes. op. 56 Bas. p. 47.

Haec igitur cum aut e codice Cantabrigiensi s. XVI aut ex editione Basileensi 1542 deprompta esse consentaneum sit, hoc probabilius est. Certe neque de interpolationibus cum Flachio cogitari potest neque de integrioribus aut plenioribus Hesiodi scholiis ab Eudocia excerptis. P. 263 enim nihil legitur, quin e Basileensi sumptum esse possit praeter verba *ἀλλὰ περὶ τῶν θεῶν*, quae facillime addi potuisse vel ab ineptissimo homine e titulo libri (*ἐξηγήσεις τῆς Ἡσιόδου θεογονίας*) facile concedas [*υἱοῦ τοῦ Οὐρανοῦ* Scholiorum libri, *υἱοῦ Οὐρανοῦ* Bas. Eud.]. De reliquis, quae meliora quam in nostris Hesiodi libris servata esse ab Eudocia contendit Flach, supra exposui.

Sed satis mihi multa et luculenta proposuisse videor exempla, quibus efficeretur, quod volui, dimidiam fere partem violarii e Phavorino a. 1538 impresso descriptam esse.

LIBER ALTER.

Nunc de iis agendum est, quae praeter Phavorinum in mythologicam praecipue partem recepit Eudocia.

§ 1. Initium autem faciam a NONNI ABBATIS in Gregorii Nazianzeni orationes explicationibus.

»Editos in duas S. Gregorii Naz. a Rich. Montacutio 1610 et ineditos in multas alias eiusdem S. Patris orationes commentarios sive *συναγωγὴν καὶ ἐξήγησιν ἱστοριῶν* cuiusdam monachi Nonni« postquam Villoison p. X in fontibus Eudociae numeravit, Nitzsche p. 21 sq. cum primus eam in rem subtilius inquirere coepisset, eo pervenit, ut, quod modo Nonni modo Cosmae (in carmina S. Gregorii) verba in violario sibi repperisse videbatur, utriusque eorum fontem i. e. vetera in Gregorium scholia etiam ab Eudocia excripta esse censeret. Suam fecit hanc sententiam novaque exemplorum copia comprobare conatur Flach p. 140 sq. Mihi cur non persuaserit, exponendum est.

Cosmae Hierosolymitani explanationes carminum S. Gregorii habemus editas in Spicilegio Rom. II ab Ang. Maio et a Mignio in Patrol. Graeca 38 p. 339 sq. Sunt ea scholia continua oratione scripta neque ullis distincta singulorum capitum titulis. Contra Nonni abbatis in quattuor orationes S. Gregorii explicationes constant ex magno numero breviorum narrationum, quarum singulis index additus est peculiaris. Titulus Nonni operis est hic: *Συναγωγὴ καὶ ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιταφίῳ λόγῳ, ἐν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ στηλευτικῷ, ἐν τῷ εἰς τὰ ἅγια φῶτα λόγῳ.* Horum ea, quae ad Steleuticas duas sive in Iulianum invectivas spectant, dudum edita sunt a R. Montacutio Etonae 1610 (S. Gregorii in Iulianum invectivae duae cum Scholiis Graecis nunc primum editis), indeque in Patrol. Graecam recepit Migne vol. 36 p. 985 sq. Ex reliquis commentariis (in laudes Basilii Magni et in S. lumina) pauca edita

sunt ab Ang. Maio l. l. p. 374 sq. et a Mignio vol. 36 p. 1057. Omisit enim omnia illa Maius, »quae apud Cosmam ad litteram iam extabant«. Viginti primas narrationes ad funebrem in laudem Basilii orationem edidit Fr. Creuzer in Melet. crit. p. 59 sq. Latine Nonni in invectivas duas et in funebrem orationem commentarii prodierunt Parisiis 1569 per Billium (cf. Fabric. VIII 394 et 429 ed. Harl.). Denuo vulgavit eam versionem Migne cum textu Graeco et haec de ea adnotavit: »Textus Latinus is est, quem dedit Billius in sua editione operum Greg. Naz. Ex diverso exemplari prodiit, ut patet, et in multis discordat a Graeco Nonni. Nihil tamen mutamus, ut exemplaris utriusque lectio servetur.« Et bene fecit, quod nihil mutavit. Si enim textum Eudociae cum similibus locis Nonni Montacutiani et Billiani et cum Cosma comparaveris, facile agnoscas nullius cum lectionibus saepius Eudociam congruere quam cum Billianis. Rursus et Billius et Eudocia fere cum paucis iis consentiunt, quae e »Codice Regio« (an 2551? cf. Schoellii histor. litt. Gr. ed. Germ. III 182) adnotat Migne. Mea igitur sententia, quae cum commentariis ad S. Gregorium scriptis in violario congruentia leguntur, omnia falsarius hausit e codice Parisini 2551 et Billiani propinquo Nonni in IV illas S. Gregorii orationes commentarios complectente. Nam ubi ad Cosmam propius accedere Eudocia videbatur Nitzschio, ibi accuratius etiam Nonnum Billianum ab Eudocia expressum esse apparet. Consideremus Nitzschii exempla: P. 172 *περὶ Ἐπικτήτου. ὑπὸ τοῦ τυράννου Μακεδόνος* Eud., *ὑπὸ τοῦ τυράννου* Nonn. Montac. I 14, *ὑπὸ τοῦ τυράννου Λακεδαίμονος* Cosm. p. 206; propius igitur ad Cosmam accedit Eudocia secundum Nitzschium. At si Billii versionem inspexisset (»a Macedone tyranno«), aliter iudicasset. || P. 172 *περὶ Ἐπικούρου. οὗτος τέλος* — p. 173 *ὁ θεός*. Non Cosmae (p. 259) textum ante oculos habuit Eudocia, ut volunt Flach p. 143 et Nitzsche l. l., sed eundem atque Billius textum: *ἡδονὴν, οὐ τὴν ἀκάθαρτον, ἀλλὰ τὴν φυσικωτάτην κατάστασιν* Nonn. Mont. I 27, *ἡδονὴν. καὶ οἱ μὲν νέοι ἐξηγηταί φασιν οὐ τὴν ἀκάθαρτον, ἀλλὰ τὴν φυσικωτάτην κατάστασιν* Cosmas l. l. Contra Bil-

lius: »quamquam qui philosophorum dogmata interpretantur, eum non in impura atque obscoena voluptate summum bonum posuisse dicunt.« Cuius in exemplari ad verbum eadem patet extitisse atque quae habet Eudocia: *καὶ οἱ μὲν ἐξηγηταὶ τῶν φιλοσόφων λέγουσι τέλος αὐτὸν τίθεσθαι τὴν ἡδονὴν, οὐ τὴν ἀκάθαρτον.* Minus accurate de his Flach agit p. 142 in adn. 2 Nitzschium secutus.

Alia eiusmodi exempla protulit Nitzsche p. 24 in adn. 2: p. 412 *περὶ τῶν φαλλῶν* non cum Nonno I 37, sed cum Cosma p. 261 Eudociam facere Nitzsche et Flach volunt. At multo accuratius cum Billio quam cum Cosma illa consentit: *Πρόσυμνος* Nonn. Mont., *Πολύυμνος* Cosm. Bill., *Πολύυπνος* Eud. | Verba Eudociae *καὶ ἐσπερματίσθη ὑπ' αὐτοῦ ὁ Διόνυσος* neque Nonnus habet neque Cosmas, sed unus exprimit Billius: »sicque ab ipso Bacchus constupratus est«; idem unus Eudociae verba *καὶ τύπον σκῆπτρον τοῦτο ἐπεφέρετο* tuetur, quae et a Nonno Montac. et a Cosma absunt. || P. 47 *περὶ ἀπύγων* non Cosmam p. 225, sed Nonnum I 39 sequitur Eudocia. || P. 90 de Berenices coma eadem quae Billius (Nonn. II 2) describit falsarius, nisi quod Cononem cum Montacutio nominat, quem Comonum vocat Billius. [Verba *τοῦτο δὲ καὶ μύριοι — κατηστέρισαν* e Tzetz. ad Hes. op. 382 Bas. 126 adicit falsarius.] || Neque a Nonni verbis recedit p. 257 *περὶ τοῦ κολοιοῦ* (Nonn. I 63), neque p. 391 ab eodem auctore II 4 in glossa *περὶ τοῦ κατηστερισθέντος* (sic) *ταύρου*: *ταῦρός τις ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος — οὐρανῷ.*

Quin etiam ubi integras e Nonno glossas repetit Eudocia, indices capitum eos servat, quos a Billio lectos esse interpretatio eius testatur, velut p. 257 *περὶ τοῦ κολοιοῦ καὶ τῶν πτερῶν αὐτοῦ* inscribit Eud., »De graculo pennisque ipsius« Billius, *περὶ τοῦ κολοιοῦ* Nonn. Montacutianus. Cosmas denique, ut supra dictum est, his titulis plane caret. || Cf. praeterea p. 7 *περὶ τοῦ πῶς ἡ Ἀθηνᾶ παρθένος οὖσα τίκτει δράκοντα* Eud., *περὶ Ἀθηνᾶς καὶ δράκοντος* Nonnus Mont. II 27, »De Minerva virgine draconem pariente« Bill. || P. 103 *περὶ τῆς δαιμόνων λιχνείας* Eud., *περὶ τῶν λίχνων δαιμόνων* Nonn. Mont. II 16, »De daemonum ligurritione«

Bill.*). || P. 264 *περὶ τῶν ἐς Κυνόσαργες ἀποῤῥιπτομένων νόθων* Eud., *περὶ τοῦ Κυνοσάργεος* Nonn. Montac. I 60, »De spuriis qui in Cynosarges abiciebantur« Bill. || Et multa his similia.

Neque ea, quae a Nonno peti potuisse negat Flach, revera ab omnibus Nonni libris exulare eiusdem Billii interpretatione docemur, quippe quae non pauca servet, quibus Graeca editio caret: p. 119 verba *καὶ αὐτῆς τῆς μέθης* et *τῆς Ἥρας — γνησία γυνή* Eudocia e Nonno I 94 petivit, quamquam Graecus textus editus non est. Billii enim codex isdem verbis id caput exhibuit. || Alia eo e genere subministrat Creuzer l. l., velut verba p. 20 *Ἄβαρις — Ἑλλάδα*, ad quae solum Cosmam p. 181 Flach laudat, petita esse e Nonno in funebrem Basilii orationem Creuzer indicat l. l. p. 75. || P. 40 *περὶ Ἀλφειοῦ τοῦ ποταμοῦ*. Non Cosmas p. 198, sed Nonnus auctor est capitis. Cf. Creuzer p. 78. || P. 290 *περὶ Μίδου — Ἄγκυρα*. Flach Cosmam p. 245 laudat. Sed Nonno locus debetur. Cf. Creuzer p. 74. || P. 404 *περὶ Τροφωνίου — μεμάντευται* (Schol. Ar. Nub. 508) Phav. i. v. Ad verba *οἱ περὶ Τροφώνιον* — p. 405 *Ἀπόλλωνος* Nonnus I 1, non Cosmas p. 184 laudandus erat Flachio p. 145. || P. 431 *περὶ Χείρωνος. ᾤκει — τοξικήν* Nonnus Creuz. p. 71, non Cosmas p. 197. || P. 441 *περὶ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου* — p. 442 *Θρᾴκην* Nonnus Creuz. p. 82, non Cosmas p. 224. Integrum idem Nonni caput Eudocia excribit p. 292 *περὶ Μολιονιδῶν*.

Quae cum ita sint, ne ea quidem capita perpauca, quae in editis Nonni commentariis non leguntur, e Cosma vel eius fonte sumpsisse Eudocia putanda est, sed, nisi me omnia fallunt, ea quoque in Nonni ad funebrem Basilii et in S. lumina orationes scholiis extant. Sunt autem haec:

P. 143 *περὶ τῆς Ἑκάτης* — p. 144 *ὁρῶντας*. Cosmas p. 505 (Migne) similia scripsit. Nonnus editus haec non continet, sed ex eius ad S. lumina commentariis eam glos-

---

*) Flach non recte e Scholio Ar. Pac. 192 pleniore hanc glossam haustam esse suspicatur.

sam sumptam esse ideo mihi persuasum est, quod Hecatae mentio iniecta est in ea oratione a S. Gregorio apud Mignium vol. 36 p. 339. Extat autem is locus sine dubio ineditus inter eas narrationes, quas quintam et sextam fecit A. Maius.

P. 319 Ὄσιρις — Τυφῶνος. Nonnus editus haec non continet. Eadem fere leguntur apud Cosmam p. 149. Eudociae auctor est Nonnus ineditus ad S. lumina. Cf. Mignium vol. 36 p. 340. Locum habere putanda est narratio haec ante eam quam decimam edidit Migne.

P. 332 μυθεύεται δὲ — ἐλεφάντινον. Cosmas p. 146 similia narrat, eamque ob causam omissus est a Maio in commentariis ad Sancta lumina de Pelope locus, quem ibi extare e Mignio p. 340 concludas.

P. 413 ἐν τῇ ἑορτῇ — πλαγιοφάλλους. Eadem leguntur apud Cosmam p. 157, non leguntur apud Nonnum I 37 nec omnino in editis Nonni commentariis. Sed praetermisit, nisi fallor, Maius id caput in comm. ad S. lumina. Cf. Migne p. 337: οὐδὲ φαλλοί τινες καὶ ἰθύφαλλοι.

P. 429 caput περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων ἀστρονομίας e duobus Nonni Scholiis mihi videtur derivasse Eudocia, quorum alterum ineditum extat inter octavam et nonam ad S. lumina narrationes. (Cf. Migne p. 340). Alterum est editum I 70. Neque cum Montacutii textu Graeco, sed cum Latina Billii versione congruere videmus hoc quoque loco Eudociam: δεύτεροι — εὐδοκιμοῦσιν et λέγεται — ἐξεῦρον ex hoc scholio originem ducunt. »Aegyptii, ex immensitate terrae et locorum divisionibus prius edocti, atque ita ad scribendum adducti«, verba Billii, quibus in Graeco Nonni textu nihil respondet, servata sunt in violario.

Ceterum satis multos e Nonno locos neglexit Flach p. 142, alios falso ei tribuit: p. 89 ὅτι ἐν Πατάροις — ἀπεκτάνθη ἡ Χίμαιρα Nonn. I 50. || P. 96 περὶ γεωργίας Nonn. I 67, non Apollod. I 4, 5. Illum enim ad verbum exprimit Eudocia, ab hoc toto caelo abest*).

*) Ignorat omnino Apollodorum Eudocia, quaeque ei tribuit Flach p. 34, alias habent origines: Amphictyo p. 44 ex Eust. Hom. p. 1815

P. 99 *περὶ Γοργόνων* non Nonnus I 76, sed (Zonaras p. 448) Phavorinus 431 auctor est Eudociae.

P. 106 *περὶ Δάφνης* glossam immerito e Scholiis Greg. Naz. repeti a Flachio, immo originem ducere ex Phavorino 454 supra p. 28 demonstravi.

P. 143 *περὶ τοῦ ἐς κυνόσαργες λεγομένου* non Nonnus I 60, sed (Suidas i. v. *εἰς κυν.*) Phavorinus 587 suppeditavit Eudociae.

P. 151 *περὶ τοῦ Ἐρεχθέως. Ἐρεχθεὺς — κινῶ* (Et. M. 371, 35 et Tzetz. Lyc. 158) Phav. 744. | *ὁ Ζεὺς βουλόμενος — τοὔνομα λαβὼν* Nonn. II 27.

P. 194 *περὶ Ζαμόλξιδος*. Flach Cosmam p. 181 laudat auctorem. Sed alia est huius glossae origo. *Ζάμολξις — τεθνήξοιντο* e Phavorino descripta sunt, cuius duo sunt fontes: alter (*— θεὸν ἤδη σέβονται*) qui sit ignoro, alter est Hesychius i. v. Servat autem utrumque fontem pleniorem Phavorinus; velut initio prioris haec habet: *Ζάμολξις Ζαμόλξιδος, ὡς Πάρις Πάριδος· τὰ γὰρ κύρια τὴν εἰς δος κλίσιν εἰλήχασιν κ. τ. λ.* | *Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς — θεῷ* Eust. Dion. 304.

Sed sufficiant haec pauca de multis exempla. De iis videndum est, quae p. 146 sq. protulit Flach. Tribus enim de causis ab Eudocia usurpatos esse Cosmae aut Nonni commentarios negat eosdemque atque illorum fontes eius esse statuit. Nam primum non tam ad verbum cum illis commentariis glossas violarii congruere dicit, quam cum reliquis fontibus soleant. At cum Billio congruit Eudocia, et ita congruit, ut fere eodem atque ille codice usa esse videatur. Tum inveniri quaedam apud Eudociam, quae in Oxoniensibus et Monacensibus S. Gregorii Scholiis legantur, non legantur in Cosmae aut Nonni commentariis. Quae tandem ista? Neque enim mihi in violario contigit ut reperirem. Tertium proponit argumentum, pleniores esse multas Eudociae glossas

---

profluxit. ‖ De Persei genealogia p. 106 supra p. 42 dixi. ‖ P. 162 *Εὐρώπη — ἐπλάσθησαν* e codice Par. 2600 ducta sunt. ‖ P. 210 *Περσέως* — p. 211 *ἀπήλασαν* Schol. Ap. Rh. I 747 Par. ‖ Tres praeterea genealogias quae ibidem Apollodoro tribuuntur non ex illo, sed variis e fontibus, partim etiam e suis ipsius glossis compilavit Eudocia.

quam similia Cosmae vel Nonni capita eiusque rei exempla nonnulla exhibet:

p. 196 *περὶ τοῦ πάντα γινομένου κ. τ. λ.* in verbis *λέγεται* — p. 197 *ἐξοχώτατος θεός* multo esse verbosiorem dicit Flach Eudociam quam Nonnum II 29. Et est re vera verbosior. Neque vero eo de capite Eudocia sua sumpsit, sed e Nonno I 91; e Nonno II 29 sola verba *ὁ παρ' Ἕλλησιν ἐξοχώτατος θεός* deprompsit. Reliqua igitur e Nonno I 91, sed e Billii, non e Montecutii textu habet, id quod vel titulus demonstrat: *περὶ Διὸς πάντα γινομένου* Mont., *περὶ τοῦ πάντα γιν. διὰ τὰς γυναῖκας* Eud., »De eo qui propter feminas quidvis efficitur« Bill. Tum *πάλιν ταῦρος γενόμενος τὴν Πασιφάην ἐπόρνευσεν*, quod habet Mont., cum Billio omittit Eud.

Sequitur p. 198 *ὁ Ζεὺς λέγεται ἐν Κρήτῃ — καὶ κεῖται ἐν Κρήτῃ.* Quae paene ad verbum e Nonno II 30 descripta sunt neque plenior hoc Nonni loco est Eudocia in textu. In margine autem haec adpinxit: *καὶ γὰρ αὐτὸς — συγγράμμασιν*, e (Suid. i. v. *πῆκος*) Phav. 1501, quae verba immerito e S. Gregorii scholio integriore repetit Flach.

P. 274 *περὶ τῶν Λακωνικῶν ἐφήβων.* Duo sunt huius glossae fontes, alter ineditus, editus alter Nonnus I 58. Hoc e fonte derivatus est exitus *ὅτι τοὺς παῖδας κ. τ. λ.* Prioris partis fontem esse Nonnum ad S. lumina satis luculenta habeo indicia. Legitur enim in ea oratione (apud Mignium p. 337) *Λακωνικῶν ἐφήβων ἐπιβώμιον αἷμα ξαινομένων ταῖς μάστιξι κ. τ. λ.*, e quibus Gregorii verbis titulum scholii, ut solet, effecit Nonnus, quem retinet Eudocia. Praeterea Nonnus ipse I 58 de Laconum ephebis et egisse (cf. I 11) et acturum esse se pronuntiat alio loco. Qui locus non potest esse nisi is, quem dixi, ex initio orationis in S. lumina commentarii. Omisit autem Maius id scholion ante illud quod quintum fecit, quia eadem verba Cosmas habet ad carm. 63 (p. 508 Mign.).

P. 276 *λέων τις ἦν — ἄστροις.* Ea, quae a sola Eudocia exhiberi, abesse a Nonno II 5 Flach ait, Billius in suo exemplari legit. Interpretatur enim illa his verbis: »Pro-

fectusque Hercules leonem interfecit. Quamobrem dii, ut Herculis certamen clarum atque illustre redderent, stellis in caelo leonem depinxerunt; ac nunc leo inter astra est.«

P. 332 *μυθεύεται* — *ἐλεφάντινον* videri mihi e Nonni ad S. lumina commentariis derivata esse supra p. 49 monui.

P. 371 *περὶ τοῦ Σαλμωνέως*. Verba *καὶ Λαοδίκης* in margine addit Eudocia ex Eust. Hom. 1681 eodemque e fonte *ἀδελφὸς Δηιονέως καὶ Κηφέως* (quem Cretheum debebat dicere; idem vitium observatur viol. p. 260). Omnino quae ad heroum genealogias pertinent in toto violario studiosissime colligere et datis occasionibus proferre solet Eudocia. Verba *διὸ καὶ ἀντιβροντᾶν* — *ἐμυθεύθη* et *Ὅμηρος* — *καλεῖ* (haec in margine) ex Eust. Hom. 1681 sq. hausta sunt.

P. 397 *περὶ τῶν τράγων κ. τ. λ. ἔστι δὲ ἓν ἐκ τῶν ἑπτὰ τοῦ Νείλου στομάτων* (Suid. i. v.) Phav. 1236.

P. 429 *περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων ἀστρ.* Vide supra p. 49.

P. 139 *οὗπερ μὴ δυνάμενος* — *θάλψιν*. E Nonno I 26 haec orta non sunt. Unde provenirent nondum mihi contigit ut explorarem; quamquam possunt ab ipso falsario ficta esse.

P. 195 *ὁ οὖν Ζεὺς* — *γεωργίαν διδάξας* a Nonno S. lum. 1 abesse recte monet Flach. At enim alii sunt fontes: *Ὁ οὖν Ζεὺς* — *Οὐρανῷ* Nonn. I 89; cf. interpr. Billii | *μὴ βουλόμενος* — *ἀφροῦ*. Nonn. I 88 | *καὶ οὕτως ἔλαβε τὴν βασιλείαν ὁ Κρόνος* rursus Nonn. I 89 | *οὗτος τοίνυν* — *ἐτίμησαν*. codex Paris. 2600; cf. Miller, périple de Marcien d'Héraclée p. 311 | *ὡς ἡ δημιώδης* — *εἶναι* Nonn. S. lum. 1.

P. 441 *περὶ τοῦ Ὠρίωνος*. Verba *ἄστρον μέγιστον* — *ἥρωϊ* itemque in praecedentibus quaedam ad Nonni verba ad fun. Bas. 6 addit Eudocia e Phav. 1895 (Eust. Hom. 1156).

Ita cum de exemplis scholiorum integriorum a Flachio collectis iudicandum sit, non est cur cum eodem, ubi eadem plane verba apud Nonnum atque apud Eudociam leguntur, interpolatoris manum agnoscamus neque p. 336 de Proserpina glossam, nec de Triptolemo p. 397 interpolatam, sed e Nonno ad S. lumina 2 (— p. 337 *τελεῖσθαι*) priorem, e Nonno I 67 alteram esse descriptam iudico.

Mitto denique ordinem membrorum interdum turbatum, de quo eodem loco Flach loquitur; pauca addam de eo argumento, quod extremum ponit Flach p. 149, fieri non potuisse ut meliores Eudocia quam Nonnus praeberet lectiones, si usa eo esset. Praestare autem Nonnianis in violario haec:

P. 15 ὃν οἱ θεοὶ ἰδόντες bene Eudocia, ... εἰδότες Nonn. I 86. At »videntes« etiam Billius || P. 95 inepta Nonni I 41 verba καὶ λαμβάνει αἰχμάλωτον τὸν Ὕλλον τὸν υἱὸν τοῦ Θειοδάμαντος ab Eudocia bene abesse ait Flach. Nec vero Nonni, sed Montacutii dicere debebat; nam a Billii interpretatione eadem absunt || P. 208 Ἰόλαος ὁ Ἰφικλέους ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ Eud. rectius quam Nonnus I 49 Ὕλας. Quod nisi illa in suo codice repperit, fortasse e Scholio Hes. Theog. 317 Bas. p. 248 addidit.

Neque re vera, ut vult Flach p. 150, cum Cosma lectiones Eudociae plures quam cum Nonno congruunt. Sane p. 40 Ἀρκαδία πόλις, non χώρα etiam Nonnus habet (Creuz. p. 78), eius glossae, ut supra p. 48 dixi, origo.

P. 90 τῶν πλοκάμων τῶν ἑαυτῆς ἀπόκαρμα Nonnus Mont. II 2, τὸν πλόκαμον ἀποκείρασα τὸν ἑαυτῆς Eudocia et Cosmas. Sed idem apud Nonnum legit Billius »detonsos crines« interpretatus.

P. 251 ἐν Ἀντιοχείᾳ Eudociae textus et Cosmas, γρ. περὶ τὴν Ἀντιόχειαν Eudociae codicis margo, κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Nonn. II 21, »in Antiochia« Billius.

P. 257 ἀπενίζοντο Nonni I 63 codex Regius cum Eudocia habet.

P. 266 περὶ Κύρου. ἔπεισεν αὐτούς, quae verba Mont. omittit (Nonn. II 9), cum Eudocia legit Billius (»ipsis persuasit«).

P. 387 νομοθετῆσαι τοὺς νόμους Nonnus I 21 Mont., νομοθ. τοῖς νέοις Cosmas, νομοθ. τοὺς νέους Eudoc., »iuventuti« Billius.

P. 413 supra p. 49 dixi scholion ineditum Nonni ad S. lum. (Mign. p. 337) excriptum esse.

Haec habui, quibus Nonni in quattuor S. Gregorii orationes scholia in Eudociae fontium numero esse probarem.

Quo eorum codice usa sit indagare et difficillimum, quia apparatu critico in his caremus, neque operae pretium est. Atque de Nonno hactenus.

§ 2. CODEX PARISINUS 2600 non totus editus est, neque fortasse totum habuit Eudocia, certe non adhibuit nisi eam partem, quam describendam inde curavit E. Miller in Marciani Heracleotae editione Parisiis 1839 p. 310 sq. Primus ea fragmenta cum quibusdam Eudociae biographicis congruere perspexit G. Bernhardy in prolegomenis Suidae praemissis. Tum eadem commemorat Nitzsche p. 25 sq.; deinde Flach p. 90. Descriptionem codicis exhibet Cramer in anecd. Parisiens. II 116 et fere totum exaratum esse refert manu Mich. Suliardi, quem Nauplia oriundum multos codices intra annos 1475 et 1496 scripsisse auctor est Gardthausen palaeograph. Graec. p. 332. Qui codex cum praeter alia multa grammatica, historica, cet. batrachomyomachiam a Leonardo Aretino († 1444) Latine redditam contineat, quo tempore scriptus sit, dubitatio nulla relinquitur. Eius igitur codicis e foliis 183 sq. quae publici iuris fecit Miller, ea cum aliis e fontibus tum ex Eudociae violario manasse censet Flach. Mihi contra e codice 2600 hausisse Eudocia videtur septem locos. Verba enim cum Eudocia et Cod. 2600 eadem scripserint eademque commiserint vitia, alterum alterius fontem esse consectarium est. Ille autem multa habet, quae ex Eudociae libro hausta esse nequeant. Sed ipsos locos in examen vocemus:

1) P. 128 *περὶ Δίκτυος*. Biographicorum Eudociae fontem esse Suidam infra in libro III docebo. A quo cum mirum quantum haec glossa recedat, aliam eius originem quaerendam esse patet. Et congruit hoc caput ad verbum cum codice Parisino 2600. Ibi autem fons nominatur Suidas, quem interpolatum legisse Suliardus videtur. Nam quae de Septimii Latina Dictyis interpretatione narrat, e Latino Dictye addita sine dubio sunt. Utut est, Eudocia Suliardum expilat quaeque illi sunt peculiaria, in violario redeunt: velut *Σεπτιμῖνος* (quem Septimium nominant Dictyis libri) | *ὢν ἐνὶ*

pro ὧν ἐν ἑνί | μεθερμηνεύθη. Praeterea suo more quaedam adicit Eud.: ὥς φασιν et οἱ δὲ ἐπὶ Νέρωνος; hoc e Cyriaco Anconitano, quem infra p. 402 descripsit. Omittit autem verbum ἱστορικὸς initio et in fine post μετήνεγκεν verba Suliardi ὥς ἐστιν ἰδεῖν. Quo fit ut Suliardum auctorem Eudociae esse intellegamus. Ille enim si Eudociam usurpasset, non addidisset ὥς ἐστιν ἰδεῖν, sed ea verba is posuit, qui e Dictye Suidam interpolavit, sive is Suliardus fuit sive eius auctor.

2) P. 150 περὶ Ἐπιμενίδου. Suliardus Diogenem Laertium excerpit et ex eo vitae Epimenidis ad Solonem epistulam subiungit, cuius post finem haec habet: διεξοδικωτέρως δὲ ὁ βίος τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Διογένους Λαερτίου γέγραπται. Eudocia cum paene ad verbum cum Suliardo faciat, fieri non potest quin is eius auctor sit. Ipsa enim si Diogene Laertio hoc loco usa esset, cum Basileensi editione congrueret, quam expilatam ab ea esse infra demonstrabo. Vitia Eudociae cum Suliardo communia sunt haec: μετασκευασμένα | τάλαντα (τάλαντον D. L.) | κατελογάδην Sul., κατεκλογάδην Eud., καταλογάδην D. L. etiam in Basileensi editione. | Verba autem κατὰ δέ τινας — τοὺς ἐκεῖ ex Eust. Dion. 88 addit Eudocia itemque alia quaedam, velut ὅθεν καὶ παροιμία — κοιμᾶσθαι nescio unde petita, fortasse ex Erasmi adagiis, tum p. 151 καθαρμοὺς δι' ἐπῶν ex (Eust. Hom. 313) Phav. 1818. Ceterum ἱδρύσατο κ. τ. λ. Suliardus cum Diogene posuit post τετρακισχίλια, Eudocia ad τὸν λοιμὸν in margine collocat καὶ τῶν σεμνῶν — ἱδρύσατο.

3) P. 162 Εὐρώπη — ἐπλάσθησαν additis e Palaephato 16 (cui extrema pars glossae debetur) verbis ταῦρος γεγονὼς ἐκ Τύρου, tum ex Eust. Dion. 270, unde media glossa derivata est, verbis Αἰακὸς et ὁμοίως καὶ Αἰακός; reliqua igitur pars glossae ad Suliardum redit auctorem, cuius vitium Μίνω pro Μίνως repetitur. Qui si Eudociam descripsisset, non omisisset Aeaci mentionem et partem e Palaephato petitam.

4) Eundem locum describit Eudocia p. 194: Ζεὺς βασιλεὺς ἦν Κρήτης — p. 195 Σαρπηδόνα addito ibi quoque Aeaci nomine.

5) P. 195 οὗτος τοίνυν ἐξορισθεὶς — ἐτίμησαν supra p. 52 diximus e codice Parisino 2600 originem trahere.

6) P. 259 ἡ δὲ ἱστορία Κρόνου — ἐτίμησαν.

7) P. 291 περὶ τοῦ Μίνωος. μετὰ ταῦτα — ἐκράτησε et p. 292 καὶ Σικελίας — στρατεύσας. Nam verba διὸ καὶ — λέγουσιν e (Schol. Ap. Rh. II 516) Phav. 1263 provenerunt. Reliqui fontes capitis sunt hi: Μίνως — Κρήτης et κατὰ τὴν μυθολογίαν — πεδίον Nonnus fun. Bas. (Creuzer. p. 87) | ὅς — συνοικισμοῖς Eust. Dion. 498.

Quae cum ita sint, codicem Parisinum 2600 in fontium Eudociae numero referendum esse censeo.

§ 3. Quoniam CYRIACI ANCONITANI mentionem feci. argumenti similitudine ducor ad violarii p. 402—403, ubi bona Eudocia Cyriacum laudat Anconitanum »gravissimum auctorem et aliis virtutibus praestantem hominem« quasi aequalem suum. Neque id vitio vertendum est falsario; descripsit enim, ut omnia illa (p. 402 ὅτι ἐπὶ Νέρωνος — p. 403 ἀδίκως ἀποθανόντος) ita Cyriaci mentionem ex eius epigrammatum per Illyricum repertorum codice, de Cyriaci aetate non minus secura quam de reliquorum fontium temporibus. Atque ii, qui violarii auctorem revera Eudociam existimabant, fieri non potuit quin locum illum interpolatoris esse statuerent. Itaque Flach p. 154 sq. multa de codicum Eudociae fatis inde lucrari nos posse opinatur. Mihi secus videtur.

Leguntur igitur eadem, quae Eudocia habet p. 402 ὅτι ἐπὶ Νέρωνος — p. 403 ἀδίκως ἀποθανόντος etiam in Cyriaci epigrammatum per Illyricum repertorum editione, quam circa annum 1660 Romae cura Caroli Moronii prodiisse auctor est Th. Mommsen C. I. L. III 1, 93. Eius igitur libri p. XXXXII nr. 266 praeter alia quaedam ea leguntur, quae supra dixi. Addit autem Eudocia verba Δίκτυος τοῦ Κρητὸς ante Ὁδίτου et μολιβδίνη λάρναξ pro lectione Cyriaci τις λάρναξ ponit e glossa superiore de Dictye e codice Par. 2600 descripta, tum ἐς Ῥωμαϊκὴν συγγραφὴν Eud., εἰς Ἰταλικὴν συγγρ. Cyriacus; καὶ Παλαμήδους ὡς ἀδίκως ἀποθανόντος voces

inter τὴν συγγραφὴν et καὶ Πενθεσιλείας apud illum collocatas ipsa in fine collocat, quo facilius adnectere possit sequentia e Phavorino p. 1413 (Tzetz. Lyc. 384) petita, quibus perperam eandem atque praecedentibus originem vindicat Flach. In reliquis utriusque verba maxime congruunt, nisi quod sua utrique vitia sunt. Atque apud Cyriacum quidem menda, quibus caret Eudocia, deprehenduntur haec: τοῦ ἐπὶ Ἴλιον, καὶ αὐτοῦ Ἰδομεν ῆ ο ς συστρατευομένου. Melius Eudocia: τοῦ ἐπὶ Ἴλιον καὶ αὐτοῦ Ἰδομεν ε ῖ συστρατευομένου. Tum p. 403 rectius Eudocia οὐ collocat ante προσδεχομένοις, cum omittat Cyriacus, et ἐπιθεμένους scribit, cuius loco ἐπιεμένους Cyr.

Contra plura sunt Eudociae vitia peculiaria: ἀξιοπίστατος Eud., ἀξιοπιστότατος Cyr. | προχώρει Eud., προὐχώρει Cyr. | στρατοπεδεύσασθαι Eud., μ ε τ α στρατοπ. Cyr. | Tum p. 403 κατασ κ ε υ ομένους Eud., κατασ κ ε ψ ομένους Cyr. | Πενθεσι λ ε ίαν Eud., Πενθεσίλειαν Cyr. | ἀπ ο κτονυῖαν Eud., ἀπ ε κτονυῖαν Cyr.

Quae cum ita sint, dubitari nequit quin eundem fontem Eudocia secuta sit quem Moronius. Edidit autem Cyriaci epigrammata Moronius e codice hodie deperdito secundum Mommsenum, quo e libro excerpta antiqua nonnulla extant Graecis plerumque omissis. Quare utrum in codice illud de Dictye caput Moronius invenerit an aliunde addiderit, quamquam sciri nequit, tamen in codice Cyriaci id scriptum fuisse verisimilius est, quoniam qua de causa eo potissimum loco particulam et a praecedentibus et ab insequentibus plane alienam intulerit, explicari non potest. Utut est, neque Moronii editionem adhibuit Eudocia neque Eudociam Moronius. Quod si ille fecisset, fieri non potuisset quin violarium commemoraret. Neque Romae circa annum 1660 violarium adservabatur, sed Parisiis in bibliotheca Colbertina. Relinquitur igitur, ut aut Moronii codice deperdito aut eius apographo aliquo Eudociam usam esse statuamus. Neque raro falsae Eudociae aequales Cyriacum aut laudant aut in usum suum convertunt, ut in epistula Apiani et Amantii inscriptionibus sacrosanctae vetustatis 1534 praemissa

celebratur et in Frisii editione bibliothecae Gesnerianae (Turici 1583) haec de illo leguntur: »Cyr. Anc. epigrammata quaedam seu inscriptiones antiquas per Illyricum iter collegit et edidit. Eius itinerarium citat Torellius Sarayna in descriptione Romae.«

Falsarius igitur aliquo in codice repertum de Dictye, ut opinabatur, excerptum dignissimum existimabat, quo violarium ornaret, neque Cyriaci mentionem describere dubitabat, quippe quem ignoraret tribus saeculis post verae Eudociae obitum natum esse.

Ὀδίτου autem nomen nec pro *Κνωσσίου* cum Dungero (Flach p. 156) neque cum Flachio pro *ἀπὸ Κνωσσοῦ* scriptum esse mihi videtur; sed ortam eam formam esse arbitror hunc in modum. Dictys in codice Bernensi Ditis dicitur (cf. Dict. ed. Meister p. V) duobus locis eandemque formam ex alio codice, si bene memini, laudat Ioly (Bénoît de Sainte-More). Quae forma si in Latino Dictyis libro, quo usus est Cyriacus, extitit, fieri facile potuit ut ille amico scriberet *Ὁ δίτης γράφει* vel simili modo; quod ille non nomen cum articulo, sed unum nomen Graecum esse ratus genetivum fecit *Ὀδίτου*. Sed satis de his.

Inter eos, quos ipsos adhibuit Eudocia in glossis mythologicis, nominandi praeterea sunt Athenaeus, Stephanus Byzantius, Nicandri et Oppiani Scholia, Anthologia Planudea, Sophocles, Euripides, Cornutus, Palaephatus, Philostratus, Byzantini quidam rerum scriptores.

§ 4. ATHENAEO tres locos deberi video hos: p. 242 (*περὶ τοῦ Ἰκαρίου.*) *οἱ δέ φασι — μετέδωκαν* verba ex Athenaeo I 26 in marginem codicis illata sunt. ‖ P. 351 *περὶ Πυλάδου. Πυλάδης — σατυρικῆς* e Suidae Aldina (*Μησταρνῶν* Suidae liber A, *μισθαρνῶν* vulg. Eud. | *ἀπὸ τῆς κωμ.* Suidae libri et editio Mediolanensis, *περὶ τ. κ.* Aldina et Eud.). Reliqua ex Athenaeo XIV 630, 620, 621 maxime turbato membrorum ordine mutuatur Eudocia. ‖ Tum p. 352 *Διὰ τί οἱ ἐρῶντες κ. τ. λ.* ex Athenaeo XII 553 orta

sunt. Cuius glossae e parte extrema, quo Athenaei textu usa sit Eudocia, discimus. Nam post *ἀνθολογεῖν* boni Athenaei libri (A eumque secuti B L) scribunt *ὅθεν αἵ τε περὶ τὴν Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται.* Quibus de verbis unum *λέγονται* servatum est in codice P(alatino a. 1506) et in editionibus Aldina et Basileensi. Quarum editionum unam alteramve secuta Eudocia etiam *λέγονται* ut supervacaneum eicit. Neque est cur cum Flachio p. 164 hos locos interpolatos dicamus.

§ 5. STEPHANI BYZANTII ex Aldina, nisi fallor, editione sumpta sunt pauca ea, quae p. 104 laudat Flach. Quem in fontem sero incidisse Eudocia videtur, quando quidem ante p. 375 nihil inde deprompsit. Aldinae lectiones servatae sunt hae: p. 375 i. v. *περὶ Σινώπης·* (*ἡ δὲ ἱστορία — καὶ Φλέγων* = Steph. Byz. i. v. *Σινώπη*) *κτίσμα Κριτίου* libri Steph. Byz., *κτίσμα μακριτίου* per dittographiam Aldus et Eudocia. Scribendum esse *κτίσμα Κρητίνου* docet Meineke ad Steph. || Tum p. 434 i. v. *περὶ Χρύσης·* (*πλησίον Χαλκηδόνος — ἐν δεξιῷ* et *οἱ δὲ — Χρυσηΐδος* = Steph. Byz. i. v. *Χρυσόπολις*) *ἐν Βιθυνίᾳ πλησίον Χαλκηδόνος* libri Steph., *πλησίον Χαλκηδόνος ἐν Βιθυνίᾳ* Ald. et Eud. || P. 404 ante glossam *περὶ Τρωΐλου* Villoison glossam integram omisit, cuius hic est titulus: *γενεαλογία τῶν Τρώων βασιλέων καὶ καταγωγὴ τῶν Ῥωμαίων.* Ipse glossam non descripsi: Flach partem eius evulgavit ex Stephani Byzantii gl. *Δάρδανος* petitam. Qua in glossa integriorem ab Eudocia servari Stephani textum quam nostris in codicibus immerito ille adfirmat. Nam quod pro omnium librorum lacuna *ἐκ σι** ipsa *ἐκ σινώπης* habet, non in meliore aliquo libro invenit, sed infelicissime coniecit. Nihil enim cum Sinope aut Dardano aut Palladio commune est. (Ceterum neque *ἐκ Σιδῶνος* Meinekio, sed Holstenio, neque *ἐξιών* Muellero, ut affirmat Flach, sed Berkelio debetur. Meineke in loco corruptissimo coniectura prudenter abstinet.) *Τηλεφάης* autem minus recte Flach adseverat ab una Eudocia recte servari. Habent enim idem et codices plerique et

editiones ante Berkelium omnes, cuius non bona coniectura est *Τηλεφάσσης*.

§ 6. NICANDRI Scholia vel potius Nicandri codicem manu aut typis exaratum Eudocia adhibuit duobus locis: p. 209 (*Ἡσίοδος — τῶν Γιγάντων*) Scholion Nic. Ther. 11 neglegentissime descripsit. Neglexit enim *οὐκ* ante *ἔστιν* et *στόματος* scripsit, cum *αἵματος* deberet. ‖ P. 308 Nicandri vitam eam exhibet, quae carminum editionibus praemitti solet. Cui vitae quae addit *ἀέρος τε καὶ εὐκρασίας*, aut aliunde illata aut a falsario ficta sunt, ut non pauca per totum librum similia. Habuit fortasse Eudocia editionem Dioscoridis et Nicandri Aldinam a. 1499: nam Dioscoridem quoque novisse videtur; fortasse etiam Soteris editionem a. 1530. Quamquam vitiis illis carent editiones.

§ 7. Ex OPPIANI Scholiis (Halieut. I 619) ad glossam *περὶ Ἄτλαντος* p. 16 in margine codicis Eudocia (eadem manu qua textum, sed litteris rubris paulo minoribus) versus aliquot adscripsit.

§ 8. ANTHOLOGIAE GRAECAE IX 524 de Baccho carminis eam textus formam Eudocia p. 123 exhibet, quae in Anthologiae Planudeae editionibus veteribus circumferebatur: *ἱραφιώτην* Anth. Pal., *εἰραφιώτην* Planud. et Eud. | *ὥριον*, *ὠμηστὴν*, *ὀρεσίτροφον*, *ὠρεσίλοιπον* Planud. et Eud., *ὡρινομιστήν*, *ὡρεσσίτροφον*, *ὡρεσσίλοιπον* Anth. Palat.

§ 9. SOPHOCLIS tragoediarum editione aut Aldina aut inde expressa usam esse Eudociam e p. 209 sq. elucet. Ibi enim in verbis *παραγενόμενος — Δηιάνειραν εἶπεν* et *ἡ δὲ λαβοῦσα — τροφῆς ἀπορῶν*, tum p. 210 *αὖθις — ἀπέκτεινεν* (cf. Flach p. 152) Trachiniarum argumenti is textus legitur, quem antiquissimae editiones praebebant: *Αἱμανίου* Laur., *Αἱμονίου* Ald. Eud. | *διεπόρθμευε μισθῷ. λέγων* Sophoclis libri, *διεπόρθμευε· μισθὸν λέγων* Ald. Eud. P. 210 *Κύκνος Ἄρεος* Sophoclis libri, *Κύκνος ὁ Ἄρεος* Ald.

Eud. Neque verum est pleniorem extare apud Eudociam textum argumenti, sed aliis e fontibus quaedam, ut solet, illa inserit: *ἐγὼ μὲν διὰ σὲ — τὸν πόθον* ex (Tzetz. Lyc. 50) Phav. 868 eodemque e fonte in margine addit *ἄφυκτα γὰρ — ὕδρας*, quae textui vindicat Villoison. Tum non a voce *διεξιὼν*, sed inde a *σὺν τῷ παιδὶ* incipit Nonni locus I 40.

Non eadem ex editione fluxit *περὶ Ἀντιγόνης* caput p. 78, Sophoclis Antigonae argumentum, quod quamquam non recte Dindorf (Schol. Soph. II p. 20) primum esse a Brunckio editum refert, tamen non Aldinas, sed vulgatas lectiones ibi tuetur Eud.: *νεκὺν* Ald. Brubach., *νεκρὸν* vulg. Eud. | *προσεπισφάζει* Ald. Brubach., *ἐπισφάζει* vulg. Eud. | *ἡ Κρέοντος γαμετὴ Εὐρυδίκη* Ald. Brubach., *Εὐρυδίκη, ἡ τοῦ Κρ. γαμ.* vulg. Eud. Quare in libro aliquo miscellaneo invenisse hoc argumentum Eudocia videtur.

§ 10. EURIPIDIS Alcestidis argumentum e (Schol. Platon.) Phavorino in violarium translatum esse supra p. 26 docui. Orestis et Hippolyti argumenta ex Euripidis editione aut Aldina aut recentiore aliqua illius simillima repetit Eudocia: p. 316 *Ὀρέστης δὲ ταῦτα μὴ φέρων* — p. 317 *Ἄργους ἄρχειν* Argum. Eur. Orest.: *μεταπορευόμενος* Euripidis libri antiquiores, *ἐκδικησάμενος* Ald. Eud. | *περὶ τοῦ τί δεῖ* Eurip. libri, *περὶ τούτου τί δεῖ* Ald. (cum uno cod. recentiore) et Eud. | p. 317 *τέκνου* Eurip. libri, *τέκνων* Ald. et Eud. || P. 411 *Θησεὺς ὁ υἱὸς Αἴθρας* usque ad finem ex argum. Eurip. Hippol.: *συνέβαινε* libri, *συνέβη* Ald. Eud. | *κατεπαγγειλαμένη* libri, *κατεπηγγείλατο* Ald. Eud. | *ἔφη γῆς ἐγκαταστήσεσθαι* libri, *ἔφη ἐγχωρίους ἐγκαταστήσεσθαι* Musurus dedit (codex, quo usus est, *γῆς* cum reliquis habet), quem Eudocia sequitur.

§ 11. PALAEPHATUS et CORNUTUS quia fere toti in violarium recepti sunt, ad eorum textus restituendos Eudociam utilissimam esse rati viri docti diligentissime adhibuerunt. Sed ea spes plane ad irritum redacta est,

cum et Palaephati et Cornuti libris Eudociam usam esse cognoscerent deterrimis. Fischer quidem iam a. 1788 in praefatione editionis Palaephati p. IX Eudociae codicem diversum fuisse negat ab eo, quo Aldus Manutius in ed. pr. usus est. Neque alia est sententia Westermanni (Scr. poet. hist. praef. p. XIII). Neque Osannum fugit, quamquam in partibus e Cornuto petitis Villoison non pauca violarii vitia correxit, e deterioribus libris fuisse codicem ab Eudocia adhibitum. (Cf. Corn. ed. Osann, praef. p. XII.) Ipsa Palaephati editione Aldina a. 1505 usum esse violarii auctorem Gropius in philologorum conventu Wiesbadensi 1877 sibi persuasum esse professus est. Flach p. 27—32 suam de hac re sententiam exponit. Cui Eudocia Palaephatum e codice primae, quam dicunt, familiae (e qua etiam vulgatus textus derivatus est) non dissimili illo quidem, sed omnibus, quibus nos utimur, integriore videtur descripsisse. Cornuti autem librum in violario usurpatum quamquam non negat deterrimum esse, tamen breviorem nostris libris eum fuisse alioque ordine singula orationis membra disposuisse contendit. Quod cur mihi ille non persuaserit, ut exponam, primum de Palaephato, tum de Cornuto agendum erit.

E PALAEPHATO igitur quos locos in violario invenit, p. 26 Flach enumerat; omisit locum unum (p. 89 *περὶ Βελλεροφόντου· ἀλλὰ ταῦτα μὲν μυθώδη — προσανεπλάσθη ὁ μῦθος* Pal. 29), duos iniuria Palaephato tribuit: p. 264 *περὶ τῶν Κύκνων*, quem non Palaephato, sed Phavorino p. 1124 debet Eudocia, cuius fons est Tzetz. Lyc. 232; eiusdemque Phavorini (p. 1194) e copiis mutuata est, quae de Lynceo habet p. 279. Phavorini fons est Schol. Ar. Plut. 210 descriptum e Palaephati cap. 10, quod Palaephati caput ab Eudocia excriptum esse Flach non recte existimat. Ad verbum enim Phavorinum exprimit satis diversum a Palaephati textu. Phavorino autem, non ut Fischer ad Palaeph. p. X existimat fonte eius Scholio Arist. usa est Eudocia. Sic enim Schol.: *Λυγκεὺς, ὃς ἐλέγετο εἶναι πάνυ ὀξυδερκέστατος κ. τ. λ.*, contra *Λυγκεὺς ὀξυδερκέστατος ἐλέγετο* cum Phavorino habet Eudocia.

E vitiis Eudociae cum Palaephati Aldina communibus pauca enumerat Flach eademque in Basileensi, Tollii, Bruneri (cuius pro nomine nescio quo casu apud Flachium constanter litterae *Bonn.* leguntur) nonnulla etiam in Patris et in Galei editionibus legi et in Apostolii violario adnotat. Neque id mirum, cum Apostolium sciamus codice usum esse Aldinae non dissimili, Basileensem autem 1543 ex ipsa Aldina descriptam esse et e Basileensi Tollianum textum 1649, quem in plerisque sequitur Brunerus 1663 ipse descriptus a Paulo Patre 1685. Nec fere a textu Tolliano recessit Th. Gale (1671 et 1688), quamquam meliorum codicum lectiones in marginibus adnotat. (Cf. Fischeri ed. VI, praef. p. XXII sq.) Codices cum hac vulgata consentientes Westermann comparavit V(ratislav. Rhedigeranum 146) s. XV exeunte exaratum et I(e Matritensi 66 excerpta). In quibus cum etiam vitia Eudociae cum vulgato textu communia pleraque reperiantur, satis veri simile est, quae praeter illos codices menda vulgo apud Palaephatum leguntur, Aldinis operis deberi et ex editione aliqua, non e codice manu scripto ab Eudocia in violarium translata esse. Velut p. 19 (*περὶ Ἀκταίωνος*) *τινες* Eudociae cum vulgato textu commune a Westermanno in libro m. s. nullo inventum est, plerique *αἱ κύνες* habent; *κύνες*, e qua lectione Aldinum vitium originem duxit, unus habet liber. Neque quod in eadem glossa sicut in editionibus vulgaribus extat *τοῦ δ' ἀγαθοῦ πράγματος ἠμέλει*, in codice ullo repperit Westermann, sed *τοῦ δὲ αὐτοῦ πράγματος* vel *τῶν δὲ αὐτοῦ πραγμάτων*.

P. 98 *περὶ τῶν Γιγάντων* Palaeph. 6, cuius capitis initio *λέγεται, ὡς ὁ Κάδμος ὄφιν ἀποκτείνας κ. τ. λ.* omnes codices habent (etiam I et V). Unus codex Gallicus Galei exhibet *ὄφιν ἀποκτείνας δράκοντα*; contra in Aldina et inde in vulgaribus editionibus omnibus *Λέγεται ὡς ὁ Κάδμος, ὥς φασιν ἀποκτείνας τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα.* Quae verba ita orta esse perspicuum est, ut *ὄφιν* vox a Palaephato scripta apposito glossemate *δράκοντα* explicaretur, idque glossema deinde nescio quis infeliciter doctus additis inepte *τὸν ἐν Λέρνῃ* vocibus ornaret. Itaque *ὄφιν ἀποκτ. τὸν ἐν Λέρνῃ δρά-*

κοντα ab Aldo in codice inventum et ὥς φασιν ex ὄφιν facili mutatione factum esse censeo. E quo Eudocia eiectis supervacaneis verbis ὥς φασιν et additis ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας ea effecit, quae p. 98 legimus. Similia exempla cum non pauca facile colligi possint, unum addam, quo omnis, quae adhuc extare potest de vulgato textu Eudociae fonte dubitatio, funditus evellatur. Pag. enim 441 περὶ τοῦ Ὠρίωνος inde ab Ὑριεὺς — κατηστέρωσεν αὐτόν Palaephati cap. 5 Eudocia exhibet. Atqui id caput cum ab omnibus Palaephati codicibus absit neque omnino Palaephateam fabulae explicationem contineat, dubitari nequit quin aliunde (ex Schol. Hom. Il. XVIII 486) ab ipso Aldo illatum sit. Consentaneum igitur est (neque enim cum Schol. Hom. neque cum Arsenio, qui eundem locum in violario habet, in his Eudocia, sed cum Palaephati Aldina facit) tali Palaephati textu Eudociam usam esse, qualem primus edidit Aldus a. 1505. Eiusdem rei vestigium etiam in glossis biographicis cernitur p. 356, ubi pro Suidae verbis in Palaephati vita ἀπίστων βιβλία ε΄ haec substituta sunt: ἔγραψε περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν β. ε΄, ea enim libri inscriptio est in V I et vulgata, cum alii habeant περὶ ἀπίστων, sive ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱστοριῶν, alii alia.

Qualem primus Aldus dedit textum dico, non ipsum Aldinum. Nam ut Phavorinum non Romanum sed Basileensem, Scholia Hesiodea non Veneta sed Basileensia adhibuit, sic Palaephatum (et Cornutum, ut infra docebimus) non ex Aldina a. 1505, sed ea ex editione descripsit, quae Basileae anno (ut e subscriptione praemissae a Clausero epistulae colligitur) 1543 forma octava impressa est hoc titulo: »Cornuti sive Phurnuti de natura deorum gentilium commentarius, e graeco in latinum conversus, per Conr. Clauserum Tigurinum. Palaephati poeticarum fabularum explicationes, cet. Philippo Phasianino Bononiensi interprete. Adiecti quoque sunt iidem Graece; cet. Basileae.« Haec videtur una vera esse editio Palaephati et Cornuti Basileensis, aliae, de quibus Fabricius loquitur, ut iam Fischer (praef. p. XXI adn. 6) observat, illius auctorum neglegentiae sive mendis typographicis ori-

ginem debent. Haec igitur editio mea sententia in manibus fuit Eudociae. Ubicunque enim Oporinus, a quo ea excusa esse fertur, a textu Aldino ita discedit, ut vel corrigat vel depravet, illum Eudocia, non Aldum sequitur: p. 21 (de Alcestide) *καθεζομένην* unus codex Palaephati 41 recte, ceteri *καθεζόμενος* praebent itemque Ald. et Arsen., Basileensis autem casu *καθιζόμενος*, quae lectio inde in vulg. et in Eudociae librum transiit. || P. 38 *περὶ Ἀμαζόνων·* Basileensium operarum mendum *Ἀμαζῶνες* (Ald. recte *Ἀμαζόνες*) sola servat Eudocia (Pal. 33 Bas. p. 111). || P. 98 bonam editionis Basileensis emendationem (*περὶ τῶν Γιγάντων* Pal. 6 Bas. p. 87) *ὡρμῶντο*, non Aldi vitium *ὥρμηντο* exhibet Eudocia; quare nescio quo iure hunc locum inter exempla vitiorum cum Aldo communium receperit Flach. || P. 255 (de cornu Amaltheae Pal. 46) *ἐμπωλῆς* cum codice V Ald., *ἐμπολῆς* em. Bas. Eud. (Bas. p. 122). || Rursus p. 257 Eudocia transcribit mendum typographicum *ὁδοιπόρει* e Bas. p. 114 (Pal. 38), Aldus *ὡδοιπόρει* habet itemque reliqui omnes praeter Tollium, qui mendum Basileense recepit. || P. 380 *περὶ τῆς Καδμείας Σφιγγός. σῶμα μὲν ἔχον — ἐπιτηδεύθη* = Pal. 7 Bas. 88 (initium e Phavorino 1720), ubi *φικίου ὄρους* legendum est, *σφικίου* cum libris nonnullis habet Ald., *φωκίου* alii, *Σφιγγίου* de coniectura Bas. et inde Eudocia cum editorum vulgo; | ibidem *Ἀθήνας* Aldus, *Θήβας* cum Basil. recte Eud. | *συναπάραι* cum libris Aldus, *συναπαίρειν* Bas. Eud. et vulg. || Neque secus Eudocia p. 409 *Σθένελος* cum Basil. p. 115 (Palaeph. 39) exhibet, non *Στένελος* cum Aldo; tum *ἐπήεσαν* Aldus cum libris omnibus, *ἐπίεσαν* Bas. Eud. Denique quod in magno codicum dissensu ex Aldinis verbis *οἱ δὲ ἐπὶ τῷ πύργῳ* Basileensis effecit *οἱ δὲ ἐπὶ τῶν πύργων*, idem in violarium receptum est.

Facile poteram plura exempla proferre, sed satis mihi multa dedisse videor, quibus evinceretur Eudociae fontem in his fuisse editionem Basileensem.

At nostris codicibus aut editionibus uti Eudociam Flach negat idque tribus de causis. Primum enim fontem eius fuisse

nostro Palaephato pleniorem vult. Velut p. 89 de Bellerophonte integrius servatum esse initium; quod me non intellegere fateor, cum a verbis ἀλλὰ ταῦτα — ἀνεπλάσθη ὁ μῦθος totidem verba habeat atque Palaeph. 29. Quae autem praecedunt, e (Tzetz. Lyc. 17) Phavorino 361 et inde a verbis τὰ δὲ περὶ τῆς Χιμαίρας τάδε e Nonno ad Gr. Naz. I 50 originem ducunt. || Neque p. 208 verba ὅπου — ἡ Ἥρα unquam in Palaephati libris extiterunt, sed e Suida (i. v. Ἥρα) descripta a Phavorino accipit Eudocia, ταῦτα παρὰ τῶν Ἀργείων ἐθρυλλεῖτο in fine de suo videtur addidisse. || Tum p. 250 καθὰ καὶ ὁ Τελαμὼν — φαίνεται et λέγεται δὲ καὶ ὅτι κάλλος περιττοῦν εἶχεν e Phavorino 973 habet Eud. (Phavorini fons est Eust. Hom. p. 101), cuius lexico omnia, quae praeter Palaephatum in illa glossa extant, debentur. Ceterum Τελαμώνιος recte Eustath., τελαμὼν Phav. Eud. | περιττόν Eust., περιττοῦν Phav. Eud. || Quae in gl. περὶ Κύκνων p. 264 Palaephato tribuit Flach, supra p. 21 demonstravimus deberi Phavorino. || Pag. autem 290, quae apud solam Eudociam leguntur ὃν φασιν ὑπὸ τῆς ἑψήσεως τῆς Μηδείας τελευτῆσαι, quamquam non inepte addita sunt, tamen necessaria ea esse non video, neque dubitari potest quin aliunde falsarius arcessiverit, praesertim cum ea ipsa in glossa satis multa et speciosa vulgati textus menda omnia in violario legantur, velut χαίροντας cum deterioribus libris et Ald. et Bas. pro γέροντας, μέλανας autem cum solis editionibus pro recta codicum forma μελαίνας (sc. τρίχας), neque πράγματι, quod cum vulgato textu pro librorum lectione πυριάματι habet Eud., in ullo codice legisse Westermann videtur. Denique πυρίᾳ χρώμενος pro πυριώμενος, quod in fine servat Eud., verisimillimum est in editiones venisse e coniectura Aldi. || Neque p. 408 (de Hyacintho) verba ὑποκυανίζει δὲ τὴν χρόαν τὸ ἄνθος — ἐνίοις ullo modo mihi persuadere possum e Palaephato irrepsisse in Eudociae librum, quamquam unde illa duxerit, adhuc frustra quaero. || P. 414 denique verba ὅθεν ὅταν ἀκούσεις Φάων, τῶν εὐμόρφων νοητέον non Palaephatus Eudociae subministravit, sed Phavorinus: habet enim hic p. 1823 Hesychianam glossam Φάων·

τῶν εὐμόρφων κ. τ. λ., sed talem, qualem Musurus fecit, non qualis in codice Hesychii legitur (is habet φαῶν εὐμόρφων κ. τ. λ.). Ubi observes verba ὅθεν ὅταν ἀκούσεις, quae ab ipsa Eudocia addita praeclaram eius Graecae linguae scientiam testantur.

Iam quae praeterea Flach profert, alio saepe ordine atque apud Palaephatum singula narrationum membra exhiberi ab Eudocia et interdum pluribus illius capitibus permixtis unum effici, vel aliunde petita in mediis Palaephati verbis collocari, cur obesse ei quam nos amplectimur sententiae existimet, non video. Eadem enim in violario omnium fere fontium verba patiuntur. Neque apud Palaephatum 16 invenit Eud. p. 162 ναυμαχίᾳ δὲ τὴν Τύρον ἑλών, sed ex Eust. Dion. 270 adsciscit, neque apud Palaephatum 49, quae apud Eud. p. 414 (de Phaone) reperiuntur πορθμὸς ἦν ὁ πλοῦς, sed e Palaephati verbis ineptissimis πορθμὸς ἦν θάλασσα effecta in margine libri posuit falsarius. Ea denique quae p. 274 (de Ladone) e deperdita Palaephati aliqua narratione petita esse Flach conicit, una cum praecedentibus e (Tzetz. Lyc. 6) Phavorino 1146 derivata sunt.

CORNUTI libro non meliori permultos violarii locos deberi supra diximus. Conspectum dat Flach p. 30, ubi omittuntur hi loci: p. 14 διὸ καὶ ἱερὰ αὐτῆς ἡ τῶν Κυθήρων νῆσος λέγεται verba in margine codicis adiecta e Cornuto 24, non, ut Flach p. 115 adn. 3 suspicatur, e Schol. Hes. Theog. 196 deperdito. || P. 158 περὶ Ἔρωτος. ὃς οὐδὲν παράδοξον — κίνησιν ποιούμενον = Corn. 25. || P. 201 παρεισάγουσι τὸν Δία — τοιουτοτρόπως = Corn. 9 | ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι — ψυχαὶ πῦρ εἰσιν = Corn. 2 | Ἀκολούθως — ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων = Corn. 11.

Atque Cornuti ne Flach quidem pessimo usam esse exemplari Eudociam infitias it; idem Aldinam ab ea adhibitam non esse recte observat, propterea quod non omnes eius lectiones tuetur. Quae adiungit, non raro breviora quam apud Cornutum extant capita effecta esse per Eudociam, aut membra aliter disposita legi, de iis non est cur repetam quae in

Palaephato recensendo exposui. Osanni notam (Cornuti p. 203) de Eudociae capite περὶ Ἀσκληπιοῦ p. 16 immerito laudat Flach; ignorat enim Osann verba ἢ ἀπὸ τοῦ ἐτῶσθαι — φαρμακείας Cornuti capiti 33 deberi, quae praecedunt petita esse e Phavorino 296 (Etym. M. 154, 38 et Eust. Hom. p. 463). | Neque revera p. 258 Eudocia cum Cornuti textu (e quo eundem locum habet p. 370) discrepat; nihil enim ibi nisi verba διὸ καὶ τεκνοφάγον — ἀλληγοροῦντές φασιν ipsa addit, e Nonno ad Gr. Naz. I 89 petita, verbis ad similitudinem aliorum Nonni locorum fictis. Reliqua pars Cornutum Basileensem exprimit. Eam enim editionem ab Eudocia adhibitam esse cum per se verisimile est, quoniam eidem libro Palaephatum debet, tum sic, ut dubii nihil relinquatur, demonstrari potest. Textus enim formam ab Aldo primum a. 1505 constitutam et deinde usque ad Osannum per seriem editionum propagatam, pessimam illam et sescentis locis sensu plane carentem cum Eudocia per omnia sequatur ac ne illa quidem capitis 12 περὶ Λιτῶν (cf. Eud. p. 278) parte ἔτι εἰδοποιεῖ — σεβασμίας εἶναι careat, quae cum in codice extet nullo, e Schol. Hom. Il. IX 502 ab Aldo videtur illata esse in Cornuti textum*), non codice m. s., sed una alterave editione usam esse Eudociam verisimillimum fit. Vitiorum autem Eudociae cum antiquis editionibus communium ingens est numerus. Pauca correxit Villoison, velut p. 3 (Corn. 20) γοργωπὸν restituit pro codicis Parisini lectione γοργωτὸν communi non solum cum Aldina et Basil., sed etiam cum codicibus nonnullis; ubi quod in margine violarii extat γρ. γοργορωπόν, non dubito quin Phavorino neglegenter inspecto debeatur. Praebet enim ille p. 432 glossam Hesychianam γοργωπόν. Tum p. 4 ἐγγεννῶσα Villoison, ἐγγενῶσα codex violarii cum solis Ald. et Bas. Idem Villoison tacitus κατὰ ἀρχαίαν ὁλοσχέρειαν apud Eudociam eadem in pag. correxit, cum codex Eudociae κατὰ τὴν ἀρχ. ὁλ. cum om-

---

*) Flach p. 115 hanc rem parum feliciter mea sententia explicat. Scholion enim Homeri ab Eudocia excriptum esse suspicatur et e violario in Cornuti venisse editiones.

nibus editionibus habeat. Ibidem Basileensis editionis vestigia deprehendi haec: *τρυομένη* vel *τριομένη* libri Cornuti et *τριομένη* etiam Aldus, *τριβομένη* de coniectura Bas. et cum ea Eud. | *ἀτρύτου* bene libri Cornuti, *τρίτου* Ald., *ἀτριτοῦ* Bas. Eud. Apparet igitur neque libros m. s. neque Aldinam editionem, sed unam Basileensem potuisse praesto esse Eudociae. Et permagnus similium exemplorum est numerus*): p. 8 *περὶ τοῦ Ἀπόλλωνος* Corn: 32: *αὐτῇ τὸ ὑγρὸν* codd. et Ald., *αὐτῆς τὸ ὑγρὸν* Bas. p. 69 et Eud. || P. 10 sq. de Diana (*καὶ ἄλλως*) Corn. 34: *ἐν ταῖς γυναιξὶ* Ald., *ἐν ταῖς νυξὶ* corr. Bas. p. 75 et Eud. | p. 11 *ὁδεύουσα* codd. nonnulli et Ald., *ὁδεύουσαν* em. Bas. p. 76 et Eud. || P. 16 de Aesculapio Corn. 33: *ἐπιστηριζόμεθα* recte libri, *ἐπεστηριζόμεθα* Ald., *ἐπεστηριξόμεθα* Bas. p. 74 et Eud. || P. 17 de Atlante Corn. 26: *ἀσάλευτος* optimi libri, *ἀπόλατος* cum aliis Ald., *ἀπόλυτος* coniecturam Bas. 51 recepit Eudocia. || P. 110 *Ἔτι ἄλλως πῶς κ. τ. λ.* (Corn. 28): *ἐφθεῖσθαι* cum libris deterioribus Ald., *ἐφεῖσθαι* codices optimi, *ἐφιεῖσθαι* Bas. p. 54 et Eud. | p. 111 *δρακεῖν* optimi libri, *δραμεῖν* vitiose cum deterioribus Ald., *διαδραμεῖν* cum Bas. p. 56 Eud. || P. 149 *περὶ Ἐννυοῦς* (ita et *Ἐννυώ* paulo post cum Ald. et Bas. Eudociae codex; Cornuti libri *ἐνιώ* vel *ἐννιώ*) Corn. 21: *ἀπὸ τοῦ ἀρῇ* optimi libri, *ἀπὸ τῆς ἀρῆς* cum plerisque Ald., *ἀπὸ τῆς ἀρᾶς* e prava Bas. p. 42 coniectura Eud. || P. 158 *περὶ τοῦ Ἔρωτος* Corn. 25: *οὔθ' ἀψάμενοι* libri, *οὐθάμενοι* Ald., *οὐτάμενοι* male emendat Bas. p. 49, quod repetit Eud. || P. 207 de Iunone Corn. 3: *τεταμένοις* vitiose cum libris nonnullis Ald., *τεταγμένοις* bene cum Bas. p. 3 Eud. | tum *βρασμὸν* recte cum codicibus Ald., *κρασμὸν* Bas. et Eud. || P. 218 de Hercule Corn. 31: *τοῖς ἐπισήμοις* optimi libri, *τοῖς πισήμοις* cum deterioribus Ald., *τοῖς πισύνοις* Bas. p. 67 et Eud. | ibidemque *ψυχὰς*

*) Cf. Villoisonii verba ab Osanno laudata p. LIII: »liceat observare Basileensem editionem, ut et plerasque in hac urbe excusas fere semper *κατὰ πόδα* sequi principem editionem, nisi quod fere fit et non semel in nostris annotavimus annotationibus, litterarum compendia in hac Aldina obvia assequi non potuit.«

vitiose pro ψυχαὶ e Bas. habet eadem et προσταττόμενα bonam eius emendationem pro corrupta codicum quorundam et Aldi lectione πραττόμενα. || P. 324 de Pane Corn. 27: διὰ τὴν τῆς γῆς τραχύτητα codd. et Ald., διὰ τὸ τῆς γῆς τραχύτητα vitiose Bas. p. 51 et Eud. || P. 342 de Neptuno Corn. 22: τινάκτορα γαίας libri, τινάκτορα γαίης Ald., τινακτοραγαίην Bas. p. 43 et Eud. | p. 343 ἤρυγεν optimi libri, ἠρύγεννς Ald. cum deterioribus, ἤΰγεννς Bas. p. 44 et Eud. || P. 440 denique omnium luculentissimum Basileensis editionis a. 1543 excriptae vestigium deprehendi hoc. Agitur de Horis: Ὧραι γὰρ — p. 440 εἴτε μή praestitit Phavorinus 1894 (Eust. Hom. 604). Quae praecedunt et quae sequuntur e Cornuti Basileensis editionis p. 59 et 60 ita descripsit bona Eudocia, ut ne custodis*) quidem qui vocari solet notam p. 59 τοῦ δι- omitteret. Pag. enim 60 cum a verbis τοῦ δίχα χωρίζειν incipiat, in extrema p. 59 positae sunt duae illae syllabae. Quas cum Eudocia ita servet, ut scribat Δίκη ἀπὸ τοῦ δι τοῦ δίχα χωρ., ne umbra quidem dubitationis de tempore, quo violarium scriptum sit, relinquitur.

§ 12. Ex PHILOSTRATO deprompta quae in violario extant, eorum rationem accuratissime habuit Kayser in Philostrati editione Turicensi; qui miro casu accidisse perspexit, ut in eosdem atque Aldus Manutius codices huius auctoris pessimos Eudocia incideret. Nitzsche p. 18 sq. vitas non ex ipso Philostrato, sed e lexico aliquo repetitas esse ab Eudocia parum feliciter coniecit. Flach p. 19 cum locos Philostrateos enumeret, criticos in Philostrato edendo excerptis Eudocianis adiuvari iure negat. Mihi quamquam veterum Philostrati editionum comparandarum potestas oblata non est, tamen cum quod ea ipsa Philostrati scripta Eudocia expilavit, quae sola in eis editionibus leguntur, vitas dico et imagines et heroicum, tum quod Kayser summae homo et religionis et fidei maximum Eudociae cum veteribus illis editionibus esse

*) In codice Parisino falsarius non singularum paginarum, sed fasciculorum custodes posuit i. e. p. 16. 32. 48 etc.

consensum observavit, eas ipsas fuisse ad manum falsario arbitror.

Sunt autem ex **Imaginibus** derivati loci hi: p. 23 *καὶ ἄλλως περὶ αὐτοῦ. ἐκ Θηβῶν ἐπανιόντα — χρησμῶδες.* Im. I 27. || P. 84 *κολακεύει δὲ — συμπέτεσθαι* Im. II 2.

Heroici locos Flach p. 21 cum congereret, omisit ex Her. 9 descriptum Eud. p. 84. Cuius glossae de fontibus cum Nitzsche et Flach Wyttenbachium secuti haud satis accurate exponant, data occasione origines monstrandae sunt: *Γεννηθεὶς — ἡ τροφή* Nonn. laud. Bas. p. 71 Creuzer. (*κηρίοις τε καὶ* Phil. im. II 2). | *κολακεύει — συμπέτεσθαι* Phil. im. II 2. | *εἰς ἡλικίαν — δρόμοις* Phil. her. 19. | *ἱππάζεσθαι — ὡς ἵππῳ* Phil. im. l. l. | *ἐπικαθίσας — τοξικήν* Nonn. l. l. | *γενέσθαι αὐτὸν — Ἀχιλλεῖ καὶ Αἴαντι* Phil. her. 9. | *οὗτος — μητέρων* Phil. her. 19. | *ὁ δὲ Πολυξένης — τοῦ ζυγοῦ* (Tzetz. Lyc. 269) Phav. 340. | *Σώστρατος — Ἄρην* Eust. Hom. 1696. | *μετὰ δὲ θάνατον — Ἄψυρτος* (Tzetz. Lyc. 87) Phav. 340. | *εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον παραγενόμενος* et *καὶ ταῦτα πρῶτος — ἔντιμον* Phav. 340, ubi cum Schol. Ap. Rh. IV 814 coniuncta sunt verba *τῷ Ἀχιλλεῖ — ἔντιμον* nescio unde petita. | *λέγεται* — p. 86 *εὐωχοῖντο* Phil. her. 19, sed mutato ordine membrorum. | *λέγουσι δέ τινες — μεδέεις* Eust. Dion. 306.

§ 13. BYZANTINI **annalium scriptores** etsi editi falsarii temporibus pauci erant, tamen Basileae non mediocri studio in Latinum vertebantur et Graece edi coepti sunt. Neque eos neglectos esse a violarii auctore vel inde patet, quod Eudociae nomine librum inscripsit et ad Romanum Diogenem maritum conscribentem eam finxit. Quae nomina e Codini serie imperatorum (ed. Bonn. p. 157), nisi fallor, novit, siquidem apud eum unum Macrembolitissam cognomen invenio. Cum Theophane (p. 527 Bonn.) aut Cedreno (p. 754 Bonn.) in glossa *περὶ Χάρητος* p. 429 quaedam congruere recte observat Flach p. 35. Ioëlis compendio (p. 22 Bonn.) locus debetur p. 366 *μετὰ Δαρεῖον* — p. 367 *ὃν Ἀλέξανδρος . . . . . . καθεῖλε.* Verba *κατά τινας* supra lineam exarata sunt in codice,

καὶ Σωκράτης — δεσμωτηρίῳ aliunde sunt illata. Quae sequuntur, e Cedreno (p. 193 Paris.) mutuatur Eudocia omissis quibusdam. Sed de his hactenus.

LIBER TERTIUS.

§ 1. BIOGRAPHICARUM glossarum fontes*) supra p. 12 commemoravi. Initium facio a SUIDA omnium gravissimo. Quem ignotum Eudociae fuisse quaeque cum eius lexico congruentia in violario leguntur, e communi fonte i. e. Hesychii Milesii epitoma promanasse Flach inde a p. 35 per 65 paginas demonstrare studet. Nec vero mihi persuasit. Neque enim post annum 1543 excribi Hesychii Milesii epitome potuit, neque cum eo Suidae textu facit Eudocia, qui proximus ab Hesychio servatus est in optimis libris A et V, sed isdem fere vitiis atque Suidae veteres editiones insignis est. Princeps eius editio est Mediolanensis a. 1499 a Demetrio Chalcondyla ope codicis mutili curata; quam spretam ab Eudocia esse vel eo docemur, quod duae glossae in ea omissae de Dionysio Halicarnasseo p. 131 et de Hipparcho Stagirita p. 244 reperiuntur in violario. Quas cum primus ediderit Aldus a. 1514 praeter Mediolanensem libro m. s. usus, aut huius editionem aut Basileensem a. 1544 Eudociae fontem esse verisimile est. Atqui Basileensis editio Aldinam totam exprimit, nisi quod is, qui operis praefuit, vitia Venetae editionis aliquot non male sanavit. Quarum emendationum cum vix ullam in violario reperiamus, immo pleraque Aldinae vitia retineat Eudocia, videtur ea mihi ex Aldino exemplari scriptorum vitas excerpsisse, vel ab alio excerptas atque e Basileensi interdum emendatas accepisse.

Nam quamquam cum Aldino Suidae textu quam maxime conspirant, quae de auctoribus Graecis refert Eudocia, tamen

*) Cf. A. Daub »de Eudociae violarii in vitis scriptorum Graecorum fontibus« Friburgensis gymnasii programma a. 1880.

in hac una parte tam multa addita, dempta, denique mutata sunt, ut tamquam non ipsam Eudociam agnoscere tibi videare, sed alium compilatorem callidiorem magisque in graecarum litterarum historia versatum. Certe si ipsa Eudocia fuit, haec et alio atque reliqua de quibus agimus tempore et maiore studio perscripsit. Accedit quod nihil in toto violario e Suida ipso praeter biographica depromptum esse supra (p. 18) docui. Ex Aldina igitur Suidae editione scriptorum vitae excerptae inque compendium redactae sunt, ita tamen, ut auctor, ubicunque potuit, plerumque in librorum titulis locupletandi Suidae curam haberet. Omnia autem ista ex ipsius ingenio addita esse cave suspiceris, sed facile e catalogis librorum manu scriptis, quales multi tum circumferebantur, titulos librorum sumi potuisse consentaneum est. Sane eorum, quae a falsario Suidanis addita sunt, non pauca inveni in catalogo bibliothecae alicuius Graecae saec. XVI exeuntis (Cod. Veron. Capit. CXVII (107) chartac. form. 4, cuius apographum ab ipso annis 1867 et 1868 Veronae factum liberalissime mecum communicavit Guil. Studemund) *) aut isdem aut aliis auctoribus tributa atque imputat Eudocia.

Typis expressa talia excerpta, quantum sciam, non sunt; manu scripta extitisse et per se probabile est, et laudatur a Bernhardyo in comment. de Suidae lexico p. XXXIV codex Paris. suppl. 96 vitas auctorum e Suida depromptas continens Emanuelis Chrysolorae manu exaratus. Cuius generis codicem post a. 1514, quo emissa est Aldi editio (fortasse etiam post Basileensis a. 1544 editae tempus) in fontibus Eudociae fuisse mihi persuasum est.

Atque primum quidem, quam arte cum Aldino Suidae textu cohaereant biographica Eudociae, exponendum mihi est exemplis ex ingenti numero prolatis paucis:

---

*) Primas huius catalogi litteras typis olim expressas et publici iuris factas esse narravit Studemund, si recte memini, in scholis Argentoratensibus.

P. 56 *περὶ Ἀμμωνίου τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου*. Duae Suidae glossae *Ἀμμώνιος φιλόσοφος Ἀλεξανδρεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Σακκᾶς. οὗτος ἀπὸ Χριστιανῶν κ. τ. λ., ὥς φησι Πορφύριος* et *Ἀμμώνιος, Ἀμμωνίου, Ἀλεξανδρεύς, Ἀλεξάνδρου γνώριμος, ὃς διεδέξατο κ. τ. λ.* nescio quo casu in unam confusae omissis duobus nominibus *Ἀμμώνιος* et *Ἀλεξανδρεύς* in veteribus Suidae editionibus legebantur. Quas secuta Eudocia suam glossam concinnavit, quae ineptissime insuper scribit *ὁ καλούμενος Ἀλέξανδρος* pro Suidae verbis *Ἀλεξανδρεύς, ὁ ἐπικληθεὶς Σακκᾶς*. Omnino tenendum est, cum in toto violario tum in biographicis capitibus excerpendis incredibili levitate versatam esse Eudociam.

P. 59 *περὶ Ἀνδροκλείδου. τοῦ Λυδοῦ τοῦ Φιλαδελφέως* Eudociae codex cum Suidae libris A. B. E. Med. Ald., *τοῦ Λυδοῦ Φιλαδελφέως* Bas. | *τοῦ ἐμποδὼν* A. B. E. Med. Ald. Eud., *τῶν ἐμποδῶν* Bas. Unde non Frobenianam, sed Aldi editionem fontem esse falsarii patet. Eandem glossam Eudocia repetit p. 75, ubi male *Λυδευτοῦ* scribit et *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* de suo addit. Tum *τεχνολογῶν* in fine codex, non *τεχνολόγων*, ut habet Villoison.

In eadem p. 59 Agathiam poetam cum deterioribus Suidae libris et editionibus e Myrinaeo (*Μυρηναῖος* libri Paris.) Smyrnaeum facit Eudocia.

P. 61 Apollodori Geloi comoediarum titulos non minus vitiose recenset Eudocia quam veteres Suidae editiones: *δευσοποιός* libri Paris., *δευσοποιοί* edd. vett. et Eudocia. | *Αἰσχρίων* recte optimi libri, *Αἰσχίων* B. E. edd. vett. et Eud. | Tum in Apollodori tragici fabulis *ἀκανθόπλιξ* Eudociae codex cum vett. editt. pro *ἀκανθοπλήξ*.

P. 62 in Arati scriptis *σύνθεσιν φαρμάκων· θηριακῶν ἐπιτηδείαν* libri Paris., *σύνθεσιν φαρμάκων θηριακῶν ἐπιτήδειαν* edd. vett., quod legisse Eudociam patet, cum scriberet *σύνθεσιν φαρμάκων ἰατρῶν ἐπιτηδείαν*.

P. 71 (*περὶ Ἀριγνώτης*) *περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγρά φερεται* A (sic), ... *μυστηρίων. ἐπιγράφεται* recte B. E. V (cf. append. Bernh.), ... *μυστηρίων ἐπιγράμματα· φέρεται κ. τ. λ.* cum solis vett. edd. Eudocia;

quam lectionem Demetrii Chalcondylae coniecturae deberi verisimile est.

P. 93 *περὶ Βαροῦς*. Flach quamquam *Βαβώ* scribendum esse censet, tamen quin ad Hesychium auctorem referenda sit glossa non dubitat. Quod non ita se habere Bernhardyano apparatu doceri potuit. Carent enim ea glossa Suidae libri V et C; A ad marginem illatam habet ex v. *Δημώ*: *Βαυώ* A, *Βαβώ* B. E. Med., *βαρώ* Ald. Bas. et Eud., quae forma typographo Aldino, nisi fallor, imputanda est.

P. 163 *περὶ Ἑλλανίκου τοῦ Μιτυληναίου. ποιητικῶς* libri optimi, *ἐπικῶς* vulg. et Eud.

P. 166 *περὶ Ἐπιγένους τοῦ κωμικοῦ. ἡρωΐνη* Suidae libri, *ἡ ραΐνη* Med. Ald. Bas., *ἡ ῥαΐνη* Eudociae codex.

P. 171 *περὶ Ἐμπεδοτίμου. ἔδειξε* recte libri Suid. Paris., *ἔδοξε* B. edd. vett. et Eud. *).

P. 229 in Theophrasti libris *καὶ τοὺς καλουμένους χαρακτῆρας* cum veteribus Suidae editionibus enumerat Eudocia; A. B. V. E omittunt, inseruisse videtur Demetrius Chalcondylas.

P. 244 *περὶ Ἱεροκλέους. εἰς τὰ χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων καὶ ἑτέρων βιβλίων περὶ προνοίας συχνῶν* Suidae libri; *εἰς τὰ χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων* (ita Eudociae codex) *βιβλίων· καὶ περὶ προνοίας ἐν ἑτέροις βιβλίοις συχνοῖς* edd. vett. et Eud.

P. 248 *περὶ Ἰοφῶντος τοῦ τραγικοῦ. Ἴλιος οὐ πέρσις* B. V. E. (lege *Ἰλίου πέρσις*), *Ἴλιος· πέρσις* edd. vett. et Eud. | *τινὰ κατὰ* (l. *μετὰ*) *τοῖ πατρός* libri, *τινὰ τοῦ πατρός* vulg. et Eud.

P. 268 *περὶ Κτησίου τοῦ ἰατροῦ. τὸν ἄμεινα κληθέντα* V, *τῷ ἀμείνονι κληθέντι* A, *τὸν Ἀμείνονα κληθέντα* B. E. Med. Ald. et Eudocia. Ubi cum recte iam Basil. *μνήμονα* emendarit, rursus non ea, sed Aldina usum esse falsarium apparet.

---

*) In eadem glossa *ὁ λαβὼν Ἡρακλείδης* cum Suidae libris codex Eudociae (*λαβὼν ὁ Ἡρ.* Vill. et Flach, nulla codicis scripturae mentione facta).

P. 268 *περὶ Καλλινίκου.* *Σουητώριος* recte A. V., *Σουκτώριος* B. E. Med., *Σουτώριος* Ald. Bas. et Eud.

In eadem pag. *Καικίλιος* recte cum Aldo Eudocia, *Κέκιλιος* A. B. E. Med.; cuius glossae exitum omittunt Vill. et Flach ita scriptum in Eudociae codice: *πῶς δὲ Ἰουδαῖος σοφὸς οὕτω τὰ Ἑλληνικὰ τοῦτο θαυμάζω.* Quae verba non ipsius Suidae, sed interpolatoris cum abesse a violario existimarent Bernhardy (ad locum Suidae) et Nitzsche (l. l. p. 37), integriorem Suidam lectum esse ab Eudocia falso suspicati sunt.

P. 270 *περὶ Κλεοφῶντος.* *Ἠριγόνη* libri optimi, *Ἠριγίνη* B. E. Med., *Ἡριγίνη* Ald. et Eudociae codex.

P. 273 *περὶ Κορνούτου.* *πρὸς αὐτοῦ* bene A. V., *πρὸ αὐτοῦ* vulg. et Eud.

P. 282 *περὶ Λεσχίδου.* *Πυθίας* Parisini Suidae libri, *Πυθόας* B. E., *Πυθώας* vett. edd. et Eud.

P. 283 *περὶ Λυγκέως.* *Δούριδος* libri Paris., *Θούριδος* vett. edd. et Eud.

P. 283 *περὶ Λογγίνου.* *Ὀδυμνάθου* A. *Ὀγυμνάθου* V, *Ὀδυμνάμου* B. E. Med. Ald. et Eud. | *κατὰ φυβίου* A. B. V. E., *καταφειδίου* vulg. et Eud.

P. 303 *περὶ Μιμέρμνου* cum vulg. Eudocia, *Μιμνέρμου* A. B. V. || Ibidem *περὶ Μυίας.* *ἁρμόζοντα* A. B. V. E., *ἁρμόζουσα* vulg. et Eud.

P. 311 *περὶ Νόννου.* Tota hac glossa carent libri Suidae. Eudocia veteres editiones sequitur, quae unde eam intulerint, ignoro. Cf. Bernh. adn. ad Suid. i. v. *νόνναι.*

P. 311 *περὶ Νικάνορος.* Verba *ἐφ' ᾗ πραγματείᾳ* — *ἐσκώπτετο* A. V. non habent, in margine extant in E, in textu habent vett. edd. et Eud.

P. 350 *περὶ τοῦ Πολυβίου.* *τῆς Φιλίππου τοῦ Περσέως υἱοῦ διαδοχῆς* A. B. V. E., *Φιλίππου τοῦ Περσέως υἱοῦ, τῇ διαδοχῇ* vulg. et Eud.

P. 357 *περὶ Πεισάνδρου.* *Λυκάνιος* A. B. V. E., *Λυκάνειος* Med. Ald., *Λυκάων* Bas. et vulg. et Eud. Hoc igitur loco Eudocia (vel is, qui biographica ei excerpta suppeditavit), e Basileensi editione videtur Aldinam correxisse.

P. 358 *περὶ Πίγρητος. Μοῦσα γάρ σύ* cum Med. Ald. Bas. commune est Eudociae vitium pro *Μοῦσα σὺ γάρ*. De codicibus tacent Gaisf. et Bernh.

P. 359 *περὶ Παλαιφάτου τοῦ γραμματικοῦ. λύσεις* libri Paris. Med., *λίας* non intellecto Mediolanensis compendio Ald. Bas. Quod cum ineptum esse Eudocia perspexisset, non bene *ἀλληγορίας* de suo scripsit.

P. 371 *περὶ Ῥιανοῦ. Ἰθώμης* A, *Ἰθάκης* vulg. et Eud. *ἐμμέτρως* libri, *ἔμμετρα* vulg. et Eud.

P. 381 *περὶ Σιβυντίου. Σιβύρτιος* libri, *Σιβύντιος* edd. vett. et Eud.

P. 383 *περὶ Σιβύλλης. Σάρυσις* A. V., *Σάρβις* vulg. et Eud.

P. 384 *περὶ Σωσικλέους*. Ex Suidae scriptura *Σῶσις ὄνομα κύριον. Σωσιφάνης Σωσικλέους* (ita scriptum habent Paris. optimi) haec facit V: *Σῶσις ὄνομα κύριον. Σωσιφάνης ὄνομα κύριον, υἱὸς Σωσικλέους*. Inde ortum est in E et in vulgatis edd.: *Σῶσις. ὄνομα κύριον. Σωσιφάνης ὁμοίως κύριον. Σωσικλῆς κ. τ. λ.* Quae ex Aldina accipit Eudocia.

P. 385 *περὶ Σωφίλου. Δηλία* libri Paris., *δημία* Eud. cum vulg. | *χειρίδιον* libri et Med. (l. *ἐγχειρίδιον*), *χοιρίδιον* Ald. de coniectura et Bas. et Eud.

P. 388 *Στράβων, Ἀμασεύς, φιλόσοφος καὶ γεωγράφος* vett. editt. et Eudocia, *Στράτων Ἀμασεὺς φιλόσοφος γέγονεν ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος. ἔγραψε γεωγραφικὰ ἐν βιβλίοις ζ* codex A. Codex V hoc loco omittit glossam, habet post *Στράτων*, »id quod arguit olim dubitatum fuisse de gl. *Στράβων* an *Στράτων* probanda« (Bernhardy). Patet autem librariis Suidae tribuendum esse, quod eadem de Strabone et de Stratone in eius lexico leguntur. Atqui utramque glossam servat Eudocia et priorem quidem talem qualis in solis veteribus Suidae editionibus extat. Quare fieri non potest quin Suidae editione, non eius fonte usa sit.

P. 426 *περὶ Φιλεταίρου*. Inde ab *ὧν ἐστι* sequentia omittit A; *αὐτοφιλεταίρου* B. V., *Νικοστράτου* V., *Αὐτοφιλέταιρος* et *Νικοστράτῃ* servat cum vulg. Eudocia.

P. 428 *περὶ Φιλωνίδου. γραφεὺς* A. V., *γναφεὺς* cum vulg. Eudociae codex. || Ibidem *περὶ Φοινικίδου. μισουμένη* A. V., *μισούμενος* cum vulg. Eudocia*).

Haec sunt vitia communia Eudociae cum Suidae veteribus editionibus maxime conspicua; et cum Mediolanensem non posse excriptam esse ab Eudocia nec Basileensis editionis emendationes nisi perpaucas receptas esse viderimus, Aldinam eius fontem esse statuamus necesse est. Vitia cum omnibus Suidae libris communia cum Suidaene an fontis sint ignoremus, nullius ad hanc quaestionem solvendam momenti sunt.

Sed alia accedunt Suidae ab Eudocia excripti indicia luculentissima. Nam cum in maiore parte vitarum Suidae fonte careamus, tamen non paucae aliis e fontibus petitae extant. Quas cum Eudocia non cum fontibus eius, sed cum ipso illo congruentes exhibeat, quin eum ipsum expilarit, dubitari nullo modo potest. Testes profero eas glossas, quas e Scholiis Aristophanis a Suida petitas ab illo accipit Eudocia.

P. 270 *Κλειταγόρα — ἐν Δαναΐσιν.* Idem e Schol. Ar. Lysistr. 1239 excerptum, quod Suidas habet in voce *Κλ.*, nisi ex eo peti vix potuit.

P. 269 *Κηφισόδημος — Περικλεῖ.* Haec Eudocia ad verbum communia habet cum Suida, qui sic pergit: *Σκυθῶν δὲ ἐρημία ἡ ἀγριότης, ὁ ὄλεθρος. οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν φέρονται οἱ Σκύθαι.* Atqui haec e Scholiis Ar. Ach. 703 sq. mutuatur Suidas his: *τῷ γὰρ εἰκός: τῷ τρόπῳ πῶς δίκαιόν ἐστιν ἄνδρα γεγηρακότα ἀντιπολιτευσάμενον Περικλεῖ ἀπολείπεσθαι συμπλακέντα ἀγριότητι κ. τ. λ. λέγει δὲ ἀγριότητι Κηφισοδήμῳ τῷ λαλῷ ῥήτορι.* 704 *Κηφισόδημος: οὗτος θρασὺς καὶ δεινὸς πρὸς τὰς δίκας. Ἀθηναῖος δὲ καὶ οὗτος κ. τ. λ.* Ita haec Scholia in Aristophanis codice V extant. E quibus qua solet stupiditate glossam Suidas consarcinavit; quae si ipsa ante oculos habuisset Eudocia, fieri nullo modo potuisset ut plane eadem atque Suidas scriberet.

*) Ceterum *φίλαρχος μισούμενος ὡς ἀθήναιος* codex Eudociae praebet; id quod fugisse videtur Flachium.

P. 299 glossa legitur de Metone astrologo et mathematico celeberrimo; quem medicum facit Eudocia fontem secuta Suidam e Schol. Ar. Av. 998 haurientem. Quo in scholio cum de medico nihil legatur, Suidae sive eius librarii additamentum ab Eudocia receptum esse apparet.

P. 301 *περὶ Μαρψίου*. Eadem habet Suidas e Schol. Ar. Ach. 702: *Οὗτος ὁ Μαρψίας φιλόνεικος καὶ φλύαρος καὶ θορυβώδης ῥήτωρ κωμῳδεῖται*. Quod scholion si ipsum habuisset Eudocia, non eadem atque ille dedisset atque omisisset.

P. 302 *περὶ Μάγνητος*. Suidae glossam duobus e fontibus, Hesychio Mil. (— *εἷλε β'*) et Schol. Ar. Equ. 518 sumptam nisi ex eius lexico accipere non potuit Eudocia. Neque verba *ποικίλας δ' ἐμιμεῖτο φωνὰς οὗτος. ὁμοίως καὶ γαλεομυομαχίαν* ex Hesychio Milesio aut eius epitoma hausit, sed *ποικίλας* — *φωνάς* ineptissime finxit ex Aristophanis verbis quae apud Suidam extant *πάσας φωνὰς ἱείς*. Galeomyomachiam autem Theodori Prodromi carmen ab Aldo et postea a Frobenio editum non prudentius antiquae comoediae poetae tribuit Eudocia.

Neque p. 303 de Morsimo tragico glossam ex ipsis Scholiis Arist. Pac. 803, Equ. 400, Ran. 151 conquisivit, sed consuta ea e Suida accepit. || Simile exemplum p. 365 de Prodico legitur. Quae glossa contaminata est e duabus Suidanis, quarum alterius fons est Schol. Ar. Nub. 359 sq. || P. 427 denique de Philocle glossam Suidae totam describit, cuius prior pars ex Hesychio Mil., altera ex Schol. Arist. Av. 282 fluxit.

Atque Flach p. 57 horum pleraque interpolata esse statuit. Clitagorae enim vitam contra litterarum ordinem esse illatam. At litterarum ordinem saepissime neglexit Eudocia nec fere retinet nisi ubi continuam capitum seriem e Phavorini lexico transfert, velut p. 23—39. Reliqua cur interpolatori deberi existimet, nec docet Flach neque idonea causa reperiri potest. Quae cum ita sint, Suidae editionem Aldinam in fontibus Eudociae numeremus necesse est.

Sed obstare huic sententiae illud videtur, quod non pauca in vitis exhibet Eudocia, quae Suidas ignorat. Primum aliquot capita Flach p. 49 profert, quae cum neque Suidas neque alius fons Eudociae ullus habeat, ex Hesychio Milesio unum servasse violarium videatur. Atqui de Alexandro Myndio p. 50 Eustathium Hom. 1704 usurpatum esse supra p. 32 vidimus. || De Aristandro vate p. 75 Eudocia Eustathium Dion. 747 sequitur; patrem Aristandri Seuthen et decem de divinatione libros cum apud veteres auctores non inveniam, multum vereor, ne falsarii inventioni debeamus. Facillime enim, ut non raro facit, ab aliis transferre potuit Seuthis nomen (cf. de Abaride glossam p. 20) neque difficile erat de divinatione libros imputare vati. Numeros autem librorum non semel ab Eudocia fictos esse infra monebo. || Tum p. 128 Demetrii Iliensis vitam ex Eustathio Hom. 1696 habet, unde etiam p. 305 eundem laudat. Viginti autem fuisse eius Troicorum libros ut permultos alios librorum numeros ipsa Eudocia finxit. || P. 129 *Δῶρις ἱστορικὸς, ἔγραψεν ἱστορίαν Λιβυκὴν καὶ Περσικήν*. Satis infeliciter fictus est hic rerum scriptor, de quo nihil usquam compertum est*). || Dexippum comicum p. 132 Eudocia fecit e Dioxippo Suidae; Nonnum ex eius Aldina editione in violarii p. 311 irrepsisse paulo ante (p. 76) docui.

Sed maior est numerus locorum, ubi quamquam cum Suida fere congruentia narrat, tamen aut plenior aut accura-

---

*) Cogitasse videtur falsarius de Duride Samio, cuius et nomen et Libycorum libri e Suidae lexico ei innotuerunt (cf. Suidam i. v. *Λάμια* Schol. Arist. Vesp. 1030 excribentem). Libycorum titulum e Scholio Aristoph. male intellecto natum esse recte monet Hulleman (Duridis Samii quae supersunt 1841 p. 26); Persica autem Duridis cum numquam a veteribus laudentur, recte mihi videtur A. Meineke de hoc loco iudicasse, cum in bibl. Heerenianae loco a nobis supra p. 6 laudato scriberet: »Hunc locum pauca verba continentem Eudocia videtur ex suo ingenio dedisse, qui interdum eius mos est.« Neque casu accidit, ut Doridem pro Duride diceret. Veteres enim Suidae editiones cum deterioribus codicibus hanc formam in glossa *Λάμια* exhibent.

tior eo Eudocia esse ideoque integriorem Hesychii Milesii textum quam Suidas Flachio videtur servasse. Quos locos perlustremus.

P. 49 de Antipatri libris Eudocia habet haec: *ἔγραψεν ἱστορίαν καὶ σύγγραμμα ἐπιστολῶν ἐν βιβλίοις εἴκοσι*, Suidas haec: *κατέλιπεν ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βιβλίοις δυσί· καὶ ἱστορίαν, τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικάς κ. τ. λ.* Suidas igitur duos, Eudocia viginti libros epistularum Antipatro adscribit. Quot revera fuerint, ignoramus, utri maior fides habenda sit, nulli non patet; Suidae enim verba haec *στρατηγὸς Φιλίππου εἶτα Ἀλεξάνδρου καὶ διάδοχος βασιλείας* ita mutat falsarius: *στρατηγὸς Φιλίππου καὶ διάδοχος*. Antipatrum igitur iners ineptusque falsarius solo brevitatis studio permotus Philippo succedentem in regno facit!

P. 51 Athenodori vitae e Suida et Philostr. vit. II 14 petitae falsarius addit *εὐγινώσκων* (ita violarii codex) *τοὺς ῥητορικοὺς τῶν λόγων καὶ πολυμαθὴς* e Philostr. vit. II 33 (Aspasii vita). Quin etiam *ῥητορικούς* cum deterioribus Philostrati libris scribit, meliores habent *κριτικούς*. Verba *περὶ τὰ ῥητορικὰ μέτρα* ex eodem capite Philostrati videntur ficta esse.

P. 55 de Anaximandro Eudocia usque ad *Θάλεω* Suidam sequitur et ex eodem infra verba *οὗτος πρῶτος — ἀπλανῶν* repetit. Reliqua deprompsit e Diogene Laertio II 1: *καὶ γῆς καὶ θαλάττης περίμετρον πρῶτος ἔγραψε* D. L., *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι* Eudocia.

P. 59 verba *διδασκάλου λόγων ῥητορικῶν* in vita Antiphontis ex eodem Philostrato vit. I 15 sumit Eudocia, cui maiorem glossae partem debet.

P. 61 comicum Antiphanem Carystium fingit eiusque triginta, vel »secundum alios fontes« quinquaginta fabulas. De quo Augustus Meineke hist. crit. comic. graec. p. 340 audiendus est: »Eudocia aut scripsit aut scribere debuit *τραγικὸς* et *τραγῳδίας*. Nam Suidas de eodem ita scribit: *Ἀντιφάνης Καρύστιος τραγὸς, κατὰ Θέσπιν γεγονὼς τοῖς χρόνοις*. Hunc enim tragicum fuisse poetam vel Thespidis com-

memoratio docere poterat Harlesium ad Fabric. Bibl. gr. II p. 414.« Certe cum nemo veterum comicum illum noverit, inventioni impudentissimi falsarii eum eiusque comoedias tribuo.

De Apsyrto medico p. 65 vocabulum *ἰατρός* addit Eudocia glossae Suidanae et eius de equis librum quattuor partibus distinctum fuisse refert (*φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων* Suid. et Eud., *ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν* addit Eud.). Atqui eum Apsyrti librum habemus et hoc quidem loco quattuor libros falso fingentem deprehendimus falsarium; quare aliis quoque locis optimo iure de Eudociae fide dubitabimus.

P. 68 de Aristonymo comico glossae e Suida petitae haec subiungit Eudocia: *καὶ ἄλλα πολλὰ συγγράμματα αὐτοῦ εὑρίσκονται λόγου ἄξια.* Quae ipsa indicio sunt Suida usam eam esse. Etenim quae apud Bernhardyum sequitur glossa de Aristonymo altero Alexandrinae bibliothecae praefecto, in omnibus Suidae libris falso cum hac glossa coniungitur. Cuius in fine cum verba legantur *συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πάνυ πολλά*, Eudociam duas eas glossas non distinctas legisse et reliquis, ut solet, omissis unam librorum mentionem in violarium recepisse elucet. Nam quod verba *λόγου ἄξια* adicit, non est cur miremur, quoniam sescenties similia ex ingenio posuit.

P. 74 in vita Archimedis haec addit: *καὶ εἴς τινας τοῦ Πλάτωνος διαλόγους.* Quos commentarios cum veterum nemo noverit, uni Eudociae ut extitisse eos credam, non adducor.

P. 75 *περὶ Ἀνδροκλείδου. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* de suo videtur Eudocia addidisse. Aldinam enim Suidae hoc loco et p. 59 expressam apparere supra (p. 74) dixi.

P. 100 Genethlium quinque panegyricos scripsisse narrat Eudocia. Suidas cum numerum non det neque aliunde de numero constet, Eudociae inventionem agnoscamus necesse est.

P. 128 *Αἰθιοπικὴν ἱστορίαν* scripsisse Damocritum unus auctor est falsarius.

P. 129 *περὶ Δίωνος. κατὰ δεκάδας* Suid. Eud. Verba *ὥσπερ καὶ τοῖ Παταβινοῦ Λιβίου* Eudocia non ex Hesychio Mil., sed e Livio ipso addit, quem ei notum fuisse etiam

p. 267 elucet, ubi (*περὶ Καπίτωνος*) Suidae verbis *Αἴβιον τὸν Ῥωμαῖον* ipsa subiungit *τὸν Παταβῖνον*.

P. 129 *περὶ Δημοκήδους*. *ἰατρικὸν βιβλίον* Suidas, *ἰατρικὰ βιβλία δέκα* Eud. Quot fuerint, ignoramus; utri maior fides sit habenda, nullus dubito.

Eadem in pagina de Dioscoride ita agit Eudocia, ut eum videatur novisse. Nam et nominat *Διοσκορίδην* rectius quam Suidae vulgatus textus (*Διοσκουρίδης*) et *βοτανικός* adicit voci e Suida petitae *ἰατρός*. Editiones Dioscoridis novisse potuit Aldinas a. 1499 et 1518 et Basileensem a. 1529.

P. 133 *περὶ Διογενειανοῦ*. Verba *κατὰ Λυσίμαχον* Eudocia addit. Quem Lysimachum intellegat, ut ipsa sciverit, valde vereor. Nos certe ignoramus, neque quo casu in id nomen inciderit, coniectando assequi possumus. Nam quin de suo addiderit dubitare vetamur eo, quod reliqua omnia in ea ipsa glossa e vulgato Suidae textu expressa sunt: *Διογενειανὸς Ἡρακλείας Πόντου γραμματικὸς γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως. Διογενειανὸς Ἡρακλείας ἑτέρας, οὐ τῆς Πόντου γραμματικὸς, γεγονὼς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως* Suidae libri A et V, *Διογενειανὸς Ἡρακλείας Πόντου γραμματικὸς γεγονὼς αὐτὸς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως* vulg. et paucis omissis Eudocia. | *λέξις παντοδαπή* Suidae libri A B V E, *λέξεις παντοδαπαί* vulg. et Eud. Quare quidquid de Suidae loco statuendum est, non meliorem quam nos eum legit falsarius, neque ex Hesychio Milesio, sed e suo ipsius ingenio Lysimachum deprompsit.

P. 137 Dioni Syracusano *διαλόγους πολλοὺς κατὰ μίμησιν Πλάτωνος* una Eudocia tribuit; veterum nemo eorum mentionem facit.

P. 164 *περὶ Ἑρμαγόρου*. *περὶ κώλων καὶ περιόδων*, quem librum una Eudocia nominat, haud dubito quin aliunde intulerit. Eiusdem capitis in fine *περὶ σχημάτων ῥητορικῶν· καὶ ἄλλα τινά* Eud., *περὶ σχημάτων* Suidas.

P. 164 *περὶ Εὐσταθίου*. *συνοιθρισε* (ita codex) addit Eudocia et *ὡραιοτάτην* et *τοῦ Τρωός* | Tum *ἐν τόμοις θ'* Suid., *ἐν τόμοις εἴκοσι* Eud. Nec vero viginti nec novem erant Eustathii annalium libri, sed duo (cf. Fabricius-Harles

bibl. Gr. VII 445). | In fine *καὶ ἄλλα τινά* Suid., *καὶ ἄλλα τινὰ χρονικὰ συνεγράψατο* Eud., ubi unum miror, quod non *πάνυ καλῶς* vel *κάλλιστα* suo more addidit falsarius.

P. 166 *περὶ Εὐστεφίου. λόγους πανηγυρικούς* una Eudocia huic tribuit. Solet omnino rhetoribus panegyricos tribuere, quos nemo praeterea novit. Cf. p. 230 Theocriti et p. 309 Neanthi vitam.

In eadem p. 166 Epigenem comicum mediae comoediae poetam falso fingi ab Eudocia antiquissimum ne Flach quidem negat (*ἔστι δὲ τῶν ἀρχαιοτάτων*). || Eodem vitio ibidem Epinicum novae comoediae poetam *ἀρχαῖον* vocat. || Neque melius p. 167 de Euthycle *ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας* addit; est enim is novae comoediae poeta.

P. 167 *περὶ Εὐμόλπου. χειροσκοπικὰ πεζῶς βιβλίον ἕν* Suid. Quot fuerint libri, cum ignoremus, ficticium patet esse Eudociae numerum *ἐν δυσὶ βιβλίοις*.

P. 168 *Εὔφρων κωμικός* Suidas, *Εὔφρων κωμικὸς Ἀθηναῖος* Eudocia facili coniectura. || Ibidem de Epaphrodito post partem e Suida petitam haec dat Eudocia: *ἔγραψε περὶ γραμματικῆς κάλλιστα καὶ εἰς Ὅμηρον καὶ Πίνδαρον ἐξήγησιν.* Grammatica a grammatico scripta esse etiam homo falsario ineptior conicere potuit. Epaphroditi in Homerum commentarii haud raro laudantur, Pindaricos finxit falsarius.

P. 172 *περὶ Ἐπικτήτου. οὗτος ἐδέθη κ. τ. λ.* e Nonno in margine habet codex; initium e Suida: *ἠθικὰ φιλοσοφίας ἀνάμεστα* Eudocia addit. Fortasse novit Epictetae *ἐγχειρίδιον* editum cum Simplicio 1528 Venetiis, 1529 Norimbergae, 1531 Basileae:

P. 193 *περὶ Εὐδόξου* Eudocia, sicut alibi non raro, Suidam et Diogenem Laertium contaminat. E Suida sunt haec: *Εὔδοξος — φιλόσοφος* | *ἔγραψε — ἔσχε δὲ πρὸς ἀστρονομίαν ὑπερφυῶς* | *ἔγραψε — Δελφίς.* | Reliqua e Diog. Laertio. Titulum libri *περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογουμένων* fingit falsarius, cum apud Diog. L. invenerit *τούτου δ᾽ ἤκουσε Χρύσιππος . . . . τὰ περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογουμένων.* In fine *τῷ πατρὶ σχεδὸν παρόμοιοι* de suo addit falsarius. Nihil igitur hoc e capite

lucramur, nisi quod rursus falsarii in fingendo impudentiam agnoscimus. (Cf. Flach p. 45.)

P. 203 *περὶ Ζωΐλου. ἱστορίαν κ. τ. λ. βιβλία τρία· περὶ Ἀμφιπόλεως* Suidas, *ἱστορίαν κ. τ. λ. βιβλία δέκα· περὶ Ἀμφιπόλεως βιβλία τρία* Eud. Et tres quidem de Amphipoli libros cum veteribus Suidae editionibus communes habet, in quibus *ἱστορίαν — τελευτῆς. βιβλία τρία περὶ Ἀμφιπόλεως* scribebatur. Quare verba *βιβλία δέκα* ex ingenio addita esse mihi persuasum est.

P. 204 *περὶ Ζηνοδότου τοῦ Ἐφεσίου. ἔγραψε περὶ αὐθυποτάκτων καὶ ἀνυποτάκτων.* Hunc titulum quamquam non finxit Eudocia, tamen cum veterum nemo Zenodoti librum videatur laudare, quin aliunde illatus sit, nullus dubito, unde sit ignoro*).

P. 228 *περὶ τοῦ Θαλῆ.* De huius glossae fontibus supra (p. 10) exposui. Ceterum *περὶ ἐκλείψεως* titulum e Suidae glossa (i. v. *Θαλῆς. πρῶτος δὲ Θαλ.*) habet Eudocia, Suidae auctor est Cedrenus secundum Bernhardyum.

P. 229 *περὶ Θεαιτήτου.* Verba *καὶ εἰς τὸ ἄκρον* Eudocia adicit ad vocem e Suida petitam *ἀστρολόγος*, quam ab eo abesse falso adseverat Flach p. 43.

P. 230 *περὶ Θεοκρίτου. καὶ λόγοι πανηγυρικοί.* Vide supra p. 84.

P. 247 *περὶ Ἰβύκου τοῦ ποιητοῦ.* In verbis *οὗτος φονευόμενος — ἔδοσαν* facundiorem auctorem secutam esse Eudociam quam Suidam perspexit Bernhardy in adnot. ad Suidam. Flach p. 62 sq. integriorem Hesychium hoc quoque loco ab Eudocia servatum esse videtur existimasse**). Verus fons est Nemesius de natura hominis cap. 42. *Ὅρα — δικαιοκρισίαν* verba rubris litteris in margine picta sunt.

P. 267 *περὶ Καπίτωνος.* De verbis *τὸν Παταβῖνον* vide supra p. 82.

---

*) In codice Veronensi cap. CXVII (107), quem supra (p. 73) laudavi, inter alia Nicetae Heracleensis scripta commemoratur liber »*περὶ ἀνυποτάκτων ῥημάτων καὶ ανθυποτάκτων* (sic).«

**) In editione violarii p. 403 prudentius ita de hoc loco scribit: »Ceterum haec ad Hesychium non spectare luce clarius est.«

P. 269 *περὶ Κεφάλου*. *προσέθηκε* libri A B V E, *συντέθεικε* vett. edd. et Eud. || *γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας* libri optimi, *γέγονε δὲ πρὸ τῆς ἀναρχίας οε'* vulg. Quae emendanda esse rata Eudocia infelicissime *ὀλυμπιάδας* post *οε'* addidit, quasi c. a. 700 a. Ch. rhetores et demagogi extitissent.

P. 270 *περὶ Κικιλίου*. *καὶ περιήγησιν Ἑλλάδος καὶ ἄλλα*. Una Eudocia cum hunc periegetam noverit, quin ficticius sit, non dubito.

P. 282 tragicum Eudocia facit Lysippum, quem constat fuisse comicum. Cf. Aug. Meineke hist. crit. p. 215.

P. 299 *περὶ Μαξίμου τοῦ Τυρίου*. *πολλοὺς φιλοσοφικοὺς λόγους, ὧν πρῶτος· τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα*. Videtur igitur Maximum novisse falsarius. Qui Latine prodiit a. 1519 Basileae. Cuius editionis in praefatione Beatus Rhenanus ad Graeca quaedam exempla Latinam Tyrii versionem se recognovisse testatur. Isdem potest usus esse falsarius, principem editionem Graecam a. 1557 novisse vix potuit*).

P. 300 *περὶ Μυροῦς τῆς φιλοσόφου*. *νόμους μαιῶν καὶ διαταγὰς αὐτῶν· ἐπαοιδάς τε καὶ ἰατρίας ἐντεινούσας ταῖς λεχοῖς· καὶ μητρικῶν στρόφων θεραπείας*. Haec a Rhodia muliere aliena esse iure suspicatur Flach p. 40; neque dubium est quin de medico aliquo translata sint.

De Magnete (p. 302) supra (p. 79) dixi.

P. 302 Menippi comici fabulam *ὄφεις* **) Eudocia finxisse videtur, praesertim cum Aug. Meineke hist. crit. p. 494 vereatur, »ne ficticius hic poeta sit ex Hermippi nomine detortus, cuius notissima fabula *Κέρκωπες*«.

P. 309 *περὶ Νεάνθους*. *ἔγραψε περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς καὶ λόγους πολλοὺς πανηγυρικούς*. *Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς* secundum Suidam (cf. Eud. p. 268) scripsit Callinicus, de quo in hunc transtulit titulum falsarius; de pan-

---

*) Ceterum in catalogo librorum Graecorum Veronensi saepius laudato invenitur etiam »*Μαξίμου Τυρίου λόγος Περὶ τοῦ τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα*«.

**) Flach p. 499 in adnotatione critica »*Ὄφεις* om. P. V« errore exhibet. Neque enim PV, sed S scribere debuit.

egyricis supra p. 84 exposui. Iusto breviorem hanc Suidae glossam patet visam esse falsario in locupletanda Graecarum litterarum historia egregie versato.

De Nicanore (p. 311) vide supra p. 76.

P. 355 *περὶ Ποτάμωνος. πάνυ θαυμαστῶς* adiungit Eudocia, ut saepissime in violario.

P. 356 *περὶ Προκοπίου. Περσικά, Γοτθικά* in fine addit Eudocia satis inepte, cum ante e Suida historiam Romanam, cuius partes sunt Persica et Gothica, commemorarit. Sed notum fuisse falsario Procopium inde discimus. Et prodiit Latine Procopius de rebus Gothorum Persarum ac Vandalorum cum aliis mediorum temporum historicis Basil. 1531 ex off. Hervagii.

P. 359 *περὶ Πολυζήλου. Ἄρεως γοναί* ad similitudinem reliquorum titulorum e Suida sumptorum finxit falsarius.

P. 360 *περὶ Παμφίλης. φιλόσοφος καὶ ἱστορική* de suo addit falsarius, non in meliore fonte invenit; nam paulo infra cum solis veteribus editionibus *ἐν τῇ λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίᾳ* scribit, cum in Suidae libris *ἐν τῇ λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίας* extet.

P. 362 *περὶ τοῦ Πλουτάρχου. ἔγραψε πολλά* Suid. Eud., *ὧν τὰ πλείω οὐχ εὑρίσκεται* futtile additamentum Eudociae est.

P. 364 *περὶ τοῦ Πορφυρίου. ἔδοξε δὲ οὕτω μετακληθῆναι ἢ ἀπὸ τοῦ βασιλέως εἶναι τὴν πορφύραν, ἢ ἀπὸ τοῦ πορφυρίαν ὀνομάζεσθαι τὴν Τύρου τύχην* (ita codex Parisinus Eudociae). Haec alio e fonte accita esse a falsario mihi persuasum est, quamquam unde sint, frustra circumspicio. Reliqua omnia Suidae debentur, sed ordine titulorum turbato et omissis quibusdam. Tum *περὶ γένους καὶ εἴδους καὶ διαφορᾶς καὶ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος* Suid., *τὰς καλουμένας ε' φωνὰς τῆς Ἀριστοτέλους λογικῆς πραγματείας μεθοδικοὺς εἰσαγωγάς* Eud. Unde patet hunc Porphyrii librum haud ignotum fuisse falsario. Qui liber primum Graece prodiit a. 1495 una cum Aristotelis libris logicis; et Gesnerus in bibl. universali haec scribit: »Porphyrii isagoge in Aristotelis organon s. de quinque vocibus ubique Aristotelis organo prae-

poni solet.« Ceterum iniuria a Suida abesse narrat Flach p. 44, quae extrema fecit Eudocia *κατὰ Χριστιανῶν λόγους ιε΄*. Habet enim ille in medio fere capite.

P. 365 *περὶ Πρόκλου τοῦ στωϊκοῦ. Μαλλότης* cum Suidae vulg. codex Eudociae, *Μαλλώτης* optimi Suidae libri *ἔγραψε κατὰ Ἐπικούρου βιβλία δ΄. περὶ προνοίας βιβλία β΄*. Haec una, nisi fallor, narrat Eudocia.

P. 366 *περὶ Πρόκλου τοῦ Λυκίου. μητρῳακὴν βίβλον· ἔτι δὲ περὶ τῶν θεῶν θεολογίαν. ἔγραψε καὶ πολλὰ ἄλλα, ἅπερ οὐχ εὑρίσκεται.* Haec in rasura picta sunt in codice orta sine dubio e Suidae verbis his: *Ἔγραψε Πρόκλος Μητρῳακὴν βίβλον, ἣν εἴ τις μετὰ χεῖρας λάβοι, ὄψεται ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν θεολογίαν τὴν περὶ τὴν θεὸν ἐξέφηνεν ἅπασαν κ. τ. λ.* Atqui haec e Marini vita Procli sumpta esse iam Kuester perspexit, neque cum Marino neque cum bonis Suidae libris Eudocia, sed, ut solet, cum vulgato textu conspirat: *τὴν θεολογίαν τὴν περὶ τὴν θεὸν* A et V cum Marino, *τὴν περὶ τὸν θεὸν θεολογίαν* Med. Ald. Bas. Unde patet Eudociam hausisse et suo Marte verba *ἔγραψε καὶ — εὑρίσκεται* adiecisse.

P. 368 *περὶ Πυθαγόρου.* Principium usque ad *χρυσᾶ ἔπη* e Suida oriundum est; ubi *φιλόσοφος* de suo addit Eudocia; tum verba *ἦν δὲ ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Μακρόχειρος, ὡς προείρηται* e viol. p. 367, non ex Hesychio Milesio, ut arbitratur Flach p. 70. Neque ex Hesychio Mil. servat Eudocia *δύο*, sed *τρία* e Suida translatum, cum duos libros laudatos vidisset, in *δύο* mutavit. Praebet enim eam vocem in rasura codex.

P. 371 *περὶ Ῥούφου. περὶ οἴνου βιβλίον α΄· περὶ μέλιτος* Suid., *περὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἕν* Eud. Utrum rectius sit ignoramus. Tum Eudocia addit *περὶ τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων δύο· περὶ ὀστῶν ἕν*. Quae quamquam non recte dicta sunt (tres enim habemus Rufi *περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων* libros), tamen hos libros videtur novisse falsarius manu scriptos; nam editi primum sunt a. 1554 *).

---

*) Fortasse e Catalogo aliquo hi librorum tituli Eudociae innotue-

P. 381 περὶ Σιβυντίου. μελέτας τε καὶ ἐπιστολάς finxit Eudocia; neque enim ulla praeterea horum titulorum mentio invenitur et eadem in glossa Σιβύντιον cum solis veteribus editionibus nominat Sibyrtium. Cf. supra p. 77. || In eadem pag. non μελέτας οὐκ ὀλίγας Siricii vitae e Suida sumptae addit, sed μελέτας e Suida habet, οὐκ ὀλίγας fingit.

P. 382 περὶ Σαλουστίου. περὶ πυρετῶν. περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ ἄλλα. Haec non finxit Eudocia, sed, ut solet, de alio medico nescio quo ad hunc transtulit, ut iusto breviorem Suidae glossam rite librorum indice ornaret*).

In eadem pag. Ἰνώ et Σαρδανάπαλος fabulae Sannyrionis ab una Eudocia laudantur, quos fabularum titulos unde arripuerit, nescire se confitetur Aug. Meineke hist. crit. 263. Bernhardy (ad Suidae locum) Sardanapalum inde profectum suspicatur, quod Eudociae obversaretur γέλως σαρδάνιος, nec dubitat quin Ἰνώ solam dittographiam tituli Ἰώ contineat**).

P. 387 περὶ Σωτηρίδου. εἰς Ὅμηρον commentarios ex eiusdem auctoris quaestionibus Homericis e Suida laudatis derivavit falsarius.

P. 388 περὶ Συνεσίου. λόγους βασιλικούς Suid., πρὸς Ἀρκάδιον τὸν βασιλέα addit Eudocia. Novit igitur Synesii de regno ad Arcadium orationem manu, ut videtur, exaratam. Nam typis Synesius primum impressus est a. 1553.

P. 424 περὶ Φιλήτου. καὶ τὰ καλούμενα Ναξιακά. Recte adnotat Aug. Meineke anal. Alex. p. 352: »Eudociae auctoritatem inter Philetae Coi scripta etiam τὰ καλούμενα Ναξιακά referentis nemo obvertet, qui hanc Eustathii commentarios saepe ad verbum exscripsisse meminerit.« Cf. Eust. Hom. 1885.

---

runt. Velut in Catalogo illo Veronensi nominantur libri Ῥούφου περὶ ὀνομασιῶν καὶ ἄλλα et Ῥούφου Ἐφεσίου ὀνομασίαι τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων.

*) In Catalogo Veronensi supra laudato commemoratur Διονυσίου τινὸς καλουμένου ἁπλοῦ, Περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου.

**) Inique reprehensa hac Bernhardyi adnotatione fidem Eudociae praestat A. Daub in Mus. Rhenan. vol XXXV p. 65.

P. 424 *περὶ Φίλωνος τοῦ γραμματικοῦ. ἔγραψεν ἐπιγράμματα βιβλία δ'.* Philosophi huius epigrammata una novit Eudocia.

P. 435 *περὶ Χάρωνος. Λιβυκά* Suid., *Λιβυκά γ'* Eud. Quot fuerint libri, cum nemo veterum referat, Eudociae sagacitati etiam hunc numerum deberi haud cunctanter conicias.

P. 436 *περὶ Χάρωνος* (ita violarii codex) *τοῦ Ναυκρατίτου.* Verba *καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτῶν* Eudocia aut ex suo ingenio glossae e Suida petitae addidit aut de alio historico transtulit.

Ibidem *περὶ Χριστοδώρου τοῦ ποιητοῦ. ἐπιγραμμάτων βιβλία γ', ἐπιστολῶν δ'.* Epistulas fingit Eud., epigrammata novit ex anthologia Planudea, in falso librorum numero addito non est cur moremur. Ceterum *Ἄφακα* recte A E, *ἄλφακα* cum vulg. Eudocia.

P. 437 *περὶ Χοιρίλλου* (ita Eud. cum vulg., *Χοιρίλος* recte A). *ἔγραψε δὲ ἐπιστολὰς πολλὰς καὶ ἐπιγράμματα καὶ κωμῳδίας.* Qui epico poetae comoedias obtruserit, eundem etiam epistulas et epigrammata ementitum esse per se patet. Ceterum *ἐνίκησε δὲ ιγ'* recte Suidas, *ἐνίκησε δὲ ρ'* Eud., cuius error natus esse e praecedentibus *δράματα πεντήκοντα καὶ ρ'* videtur. || In eadem pag. cur verbis *καὶ πολλὰ φιλόσοφα ἐν οἷς. καὶ συμφωνίαν Ὀρφέως Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος περὶ τὰ λόγια,* quae e Suida etiam Proclo p. 366 et Syriano p. 389 adfinxit, Characis vitam e Suida repetitam exornaverit, sciri nequit.

Hi sunt loci, quibus Eudocia pleniores quam Suidas de litterarum Graecarum historia narrationes servasse quibusdam videtur. Levioribus additamentis, qualia sunt *καὶ ἄλλα, πάνυ καλῶς* similia, chartas inquinare nolui. Effecisse autem iis, quae protuli, mihi videor Hesychio Milesio nihil omnino debere falsarium, aliquot locis titulos librorum, siquos novit, adposuisse, plerumque impudenter ementitum esse librorum et numeros et titulos. Neque verum est, quod Nitzsche p. 36 eumque secutus Flach p. 46 meliora interdum servata in violario extare dicunt quam apud Suidam.

Nam siquid praestat Suidanis, emendationibus falsarii debet originem. Quod de Alcmane et de Corinna et de Sappho singulas Eudocia habet glossas, binas Suidas, eius rei causa brevitatis studium est falsarii.

P. 163 *περὶ Ἑκαταίου. Ἡρόδοτος δὲ ὁ Ἀλικαρνασεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν* Suidas durius, *ὑφ' οὗ καὶ ὁ Ἀλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος ὠφέληται νεώτερος ὤν* facili emendatione Eudocia mutavit.

P. 229 de Theodosio eadem habet Eudocia quae Suidas, nisi quod illa suo more multa omittit et *ἤτοι* inepte inserit inter duorum librorum titulos.

P. 247 de Isocrate Suidanam glossam excerpit; ubi casu factum est, ut *λόγους πέντε κ. τ. λ.* poneret pro Suidae verbis *καὶ λόγοι αὐτοῦ ε' κ. τ. λ.**)

P. 268 *περὶ Καικιλίου τοῦ ῥήτορος*. Hac in glossa, quam supra p. 76 ex Aldina haustam apparere docui, cur Eudociae verba *ἀπόδειξις τοῦ εἰρῆσθαι κ. τ. λ. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον* Suidanis his *ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἀπόδειξις κ. τ. λ.* praestare Flachio videantur, equidem non adsequor.

P. 270 *περὶ Καρκίνου. Σεμέλη, ἧ ἀρχὴ, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς* Suidas, *Σεμέλη, καὶ ἄλλα* Eudocia. Solet enim fere Athenaei mentionem omittere. Et hoc quidem loco solito felicius omisit. Nam *ἧ ἀρχὴ* ineptiae sunt Suidae. || Neque minus felici casu p. 271 Suidae de Cratete comico verba *ἔγραψε δὲ καὶ καταλογάδην τινά* praetermittit.

P. 299 *περὶ Μαναίχμου* et p. 365 *περὶ Ποτάμωνος* melius Eudocia *Πλάτωνος πολιτείαν* laudat, quam *Πλάτωνος πολιτείας* Suidas. Sed eum librum Platonis notum fuisse falsario verisimile est, quamquam idem p. 362 *ἡ πολιτική* male Suidae lectioni *ἡ Πολιτεία* (i. v. *Πλάτων*) supposuit.

P. 350 *περὶ Παλαιφάτου. ἐν τῷ ει στοιχείῳ τοῦ περὶ παραδόξου ἱστορίας βιβλίον α'* Suid., *ἐν τῷ ῡ στοιχείῳ τοῦ περὶ παραδόξου ἱστορίας πρώτου βιβλίου* Eud. Litterae *υ* et *ει* per itacismum facile confunduntur; nec minus facile

---

*) Cf. quae prudentissime hac de re disputat A. Daub de Eud. viol. in vitis scr. Gr. fontib. 1880 p. 13.

πρώτου βιβλίου emendare potuit Eudocia pro πρῶτον βιβλίον, signis ν et υ litterarum mutatis.

P. 357 περὶ Πεισάνδρου. ἡραϊκῶν θεογαμιῶν Suid., ἡρωϊκῶν θεογαμίων Eud. Ac θεογαμίων quidem cum textu vulgato, ἡρωϊκῶν autem scribit Eudocia, quod haec vox usitatissima est, illam ἡραϊκῶν omnino non novit.

Addit his Flach de Hippye Rhegino glossam p. 245. Melius enim ibi ab Eudocia ἀρχαιολογικῶν teneri, cum Suidae libri optimi Ἀργολικῶν praebeant. At confinxit suam lectionem Eudocia e vulgata ἀργολογικῶν facili nec tamen probabili coniectura. Ἀρχαιολογικός enim vox est serioris Graecitatis, quam primus usurpavit Strabo. Ἀργολικά autem ut Hippyi aptissima recte ex optimis libris restituerunt Suidae Gaisford et Bernhardy. Accedit quod eodem in capite verba ineptissima οὗτος πρῶτος — καὶ ἄλλα e superiore de Hipponacte glossa a Suidae librariis interpolata Eudocia describere non dubitat.

De Pythagora et de Rufo supra p. 88 exposui.

P. 428 περὶ Φρυνίχου. σάτυροι fabula a Suida bis nominatur, ab Eudocia semel brevitatis studio. | In eadem glossa hoc quoque memorabile est: Δίκαιοι. Πέρσαι. Σύνθωκοι Eudocia cum Ald. Bas. solis. Nam libri et Mediol. Δίκαιοι, ἢ Πέρσαι, ἢ Σύνθωκοι praebent.

Pauca mihi addenda sunt de eis quae Flach disputat p. 71 sq. Hesychium enim, non Suidam ab Eudocia excriptum esse eo quoque demonstrari opinatur, quod vitia Eudociae non pauca ex uncialibus litteris male intellectis nata esse videantur, quibus non Suidas, sed Hesychius Milesius usus sit. Exempla profert pauca eaque non e biographicis solum glossis, sed e toto violario collecta. Sed uno excepto αὐδητικόν p. 105, cum recte habeat Phavorinus p. 450 αὐλητικόν, omnia illa in fontibus invenit Eudocia. Omnino nullum habuit falsarius fontem uncialibus litteris scriptum nedum in biographicis. Immo e minusculis litteris natum vitium in vita Domnini (p. 138) servat codex δαμάαντος. Quod mendum ex Aldinae editionis et Suidae codicum re-

centium forma *δαμάσκιος* nasci facilius potuit quam e maiusculis litteris *ΔΑΜΑCΚΙΟC*.

Tum p. 72 sq. de aliquot glossis agit Flach, ubi quamquam mirum in modum cum Suida congruit, tamen integriorem videatur Eudocia servasse Hesychii textum:

De Hippocrate Coo aliisque eiusdem nominis medicis Eudocia, quamquam eodem ordine singularum partium p. 246 disserit atque Suidas, tamen ordinem illum ab Hesychio institutum esse et ea, quibus Suidas plenior est Eudocia, aliis e fontibus ab eo petita esse, purum et intactum Hesychium ab Eudocia servari statuit. Equidem utrum Hesychii an Suidae ille ordo sit, ignoro, Eudociam cum in reliquis vitis tum in hac veteres Suidae editiones sequi compertum habeo his indiciis: *τετάρτην τάξιν ἐχέτω* Suidae libri, *τετάρτη τάξιν ἐχέτω* vett. edd. (non solum Med.) et Eud. | *Ῥωξάνην* A V, *Ῥοξάνην* vulg. et Eud. | *Ἱπποκράται δύο* Suidae libri, *Ἱπποκράτεις δύο* vulg. et Eud.

Polemonis vitam p. 354 e Suida descriptam interpolatori tribuit Flach, quia non Hesychiana est, sed e Philostr. vit. I 25 oriunda. Verum qua de causa eas glossas interpolatores e Suida in violarium transtulisse putemus, quas non ex Hesychio ille, sed e Scholiis Aristophanis aut Philostrato descripsit, non intellego.

Etiam de Sibyllis p. 383 integriorem secundum Flachii opinionem Eudocia servavit Hesychium quam Suidas. Sed recte oblocutus est E. Maass in libello de Sibyllarum indicibus Gryphiswaldae a. 1879 emisso p. 55 adn. 116: »Cum Eudocia in catalogo Sibyllarum certis numeris utatur, Suidas non item, Flach numeros censet eosdem iam in Hesychio fuisse, unde Eudociam quoque hausisse sine idoneis argumentis persuadere studuit. Mitto nunc argumenta, rem quaero. Ignorat enim Flach Clementis (Alexandrini) indicem Suidani adfinem . . . . . Iam vero et apud Suidam et apud Clementem extat Colophonia Sibylla (i. e. apud Hesychii et auctorem et compilatorem): frustra igitur in Hesychio (et in Hesychiana epitoma) Colophoniam negat extitisse Flach p. 73.

Hinc Eudociam apparet et contraxisse pleniorem indicem et numeros ipsam adiecisse.« Ceterum idem vir doctus in adn. 119 recte de interpolationibus, quibus violarium inquinatum esse Flach censet, aeque atque nos indicat, quamquam de integriore Suidae lexico ab Eudocia exscripto vix debebat cogitare.

Omitto similia quaedam a Flachio p. 74 sq. prolata itemque quae de Platonis Scholiis exponit p. 87 sq. De codice Parisino 2600 supra (p. 54) dixi. Codex Par. Supplem. 96, quem in comm. de Suidae lex. p. XXXIV Bernhardy excerpta e Suidae glossis ad historiam litterarum Graecarum spectantibus complecti narrat, ab Eudocia descriptus esse nequit, quod eam cum Suida Aldino maxime conspirare cognovimus, ille autem liber Emanuelis Chrysolorae manu videtur exaratus esse. Quamquam, ut supra exposui, similia e Suida Aldino excerpta ab ipsa Pseudeudocia (aut paulo ante hanc a grammatico nescio quo) confecta biographicis violarii capitibus originem videntur dedisse.

§ 2. Neque fere antiquiores sunt libri, quos praeterea in vitis expilavit falsarius. De Nonno, de Phavorino aliis in superioribus exposui, Plotini vitam p. 363 cum e PORPHYRIO habeat, eius codicem manu scriptum Eudocia evolvisse putanda est. Ceterum qui eam vitam cum codice Parisino Eudociae comparavit E. Scheer (cf. Plotini editionem Muelleri) unum e codice restituit *κς'* pro Villoisonii mendo *κζ'*. Debebat autem commemorare *ἀποστοματίσας*, non *ἀποστομίσας* ibi legi et *ἐπιφανέστατος* et infra *τελευτῶντος* in rasuris extare itemque *συν* praepositionem vocis *συγγράψας* et in margine legi verba *καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἔχοντι*. Praeterea sub finem *οὐ γὰρ περὶ περὶ* (sic) *τοῦ αὐτοῦ κ. τ. λ.* Ea enim de causa rasurae illae factae sunt, quod ab ordine membrorum, qui est apud Porphyrium, quam maxime recedit Eudocia; eadem unum *ἐπιφανέστατος* de suo addit.

Duos violarii locos profluxisse e THEOPHILO ANTIOCHENO II 6 et 7 Flach perspexit p. 25. Ex II 6 deprehenditur p. 49 *περὶ Ἀπολλωνίδου* caput. || Tum p. 366 verba

Σάτυρος τοὺς τοῦ Πτολεμαίου — περιέχει ex II 7 ducunt originem. Vitia Eudocia multa cum Veneto apologetae codice communia habet, plura cum recentiore Bodleiano. Ἀλσινόην violarii codex, ib. supra vocem μέγα lineola addita nomen proprium significat.

§ 3. PHILOSTRATI vitarum veterem editionem videri praesto fuisse Eudociae supra p. 70 dixi. Unde quae petita sint, docet Flach p. 19 sq. In Athenodori vita p. 51 non omnia inde ab ἔστι καὶ ἕτερος e Suida proveniunt, sed ἔστι — θαυματουργοῦ. Reliqua e Phil. vit. II 33 temere illata sunt. || Dionis vita mendo typographico apud Flachium e Phil. vit. I 9 ducta esse dicitur, cum sit ex I 7. || Euodiani vitam ut p. 164 totam e Phil. vit. II 16 sumit Eud., ita etiam initium — ἐν Ῥώμῃ, quod immerito Hesychio Milesio tribuit Flach. Nam quod e Philostrati verbis πανηγυρικῆς ἰδέας ἥψατο Eudocia efficit ἔγραψε πανηγυρικὰ πλεῖστα, non est quod miremur. Recte enim Kayser in ed. Tur. prooem. p. I adnotat: »Eudocia multa ex hoc libro in viol. transtulit, interdum festinantius agens, e. g. cum Antiochi et Athenodori vitas commiscet p. 58, aut Hermogeni tribuit Philagri epitheta σοφιστὴν dicens ἐπιχολώτατον καὶ θερμότατον p. 165.«

§ 4. Ex DIOGENE LAERTIO quae usque ad litteram *E**) Eudocia excerpsit, recensentur apud Flachium p. 22. Epimenidem p. 150 e cod. Par. 2600 provenire supra (p. 55) docui. Hermiam p. 193 cur e Diog. V 1 dicat depromptum esse Flach, non intellego. Est enim e Suida Aldino (παρ' Ἀριστοτέλει Suidae libri, παρ' Ἀριστοτέλους Med. Ald. Bas. et Eud.). Praeterea nominandum erat de Diogene physico caput p. 137 e Diog. L. VI 2, 81 et IX 9, 57 sumptum. Usa autem est Eudocia Diogenis editione princ. a Frobenio et Nicolao Episcopio impressa Basil. 1533, cuius vitia vel

*) Notandum est neque e Diog. L. neque e Philostrato quicquam apud Eudociam reperiri ultra litteram *E*.

foedissima in violario reperiri iam Nitzsche animadvertit. Etiam Flachio eiusdem atque Frobenius familiae codicem expressisse Eudocia videtur; quo in codice quo modo Diogenis textus nostro integrior extare potuerit, id quod Flach credit, non adsequor. Nec vero e Diogene, sed e Suida Aristippi patris nomen (Aritadem) p. 71 arripit falsarius, neque quod p. 55 septuagenarium mortuum esse Antisthenem solus narrat, e Diogene pleniore, sed e suo ipsius ingenio haurit*). Neque vitiorum copia ingens cum Basileensi communis ex eadem codicum familia, sed aut ex eodem codice aut ex ipsa editione excripta explicatur. Quin etiam is est cum Basileensi editione consensus violarii**), ut ipsam eam in fontibus falsarii numerare non dubitem. Eadem in hoc auctore atque in reliquis excerpendis levitate et petulantia falsarium usum esse vix est cur adnotem. Vitiorum cum editione communium pauca propono de plurimis: p. 53 *περὶ Ἀλκμαίωνος. περὶ τῆς ἀφανέων* Bas. p. 441 et Eud., quod videtur operarum Basileensium mendum esse pro librorum lectione *περὶ τῶν ἀφ.* || P. 55 *περὶ Ἀναξιμάνδρου. ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον* libri Diogenis Laert., *ἀρχὴν στοιχεῖον* Bas. 62 et Eud. || Ibidem *περὶ Ἀντισθένους. καταρχάς* et *Πειρεεῖ* (ita violarii codex). || P. 56 *Θεύρου* pro *Κύρου.* | *ἀνδροδεστάτης* Bas. 361 et codex Eudociae. || P. 70 *περὶ Ἀρκεσιλάου. ἐπτῆναι* pro *ἐμπτῆναι* | *βιβλίον φασί τινες ἐνέγραψεν* pro librorum scriptura *βιβλίον, φασί, τὶ συνέγρ.* Bas. p. 194 et Eud. || P. 136 *περὶ Διονυσίου τοῦ μεταθεμένου. ἀπαρακαλύπτως* libri, *παρακαλύπτων* Bas. p. 385 et Eud. || P. 138 sq. de Diogene maxima copia vitiorum e Bas. p. 270 servata est. Nonnulla correxit Villoison, p. 138 *Χερώνειαν* et p. 139 *ἔσκοψε* cum Bas. habet codex Eudociae, p. 142 *ἐπαμῦσαι* et *κῆδος* (*ἐπαμῆσαι* et *κῦδος* corr. Vill.) || P. 179 *πηῖσαι* sensu

---

*) Sagacissime hanc Flachii de pleniore quondam Diogene Laertio opinationem refellit Ern. Maass in Kiesslingii et Wilamowitzii quaestionum philologicarum fasciculo III a. 1880 p. 114 sq.

**) Est enim etiam interpunctio in codice Eudociae et orthographia eadem quae in illa.

carens pro *προικίσαι* cum sola Basileensi Eud. || Sed hic etsi satis conspicuus est in vitiis consensus, multo maior est mendorum vis in epistulis Epicuri p. 173 sq. e Diog. Laert. X descriptis communium; ea enim ibi est ineptiarum abundantia in ed. Bas., ut communem sensum frustra quaeras. Quae vitia cum ad unum omnia redeant in violario, fieri mea sententia nequit quin Basileensi editione usam esse statuamus Eudociam. Pauca correxit Villoison, nonnullas particulas omisit, quas exhibet Flach p. 8*). Singula menda enumerare longum est et facile vel ex Huebneri ad Diog. Laertium apparatu quot et quanta sint, perspici potest. Quae cum ita sint, non bene Cobetus Huebnerum secutus epistularum initia a falsario ficta in Diogenis textum recepit. Nam *εὖ πράττειν* p. 173 et p. 181 Eudocia scribit, cum id solitum esse facere Epicurum e Diogene Laertio X 14 noverit; Diogenes ipse *χαίρειν* posuit. Tum p. 173 *Κλέων ὁ περικαλλὴς τὴν παρὰ σοῦ μοι ἤνεγκεν ἐπιστολήν* Eud.; *Ἤνεγκέ μοι Κλέων ἐπιστολὴν παρὰ σοῦ* Diog. Laert. libri. Eudociam igitur patet ornare voluisse Diogenis textum.

Haec habui de fontibus violarii quae dicenda existimarem. Quibus mihi videor docuisse non posse ab Eudocia Macrembolitissa violarium compositum esse, sed post a. 1543 ab homine fraudulento et falsario e fontibus maximam partem deterioribus esse compilatum. Quis fuerit auctor quamquam ignoramus, tamen citra Alpes eum vixisse inde probabile est, quod Basileenses editiones Italicis praefert. Graecum eum origine non fuisse veri non est dissimile propter vitia violarii non pauca quae hominem Graecae linguae non satis peritum redolent; velut *ἐζηλωμένην* in epistula prae-

*) Idem in editionem has epistulas non recepit. (Cf. eius editionis praefationem p. VIII.) Qua de re rectissimum vide Maassii iudicium (l. p. 96 l. adn. 119b).

missa pro *ἐζηλωκυῖαν** et ibidem p. 2 *παρέσεται*. Omitto quae per itacismum Eudocia peccavit permulta. Constructionum monstra profero haec:

P. 403 (*μεμνῆσθαί φησι τὴν συγγραφὴν*) *Ναυπλίου . . . παρασκευάσαντος τὰς . . . γυναῖκας μοιχευθῆναι· καὶ δέκα πόλεις . . . ἀποσπάσαντος τυραννῆσαι καὶ μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον καὶ τὸν Ἰδομενέα τῇ Κρήτῃ καταίροντα ἐξελάσαντος. ὕστερον δὲ ἀκούσαντος τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπάνοδον ἐπὶ τὴν πατρίδα, ἅψαι φρυκτὸν κ. τ. λ.* Difficilius nimirum erat homini inerti coniungere duos fontes Cyriacum Anconitanum et Phavorinum p. 1413 (Tzetz. Lyc. 384), quem locum integrum descripsit p. 321.

P. 420 *ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ Τρωϊκὸν πέλαγος, ἡ μὲν Ἕλλη . . . ἀπεπνίγη*. Rursus vitii causa in duobus fontibus male conflatis sita est. Nam *ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ Τρωϊκὸν πέλαγος ἀποβάλλει τὴν Ἕλλην* ex Argumento Apollonii Rh. et *φευγόντων δὲ τούτων μετὰ τοῦ κριοῦ ἡ μὲν Ἕλλη . . . ἀπεπνίγη* ex (Schol. Ar. Nub. 257) Phav. 48 repetita sunt.

Latine non indoctum fuisse hominem cum Livius commemoratus tum alia quoque sunt indicia. Sane *Βίτωνος καὶ Κλεόβου* nomina p. 208 e Latino fonte videntur a falsario illata esse. *Κλεόβην* enim sibi finxit e Latina nominis forma. Librarius autem codicis Parisini 3057 quin auctor sit violarii dubitari nequit, ut supra (p. 4 sq.) dixi.

---

*) Ceterum *φιλεῖ γὰρ τὸ ὑπήκοον — στοχαζόμενον* in epistula illa pannus e Procopii panegyrico edito a Villoisonio anecd. II p. 43, eam orationem a falsario lectam esse in codice aliquo videtur indicare *δίκην Ἀδώνιδος κήπου παντοδαποῖς ἄνθεσι βρύοντος* arguit falsarium. Nam recte Fabricius-Harles bibl. Gr. VI 295 laudat Hieronymi Alexandri verba e lexico Graeco-Latino a. 1512 edito haec: »horti Adonidis infames, ... quo tamen titulo velut adcommodato parum adcurate nonnulli suos libros inscripserunt, cum illud vulgo notum sit *ἀκαρπότερος τῶν Ἀδώνιδος κήπων*.« Fecerat enim perversum illum titulum Aldus collectioni grammaticorum Graecorum, quam 1496 in lucem emisit. Nec minus perverse adhibet Eudocia. Omnino non saeculum XI, sed XVI quam maxime illa epistula sapit.

propter magnam copiam locorum, ubi eosdem fontes, qui in textu usurpari solent, in margine libri ille excribit itemque propter rasuras et mutationes textus, quas ab ipso auctore factas esse patet, creberrimas. Fieri igitur poterit, ut e manu auctorem agnoscant viri in codicibus illorum temporum legendis versati.